



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

HISTORIA
PROVINCIAE SOCIETATIS JESU
GERMANIAE
SUPERIORIS,
PARS SECUNDA

Ab Anno 1591. ad 1600.

AUTHORE

IGNATIO AGRICOLA,
SOCIETATIS JESU SACERDOTE.

Superiorum Permissu.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MARTINI HAPPACH & FRANC. XAVER. SCHLÜTER.

Monachij, Typis Mariæ Magdalenaæ Riedlin, MDCCXXIX.

ИМЕНИ

ПОДРОБНОГО ОБРАЗА

СКОРОСТИ ОБРАЗОВА

СКОРОСТИ

ПОДРОБНОГО ОБРАЗА АЛФАВИ

ЛИЧНОГО ОБРАЗА АЛФАВИ

СКОРОСТИ

ПОДРОБНОГО ОБРАЗА АЛФАВИ



FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.

Go MAGNUS AMMAN Societatis Jesu per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, facta mihi potestate ab admōdum R. Patre nostro Michaële Angelo Tamburino, Societatis universæ Præposito Generali, librum, cui Titulus: *Historia Provinciæ Superioris Germaniæ Societatis JESU*, à P. Ignatio Agriocola, ejusdem Societatis Sacerdote conscriptum, per Dominos Martinum Happach, & Franciscum Xaverium Schlüter Bibliopolas Augustanos, typis edi permitto, iisdemque DD. Bibliopolis Jus concedo usurpandi Privilegij Cæsarei, quo Typographis & Bibliopolis omnibus prohibetur, ne vulgatos à Societatis nostræ Patribus libros absque Superiorum, Authorumque consensu in eadem, aut diversa lingua recudant, vel intra S.R.I. fines, & Hæreditarias S.C.M. Provincias importent. Facultatem hanc (de prima duntaxat impressione intellectam) manu mea, & consueto Officij Sigillo firmavi, Augustæ 7. Aprilis 1729.

L.S.

MAGNUS AMMAN.



PRÆFATIO.

ASpicienti hanc alteram nostræ Historiæ Partem, & cum prima conferenti, id fortassis mirum videbitur, quòd ea decem duntaxat annorum complexa materiem, amplitudine tamen priorem adæquet, annorum quinquaginta labores enarrantem. At, qui rem penitus introspiciet, in rectè constituta Religione haud aliter fieri posse intelliget, quam ut, quò latius se ex angustis initii Perso-narum, Domuūm, Regionum accessione diffuderit, eò copiosio-rem offerat de se suisque scribendi materiam. Ampliori ex agro ampliorem nasci segetem necesse est; & semper arbor, si bona est, cum ramis quoque fructum multiplicat. Ita Societas J E S U eodem ferè, quo nata est, anno ingressa Germaniam, dum innotesceret: dum vitæ exemplo, fructuque laborum se Principibüs Po-pulisque probaret: dum idoneorum ad suæ vocationis munia homi-num præstantia simul & numerus esset; morâ scilicet & tempore opus fuit; neque multa scribi inter acta poterant; ubi pauci adhuc erant, qui agerent scribenda. Quamvis enim ex primis illis, quos DEUS dedit, Familiae nostræ Heroibus, unus plurium instar fuerit; sedes tamen adhuc multæ non erant, è quibus veluti arcibus impugnare liceret vitia, vel propugnare Virtutem. At postquam venientibus annis cum novis fedibus novus semper oblatus est labo-rum campus; etiam amplior extitit, aucto semper operariorum minimè segnium numero, laborum fructus: quæ sane causâ fuit, cur Posteriores anni; quamvis numero pauciores, rerum tamen scribendarum copia priores excelerint. Colliges hic: cùm ad Do-micia quindecim, quorum hactenùs gesta descripsimus, post annum 1600. Septendecim alia accesserint, quorum nulla adhuc facta est mentio: quanta adhuc rerum scribendarum supersit copia; quæ tam-en in suas Decades digesta ut brevi sequatur, omni studio ac la-bore curabimus. Denique sub finem opereis alium Scriptorem, stilum alium deprehendes. Ejus rei necessitatem mors induxit, quæ Auctorem annos sexaginta & octo natum manum tollere de ta-bula coëgit. Tu illi æternam Requiem: Successori à DEO gra-tiam, vires ac valetudinem precare.



HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA.

Ab Initio An. Chr. 1591.

SYNOPSIS.

Status Provinciae. Numero 1. Collegium constituitur Brun-
truti. n. 2. Lucerna templum dedicatur. n. 4. Joannis
Heppii in castris mortui Elogium. n. 7. Gravis in Sociosca-
lumnia. n. 9. Impostoris mendacia mirè detecta. n. 13.
Magistratus Friburgensis in Collegium favores. n. 17. Thome Spaurii
Brixinensis Episcopi mors & Elogium n. 18. Ejus Successor Andreas
Austrius. n. 19. B. Virgo apparet Sodali. n. 21. Felix obitus cultoris
Passionis Dominice. n. 22. Maruardi à Bergen Episc. Augus. Elo-
gium. n. 25, & n. 36. Cui succedit Joan. Otbo Gemmingius. n. 26.
& n. 37. Elogium Wolfgangi à Rabenstein Societatis Scholastici. n.
28, & seq. Aichlinga integer pagus reducitur ad Ecclesiam. n. 40.
Henrici Stockingii insignis patientia. n. 44. Conradus Vötterus Con-
victum ingeniosè vindicat. n. 45. De ipsa peccatore in periculo damn-
ationis liberat. n. 54. Maximilianus Guilielmii filius Ingolstadio
revocatur Monachium. n. 55. Remanente Ingolstadii Ferdinando
Austriaco. n. 57. Bragadinus Chrysopœum mentitus piè moritur. n.
67, & seq. Personato Damoni fraus non succedit. n. 75. Oettinga
Veteris, sedes inchoatur. n. 87. Sacrum Oettinge Sacellum de-
scribitur. n. 88.

I.
Status Pro-
vincie.



Ecturis alteram hanc de Actis in Provincia Germaniae Superioris Societatis JESU Historiae Partem lucis quidpiam, ut opinor, haud ingratæ præferet enarratio, quis anno Christi sesquimillesimo nonagesimo primo, à quo Historiæ prosecutionem auspicavimus, Provinciæ Status ac Domiciliorum numerus fuerit. Erant hæc universè undecim. Collegia in quibus præter Gymnasia literarum Humaniorum etiam severioris disciplinæ Cathedras aliquot in Academiis Societas acceperat, numerabantur duo, Ingolstadiense in Bojaria cum Sede Biburgensi, Dilinganum in Suevia. Reliquis septem adjuncta duntaxat Gymnasia, Monachii & Ratisbonæ apud Bojos, Oeniponti ac Halæ intra Alpes Tyrolenses, intra Helvetias Lucernæ ac Friburgi, Augustæ deinceps in Suevia, quibus ad Bavariæ fines accensenda Domus Probationis Novitiorum Landspergæ, ac trans Rhenum statio Bruntrutana iu Alsatiæ Burgundiæque confiniis. Ducenti septuaginta unus fuere Socii, qui per quinque has amplas Germaniæ Superioris dispartiti tunc habitabant Provincias, sui quique Institutū laboribus fructuose intenti, ex quibus uno tantum nomine collecta, vocataque Superioris Germaniæ Provincia suam in Societate JESU primævam appellationem, primævum inter eas, quas in Germania Societas habet, Provincias locum retinet. Initium porro continuandæ scriptioni ostert novi apud Sequanos in urbe Bruntrutana Collegi constitutio. Meminiimus ad finem anni supra millesimum quingentesimum nonagesimi, Joannem Christophorum Blarerum Bruntrutanæ urbis Dominum ac Principem simûlque Basileæ Episcopum potuisse à Claudio Aquaviva, Generali Societatis Præposito, virum è Nostris ut mitteret, quocum de fundando Bruntruti Collegio quamprimum consultaret, missum fuisse diximus Georgium Witweilerum probitatis, facundiae, prudentiaeque insignis virum. Nec ardua nec diuturna fuit consultatio. Quæ ultrò citroque petita sunt, facili transactione

2. *Fuerunt stabilita.* Sacros Oratores duos, unum, qui Gallicè, akerum, qui Germanicè diceret, postulavit Princeps, literarum item humaniorum Professores aliquos: & hos & illos missum iri spopondit Witweilerus, veneruntque Stephanus quidem Berlingus, exente Martio ad Cathedram Gallicam, serius nonnihil Magistri Scholarum. Vicissim Episcopus novum Patribus domicilium, Templum, Gymnasium à fundamento exercitanda est pollicitus, quæ accessura esset Bibliotheca cum supelle Galli facta, ac domesticâ. Sustentationi assignavit partem proceptum ex Prioratu Misericordiæ, ex quo pridem incolæ religiosi discesserant, decimas item quasdam in Burgundia, census denique annuos ex bis millesiönen, quos ex bonis dotalibus elocaverat. Qui redditus omnes ita proprii integræ in perpetuum Collegio manerent, ut nemini quidquam per quasvis exactiōtes inde delibandi jus foret. Habitationem hactenus videlicet terni Ratres habuerant in arce: ubi auctus est numerus, nonis Martii saulis ex Divi Thomæ Aquinatis Solenni cultu auspiciis, descendebant in urbem, domo Sacerdotum, quos sancti Michaëlis Clericos Bruntrutani appellant, recepti, mansuriq; dum nova Sedes strueretur. Annoram quotidianam submittebat Princeps, Sociorum Gubernationem Witweilerus tenuit domi, Cathedram in templo: nec minor fuit ardor coronæ audienciarum, quam Georgii eloquentia. Plurimum etiam Gallis auditoribus, uti facundia placuit, ita fructu profuit Berlingus, cum interim bini alii pergerent per vicinos agros, & Lauffenam oppidum fatus Evangelicos spargere. Cum Sociorum numerus ad octonos excrevisset, ac parentum ingens esset cupiditas, ut docendis literas filii initium datur,

3.
Schola
Bruntrutii
aperte.

retur, factum id est tertio nonas Novembres, sed in Scholis duntaxat quatuor. Discipuli fuerunt primū sexaginta. Gymnasiū loco assignata tantisper est domus senatoria, quæ à faxis nomen habet. Celebritatem, quæ Scholartum inceptioni luculentō Orationum, Cartinum, Dialogorum apparatu proculum est, cohonestavit ipsius persona Principi, quem stipātunt Abbes, Nobis, Virisque primarii permulti, plurimā omniū gratulatione, ac laude.

Potuit sibi gratulari Lucernense Collegium, quod primos è Societate veluti colonos in sequanorū agros emisit. Sed propiorem gaudendi materiam subministravit absolutum novi in ipsa Lucerna templi ædificium. Uni totum id debebatur Ludovici Pfeiferi Lucernatum Praesoris perpetuo in Societatem amori, ac inexhaustæ beneficentia; Non contentus decies mille aureorum impendium fecisse in fabricam, adiecit multa multi pretii ornamenta, grandem præcipue pro summo Altari tabulam mille florenis æstimatam, in qua picta ritebatur Servatoris regens nati die octava Circumcisio, hujus quippè Saceratissimi Mysterii Titulo, dedicata hoc anno & insignita est nova ædes ab initiatore Baltasar Wurero Constantiensis Anistitis Suffraganeo, sancte contestato, nihil à se optari magis, quam ut Constantiae quoque idem sacræ functionis genus Templo Societatis Iesu exhibendi tempus occasioneque adveniret. Regresso ad sua Pro-Episcopo, Romam pariter ad suos abiit Octavius Paravicinus, Pontificios ad Helvetios Legatus, accepitus à Gregorio Decimo quarto, qui Urbano Septimo patricorum dierum Pontifici suffectus, nec ipse ultra annum in Apostolatus fastigio perditurus, in secunda Cardinalium creatione Paravicinum inter Ecclesiæ Senatores adlegit, Galerūmque illi purpurum Lucernam transmisit, quo ut primū insignitus comparuit, eodem die in Collegii triclinio urbis Primatibus, ac Magistratui epulum dedit, & plusculos insuper adhuc dies sub tecce nostro commoratus est, non tam ut necessaria corpori ad iter, quam salubria animo ad summum, quod auspicabatur, munus recte obeundum præpararet. Discessit cum insigni virtutis famâ publicâ, & privatâ nostro ruin benevolentiae erga Societatem, & beneficentiae erga Collegium memoriam. Abierunt sub idem tempus cum subsidiariis Helvetiorum in Galliam copiis, earundem spiritualibus commodis provisuri Conradus Martinus Bruntrudo revocatus, & Georgius Heppius. Innumeri illos durissimique exercuerunt labores, quibus tandem Heppius aliquot duntaxat mensium Sacerdos, in castris ad Ambianum succubuit. Nempe, quod annos non plus triginta natus, & robustarum virium, cuivis molestiarum oneri ferendo parem se crederet, nullum etiam recusare, quin ultrò & sitienter querere est solitus. Circuire tentoria, investigare ægrotantes milites, fomentis juvare, ac solatiis, quotidianum illi fuit: Non cibi, non somni necessitas impedire poterat, quin à mensa & stragulo se proripiens, ad moribundos, quorum permulti variis ex morbis occumbebant, ultimis subsidiis præmuniendos advolaret, atqne ipsa etiam corpora tumulo componeret. Decumbentem & magnis conflictatum doloribus miserans socius numquid deesset, quod procurare posset, interrogat, quid amabo, reponit æger, deesse poterit homini paulò post Deum habitu? cur autem mei causâ, ut videris, mœrorem vultu præfers? gratulare potius tantum bonum, quantum Deus est, mox possessuro. Tum arcte complexus assidentem, vale, inquit, frater charitum, ac Deum pro me precare, qui me vocat, sic inter facerim, quæ identidem repetebat, IESU ac MARIAE nomina, sancte expiravit suspirans Domino eâ ipsâ die, quæ Mater Virgo Divit.

4. Lucerne templum, quod Ludo- vicus Pfeife- rus exstruxit pso College, dedicatum.

5. Octavius Paravicinus ex Nuncio Pontificio Cardinali Lucernensi Collegia favet.

6. Conradus Martinus & Joannes Heppius cum Helve- tis militi- bus in Gab- liam mit- tuntur.

7. Heppii in castris mortui e logium.

8.

Petrus Canisius Friburgi Nuithorum graviter agrotat.

nam prolem aeterno Genitori stitit. Friburgensis etiam apud Nuithornas Collegii pretiosissimo incola intentata saix mortis gravem sociis injecit solitudinein, sed Dei beneficio fatale spiculum in aliquot adhuc annos suspensam hæsit. Petrum Canisium ægriudo prostravit diuturna haud minus quam periculosa, quæ & corporis vires exhaust, & aliquamdiu rationis aciem hebetavit. Fuisse fuerunt pro ægido, & domi, & in urbe continentes ad Deum preces opato effectu. Revaluit Canisius, cum maxima domesticorum & civium gratulatione. Sublatæ huic curæ successit altera, molestias etiam & dolores paritura, nisi virtuosos deprehendisset patientia assuetos : Armorum, quibus Gallia disceppebatur, vicinia tulpenlos etiamnum Friburgenses, ac de libertate sollicitos habebat. Hujus formidinis occasione usi Societas osores, venientia quam refoderunt, calumnæ novum superaddunt mendacium; nec enim clamitare contenti, Jesuitas factionibus patriæ noxiis se se immiscere, spargunt, magnam viam instrumenti bellici, pulvérisque pyri intra novi Collegii cellas esse reconditam, nihil restare, quam ut proximè Sábados quoque milites clanculum admittant, urbem, ut præteritis jam scaculis tentatum fuisse, ex Pisæ monte invasuros, incensurosque. Plebs per se atrociora credere facilis in eo, qui erat, rerum ancipiti statu tanto pronius fidem adhibebat rumor, quanto quisque erat suspicioſor, aut videri ambiebat pro salute publica vigilantior. Jamque homines infimæ fortis invehî in Magistratus ceu publico discrimini segniter indormientes. ipsi ex adverso meliores utique excubiarum pro libertate magistros se efferre, offerréque populo incipiebant. Non caruit res periculo, itaque amici nostri, atque inter hos viri primarii nocte post diem, quo maximum tumultus effebuerat, armis instructi pone Collegium vigiliæ egerunt, irruptionem in ædes nostras, quam nonnulli minitati fuerant, vi propulsaturi. Haud sæpius, quam semel excubitu opus fuit. Altero statim die subsidere cæperunt motus; ut perspexerunt videlicet tumultuantes, neminem ullum ex honestiore civium gradu, multo minus ex nobilitate aut magistratu credere, quod rumor vulgaverat, quin neminem ex his esse, qui non detestaretur mendacissimæ fabulæ seminatores. Itaque evenit, quod postea non semel in aliis urbis, compertum fuit, per quas eadem de armorum apparatu in Collegiis clam reposito commenta fuerunt didita. Nusquam quidquam comprehensum est præter calumnæ inanitatem, & calumniatorum impudentiam. Maximè, quibus Friburgi fucus fuerat factus, credulitatem suam damnârunt, postquam oculis conspexere, quam solicii essent socii non urbem exurere, sed ne bustum fieret, laborare. Incendium in urbis parte, quam Augiam appellant, exortum fuerat, quo domus quindecim conflagrârunt. accurrerunt Socii confessim, ut restinguenter: ipsi comportare aquam, ipsi admovere scalas, convocare ad opem cives, hortari, dare consilia, operam indefessam adhibere, quam sœvienti flammæ & latius stragem diffusuræ obfisteretur. Dici vix potest, quantum hæc solicitude Civium universorum animos conciliari. Magistratus Senatorem misit, qui grates ageret, Urbs tota mirè Patrum collaudavit industriam. Aequæ laudem universalem retulit factum aliud. Patrem inter honorati statûs, ac filium à multo tempore gravissima se intenderant dissidia; non amici, non cognati, non Senatus ipse efficere poterant, ut filium reciperet in gratiam, accessit tandem è Nostris unus, & coram vetulo Genitore in genua pro volvutus, ut filio ignosceret, flagitavit. Emolliunt tam improvisâ submissâque religiosi deprecatori supplicatione paterna viscera: Sublevato Patri facturum se approximit, quod rogaretur.

10.

Pro Collegio armaturum excusatio Primario.

statim die subsidere cæperunt motus; ut perspexerunt videlicet tumultuantes, neminem ullum ex honestiore civium gradu, multo minus ex nobilitate aut magistratu credere, quod rumor vulgaverat, quin neminem ex his esse, qui non detestaretur mendacissimæ fabulæ seminatores. Itaque evenit, quod postea non semel in aliis urbis, compertum fuit, per quas eadem de armorum apparatu in Collegiis clam reposito commenta fuerunt didita. Nusquam quidquam comprehensum est præter calumnæ inanitatem, & calumniatorum impudentiam. Maximè, quibus Friburgi fucus fuerat factus, credulitatem suam damnârunt, postquam oculis conspexere, quam solicii essent socii non urbem exurere, sed ne bustum fieret, laborare. Incendium in urbis parte, quam Augiam appellant, exortum fuerat, quo domus quindecim conflagrârunt. accurrerunt Socii confessim, ut restinguenter: ipsi comportare aquam, ipsi admovere scalas, convocare ad opem cives, hortari, dare consilia, operam indefessam adhibere, quam sœvienti flammæ & latius stragem diffusuræ obfisteretur. Dici vix potest, quantum hæc solicitude Civium universorum animos conciliari. Magistratus Senatorem misit, qui grates ageret, Urbs tota mirè Patrum collaudavit industriam. Aequæ laudem universalem retulit factum aliud. Patrem inter honorati statûs, ac filium à multo tempore gravissima se intenderant dissidia; non amici, non cognati, non Senatus ipse efficere poterant, ut filium reciperet in gratiam, accessit tandem è Nostris unus, & coram vetulo Genitore in genua pro volvutus, ut filio ignosceret, flagitavit. Emolliunt tam improvisâ submissâque religiosi deprecatori supplicatione paterna viscera: Sublevato Patri facturum se approximit, quod rogaretur.

12.

Utrum & ini-
micitæ
composite
inter pa-
trem ac fi-
lium.

statûs, ac filium à multo tempore gravissima se intenderant dissidia; non amici, non cognati, non Senatus ipse efficere poterant, ut filium reciperet in gratiam, accessit tandem è Nostris unus, & coram vetulo Genitore in genua pro volvutus, ut filio ignosceret, flagitavit. Emolliunt tam improvisâ submissâque religiosi deprecatori supplicatione paterna viscera: Sublevato Patri facturum se approximit, quod rogaretur.

tur. Filium in ædes, quartum aditum pridem interdixerat, atque adeò in complexum admittit, iussum tamen, ut quamprimum in morigeræ posthac obedientia signum, ac veluti arrham perpetuas Nostro grates agat, ut cui uni redditum modo patrem debeat.

Mirus paulo post eventus accidit, quo Numinis providentia & urbem simul ab imposturis liberavit, & dum ad eam liberandam Sociorum operam adhibet, Servis suis ad augendam coram populo existimationem singulariter adsumit. Friburgum intraverat homo exterus notusque nemini, sed quem brevi multarum linguarum peritia, habitus, oris modestia, ser- 13. Fedatim.
postoris
mendacia
mirè dete-
cta.
monis gravitas nūl nisi pia proferens, morisque ad sanctitatis speciem com-
positi, & maximè, quæ de se ipso enuntiabat, paucim omnibus haud notum
tolummodo, sed venerabilem etiam reddiderunt. A DEO lemissum asse-
verabat, ut incolis peccata, quæ aut obliuione confiteri omiserant, aut
pudore texerant, revocaret in memoriam, ac ad rite confitenda hortator
esset, utique perquam commodus & optabilis; eam quippe facultatem
à D. O gratiāq; dicitabat sibi esse concessam, ut quidquid & quantum-
cunque poenæ pro admissis deberetur Divinæ Justitiæ, aut indicium suislet
à Confessario, ipsius in se recipere, ac reorum loco abundè possit satisfa-
tore. Quodsi votis quispiam quantiscunque demum obstrictus esset,
opus haud esse, ut exfoliat; sibi indulatum à Deo, ut si peregrinationem
sacram suscipiat, omni eum, qui vorisset, votorum vinculo expediat.
Investigabat clanculum, num quæ infantes recens à partu in amittendæ
mox viræ periculo ab obstetricibus baptizati fuerint, tum enim aut reve-
latum sibi à Cœlo dicitabat, prolem juxta præceptam à Christo formam
baptisino haud esse iustitiam, quod sanè indicium haud levibus donis
remunerabant parentes, aut obstetrics, ne illas commissi erroris,
etiam falso, insimularet, silentium pretio non mediocri redimebant.
Enīnverò, quibus vel modicum prudentiæ fuit, aut experientiæ, ægrè
fidem habuerunt dictis gnari, per hujusmodi commenta, uti saepius à
viris simplicium mentes dementari. Sed quis imbibito semel errore e-
brios plebis animos facile ad sobrietatem revocet? Itaque veterator mul-
tos identidem sanctitatis clementia specie deceptos pecuniis, quas largi-
ter vel in itinere ad diversa tempora insumendas, vel in templis iphis offe-
rendas suppeditarant, vasre emunxit.

Fuit inter hos tenuissimæ fortunæ opifex, qui, cùm votis, nescio
quibus, eximi percuperet, quidquid numulorum in arca habebat,
sancto huic peregrinatori in pios videlicet usus expendendum tribue-
rat. Audiit postmodum, omnia hæc à viris doctis ac simul piis inter
affanias & imposturas relixi. Itaque solitus vir, anxièque damnans
præcocem simplicitatem, nocte quapiam lachrymas inter & suspiria
D. Ei opem imploravit adversus calamitates, quæ imminent, cùm
neque jam votis solutum se sciret, neque unde viveret, posthac ha-
biturus esset, aut sperare posset. Ita lamentanti ignota vox allabi-
tur, jubens, ne deinceps crederet deceptor, sed Collegium adiret,
conscientiæ statum omnem in Confessione aperiret, & quidquid Sa-
cerdos de persolvendo voto decreturus esset, exequeretur; Propera-
vit homo sub primam dici faciem ad Nostros, iussaqne unâ cum uxore
rite explevit. Indicavit deinde iis, quibus oportebat, quid audisset;
quod ut intellexit Magistratus, protinus inquire simulatorem per ur-
bem iussit, verum ille periculum, nescio unde, subodoratus, delusâ in-
vestigatorum solertiâ, jam urbe eruperat, neque posthac Friburgi,
totaque circum viciniâ quidquam de teterrimo impostore, vel auditu, vel
visu perceptum est.

14. *Mos flagellationis publicas Friburgi introduct.* Certiorum satisfactionis, quath Numinis debemus viam populo mortaliare exorsi sunt Patres, usum scilicet publicum castigandi corporis, iis potissimum diebus, quos ante Christi e tumulo resurgentis solemnia consociandis ejusdem in Cruce mortui doloribus Ecclesia dedicavit. Mos flagellis semet ante Servatoris tumulati monumentum in templo, quem plurium in Provinciae Collegiorum Sodalitates assumperant, haec tamen Friburgi usurpatus non fuerat: anno superiore unus duntaxat inventus est, qui voluntariæ hujus flagellationis specimen initiumque auderet edere: hoc anno triceni omnino fuerunt, qui obstupefcente civitate id exempli imitati sunt. Viget hodiisque pia consuetudo, & quanquam graves ob causas agmen sese flagris veterantur per plateas haud circumeat, ad Oratorium tamen lugubri apparatu, atque ad pios motus ciendos apposito instrumenta, numerosa quotannis turma die Parasches ad copiosum usque sanguinem sese flagellatura convenit.

15. *Blasphemus miro eventu emendatus.* Homo Friburgi fuit, tum aliis sceleribus, tum Deo, Divisque maledicendi abominanda consuetudine notatissimus. Multi illum multis horratis sunt, ut execrabilem usum deponeret, sed frustra: monitiones omnes risu excipere, ac protervus contemnere est solitus. Templum aliquando præteriens fortuito potius quam deliberato lumen jaeta, certè nil pii cogitans, Christi e Cruce pendentis sculptam imaginem intuetur, & ecce! radios quosdam ex oculis simulacri evibratos, & copiose decurrentes lachrimas sibi cernere videtur. Consternatus figit obtutum acrius, eandemque perdurare conspicatur speciem. Tum enimvero Servorem sceleribus intuentis, atque æterno exitio illachrimari interpretatus, commoveri & ipse totis visceribus, fletu colliquescere, advolare ad Collegium, ac Sacerdoti nostro ploratus inter & singultus confiteri flagitia, quæ jam ultra omne malum detestabatur, ab hisque absolutionem flagitare properavit.

16. *Gravis iniurias inimicitia generose sublata.* Injuriam acceperat fæmina nescio quam, certè, ut ipsa putabat, intolerabilem, sensu tam profundo acerboque, ut ne illam condonare adigeretur, decretum haberet Paschali potius Confessione, & Agno DEI, quo sine debita amicis venia, ceu pacis symbolo, vesci non licet, pervicaciter abstinere. Sed effecit Noster, ut multum jam oblationis suæ poenitens mulier in ponendo odio ultræ etiam, quam debet, progrederetur; prior illum accessit, à quo læsa fuerat, prior in genua procidit supplexque condonari sibi culpam rogavit, ingenti alterius verecundiâ, & pudore, ingenti omnium, qui audierant, admiratio ne.

17. *Magistratus in Collegium favores.* Magistratus certè, cum tam eximia pro animarum salute, ac Ci vium concordia Reique publicæ incolumentate geri cerneret, favores suos pariter eximiè Collegio impendit. Ejus jura adversus præfectum, quem Bernates Laufannæ imposuerant, egregie tutatus est. Marseniensi templo, quod Collegio attributum jam olim fuerat, in formam decentiorem reparando gratuitas procuravit operas, demum, ut Collegii etiam ædificatio rursum continuaretur, præter quadrigentas vecturas, quas Vicarii Generalis flagitatu, jam elapso anno Coloni liberaliter appromiserant, de adjumentis aliis benignè providit.

18. *Thomas Spaurius Brixinensis in Tyroli Episcopus moritur. Eius Elogium.* In Tyroli, quemadmodum elapso anno magni ex Reginæ Magdalæ obitu doloris magnum æquè levamentum sociis attulit continuata Ferdinandi Archiducis, qui demortuæ frater erat, benignitas & Clemencia; ita hoc anno mœrorem, quem Thomæ Spaurii Brixinensium Episcopi mors creavit, plurimum consolatus est Successoris erga familiam nostram non affectus tantum propitius, sed vigil etiam, ut brevi cernemus, pro,

pro illa amplificanda solicitude: Cum Thoma in sepulchrum quidem abiit caducus gloriæ splendor, qui ei ex antiquissimo inter Alpinos Spauriorum stemmate adnatus erat, mansit tamen in hunc usque diem memoria virtutum, quibus insigniter conspicuus Dioecesis Brixinensi quadraginta annos & amplius præfuit, profuitque. Quam Cœtum nostrum cordi habuerit, facile cognoscet, qui ad ea reflexerit animum, quæ sparsim haec tenus de illo fuerunt recensita. Certè cum ab eo tempore, quo Societas Alpes transgressa est, Germania, Superior maximè, singularissimo Numinis beneficio Episcopos habuerit, quam pro Catholica religione vigilantes, servidósque, tam laborum, quos in eundem finem Præfulibus Societas addixit, & quos æstimatores, & exinde Societati ipsi vicissim benignissimè addiegos, meritò sanè inter hos Thomam Spaurium numerari decet.

Ferdinando Cæsari fundamina sua gratum adscribit Collegium Oenipotanum, sua Magdalena Ferdinandi filiæ Collegium Halense, utrumque incrementa sua auctusque Ferdinando alteri Cæsaris filio Tyrolensem domino; verum quod non Oeniponti tantum & Halæ, sed per universam Diocesin Brixinensem, ad quam Tyrolensis Provinciæ portio, cæteris multò amplior pertinet, Societas velificari zelo suo, & quæ instituti sunt, pertractare potuerit munia, in acceptis referendum est Antistiti Spaurio. Ille Societatis hominibus diplomata & privilegia dedit summe honorifica, ille facultates fori sui cum Sociis communicavit amplissimas: tutatus est eosdem adversus iniquos, invidosque accusatores, calumnias obtrivit, famam defendit, auxitque perpetuò. Cæterum iam ante annos undecim datus illi Coadjutor fuerat Andreas, quem dixi, Cardinalis Austrius, à quo postquam sacra gubernacula suscepit, quid non præsidii sperare poterant Socii, tanto jam tempore impensam ab eo tutelam experti, & beneficentiam? Ita nempe & sua ipsum indoles, & Progenitorum exempla instituerunt. Parens Ferdinandus Archidux, qui ad exitum superioris anni Richardo Hallero & comiti, Romam ad Congregationem Procuratorum euntibus liberaliter viaticum dederat, hoc anno subministratis largiter expensis subsidium contribuit, ut Collegium splendidiore apparatu celebritatem publicam exornare posset, quam Augustissimum Eucharistiae Sacramentum Solemni Pompa circumgestare consueverunt Orthodoxi. Arcus Triumphalis prope Collegium est erectus, floridis lemniscis, pictis eleganter emblematis, ac pyramidibus, & ambientibus ex utroque latere taperibus spectabilis. Stantes novem pueri, velut à totidem Beatorum Spiritus Choris legatis, atque idcirco veste, quam Angeli oculis subiiciuntur, amici, eti, adventantem sub Panis specie Dominum Angelorum supplici quisque carminis versu salutârunt, adoraruntque.

Veris Angelorum Cœtibus accessisse unum è suis magnum sperandi argumentum habuit Sodalibus Marianis. Ingenti hic Purissimæ Virginis amore cum teneretur, ut præstaret, quod inter gratissima ipsi est venerationis genera, perpetuo servandæ castitatis voto se obligavit. Paulò post gravis supervenit infirmitas, cuius vi, cum ad ultima deve- nisset, paulò antequam exspiraret, repente serenato vultu intè exhibilatus, o quanto, ait, mihi bono, quanto venit solatio, quod me desponderim uni Viro virginem castam exhibere Christo! ecce Regiam Virginum, cuius honori castimoniam vovi, Cœlestium Virginum larum stipatam choro! Venis nempe, O Domina mea! non modò, ut non deferas me in hora mortis meæ, sed ut ad sis etiam in actionum.

19. Spes de
Thomæ
Spaurii suc-
cessore An-
drea Au-
strio.

20. Collegium
Oenipotanum
Theopho
rianum ope
Ferdinandi
Archiducie
splendidio
rem reddi-
dit.

21. Sodalibus
Oenipotanis
tano appa-
re in ipso
te R. V.

mearum omnium termino ! Hæc profatus inter sancta suspiria placidissimè obiit.

22.
Male felix
obitus
Cultoris
Passionis
Domini.

Halæ etiam felicitas verè singularis in æternitatis aditu ægrotanti cuiuspiam obvenit. Solitus ille fuerat quâvis sextâ seriâ crucifixi pro mortaliū salute Redemptoris dolores tenerrimo sensu, qui lachrymas etiam exprimeret, comineditari: ita hoc Deo placuit, ut cœlesti significatione certum eundem fecerit, non decessurum è vita, nisi divinis præparatum mysteriis. Accidit, ut improviso accessu aucta præter omnium opinionem morbi vehementia vix in quartam horæ partem duraturæ vitæ spem relinqueret. Ad Parochum itaque properatur, qui Sacrolanctum moribundo Viaticum deferat. Verùm & hic eodem die morbo tam gravi correptus fuit, ut lecto pedem efferre neutiquam posset. Nec adhuc tum temporis adjutorem habebant Curiones urbis, qui illorum in obeundo munere vices exerceret. Extremum in mora periculum erat, cùm ecce ! Sacerdos è Collegio præter ægroti ædes fortuitò transit. Celerimè introductus cognito moribundi discrimine citato gradu ad Parochum properat, qui mirè lætatus, venisse, cui partes suas demandare possit, in gratiæ etiam loco habuit, si alter acceptaret. Acceptavit, ac Sacramento non Confessionis tantum & Eucharistia, sed extremæ pariter Unctionis administrando, viam ad Superos, ut sperare nemo aliter poterat, morienti complanavit.

23.
Mira som-
nolentia
confiteri
volentis
precibus
depulsa.

Pejus in eadem urbe timendum fuit alteri. Morbus cum invaserat, dubium an non à styge immissus, quippe & auditûs usum ademerat, ne quid pii exciperet decumbens, &, ne delicta sua enuntiare posset, quoties ad confitenda peccata se accingebat, tanta repente somnolentiâ fuit superobrutus, ut quantumcunque luctaretur. nihil vel in brevissimam perjodum, quæ intelligeretur, posset colligere. Adhibitæ sunt à Nostro & circumstantibus servidæ preces, mirum ! discussus illico est sopor, exporrectus æger, sibique ex toto præfens confessionem accuratam & suo, & audientis magno solatio peragit, quin post eam protinus levari morbo cœptus pauculos intra dies integrè convaluit.

24.
Theophori-
zæ celebri-
tas augu-
stiis resor-
mata.

Notatum fuerat aliquot retrò annis in celebri festo que Theophoriæ die agmen Divinam Eucharistiam, cùm circumferretur, comitantium contractius multò fuisse numero spectantium, & quidem absque usitatis in Ecclesia externis reverentia signis: effectum est Sociorum multâ publicè ac privatim cohortatione, ut & cives transconti Christo suspensis peripetasimatis aut sacris Imaginibus, debitam, solitamque alibi, venerationem præstarent, ac Triumphalem processum gratularenrur, & longè plures quam præteritis annis numerarentur, qui in suas dispertiti tribus, turmasque ordinati, augustissimum Christi Corpus subsequerentur, nudato plerique vertice, quantumvis toto eo tempore continuus deplueret imber.

25.
Marquardi
Episcopi
Augustani
elogium.

Augustano in Suevia Collegio eadem lugendi materia, idem luctu minuendi solarium obvenit, quod Collegiis Tyrolensis. Quinto Calendas Februarias diuturnis & summè acerbis Calculi cruciamentis extinctus est Marquardus Bergenius familiæ inter Suevos nobilissimæ postremus, postquam Diœcesi laudatissimè præfuisset annos quindecim, vir multæ pietatis, multæ eruditiois, & sapientiæ, rei præterea cœconomicæ perquam experiens, utilisque curator. Suavitatem Antifititis, quæ omnibus se amabilem reddidit, principiò haud admodum experta sunt Diliganum, Augustanumque domicilium, quod Carolinum pro mutuo, cœnum, quem, vetante Româ Germania tamen colligebat, Patres quoque nostri, ac imprimis Haiwodus, ut alibi retulimus, in Dilingana

Aca-

Academia Doctor, contra Episcopi mentem haud probarent. Verum ubi sententiarum, opinionumque de hac Quæstione conciliatio Romæ prodiit, & Gregorius de Valentia Romanorum judicia, quibus hic census licetè conquiri posset, ex Urbe redux in Academia Ingolstadiensi explicare, actueri cœpit, Marquardus etiam in Socios benignior, quies hacenū doctrinam quidem, ut erat Literatorum æstimator, inesse fatebatur, eorum agendi modo penitus inspecto, operam quoque Dicecesi perutilem fore orsus est agnoscere. Itaque multis dein annis non solum Operarios dignos esse mercede sua gnarus, œconomia proventus tum Augustæ, tum Dilingæ pro Sociis liberaliter fulsit. Verum, quod magis optabile erat, spatiolum per totam Dicecesin, frugiferos exercendi labores campum aperuit, magnis laudibus prædicare solitus, quantum dñeris sui levamentum ab Sociorum industria sentiret.

Episcopi solo post Marquardum impositus fuit nolens volens Joannes Otho ex nobilissima inter Suevos Gemmingiorum familiâ. Is anno jam superiorē ad Ecclesias Eystadianæ, cuius pariter Canonicus erat, Insulam concordi eligentium suffragatione invitatus, nullis precibus induci potuit, ut acceptaret; ne & Augustanæ se Tiaræ subtraheret, non nisi offendendi Numinis religione, quam viri cordati, piique injecerant, permotus fuit. Quid spei in altero hoc Othoni, qui Truchſesii Cardinalis & nomen, & amplissimam dignitatem repræsentabat, recondere Socii possent, pignus arrhamque præceperant, cum Gemmingius adhuc Augustanæ Cathedralis Ecclesiae Decanus nihil adversantium, obstrepen- tiūmque voce perterritus, aperte Societatis & Collegii, quod Fuggeri meditabantur, causam propugnavit. In communi omnium honorum gratulatione, Sociorum etiam nomine applausum typō vulgare iussus est Matthæus Raderus. Eloquentiæ jam tum vel emeritis Professoribus æquandus Magister, cum tamen septennium haud abiisset, ex quo ipsemet, postquam recens Augustæ Gymnasium, Societas pandisset, ut Rhetorices discipulus foret, ex Landshergensi Tirocinio missus est, videturque hæc prima inter tot deinceps Matthæi lucubrationes fuisse, quam in lucem edidit mense Martio, necdum Sacerdos, utpote, qui subsecutis primis Calendis Maii Sacerdotio iniciatus, Sacrificiorum primitias supremo Numinis dedicavit.

Domestico etiam funeri indolere Collegium potuisset sui causâ; nisi gaudere potius æquum fuisse illius causâ, cui beata morte transitus ad beatarum Mentium confortia reseratus fuit, ad quæ, ut Roma sub hujus anni dimidia tempora sanctum Aloysium, necdum ultra Scholasticorum gradus in Societate proiectum, sic Augusta sub ejusdem anni exordia juvenem Coelo transmisit, qui & ipfus etiamnum Scholasticus, Aloysii sanctitatem pulcherrimè innocentissimis moribus adumbravit. Wolfgangus Rabensteinius prosapia ex pervetustis Alsatia Comitibus deductus, jamque inter Canonicos Ecclesias Cathedralis tum Herbipoli, tum Bambergæ adscriptus, unâ cum fratre frequentandi Gymnasii causâ Ingolstadium tres ante annos venerat. Magnæ de illo spes erant, & exspectationes erant Familiaæ, nec immerito. Idoneum ad quasvis honorum, dignitatūmque excelsitates ornamenta præstiterant. Præter natalium splendorem apud Franconia, ubi in castro gentilitio Rabensteinanus natus est, populo honoratissimum, eluxit in Wolfgango ingenium ad omnes disciplinas habile, oris decor eximus, affabilis erga Sodales Comitas, & modestissima, quæ in moribus apparebat, compositio, sed præ omnibus viræ resulst innocentia, & pietas erga Superos. Frequenter in Divinorum Mysteriorum usu, creberrimus in divinis Officiis,

26.
Marquard
Successor
Jo. Otho
Gemmin-
gia.

27.
Collegii
nomine ap-
plausum
vulgavit
Raderus E-
loquentiæ
Professor.
necdum
Sacerdos.

28.
Moritur
Wolfgang
Rabenstei-
nius Socie-
tatis Scho-
lasticus
Rhetorices
discipulus.
Ejus singu-
lares virtu-
tes.

29.
Ejus adhuc
adolescen-
tis pietas,
dum Ingol-
stadii degit.

si quando vacuis à labore Scholastico horis, ac diebus inquirere voluissent, non alibi facilius, quam in sacra Divæ Virginis, quam Speciosam appellant, æde inveniri poterat. Haud diuturna Ingolstadtii commemoratione opus fuit, quin ejus virtus, probitásque ita universus innotesceret, ut passim pius Scholaris appellaretur, eoque solo nomine, cum cæteri aut tacerentur, aut ignorarentur tituli, dignosceretur. Cœpit paulatim ex assidua mentis in coelo habitatione terrenarum rerum vanitatem cognoscere simul, ac fastidire.

30. Itaque mundo exire certus post accuratam de ineundo vitæ statu de liberationem ad Societatem animum acclinavit. Metuebat tamen, ne ab ingressu Societas impediatur Ingolstadtii ad Collegium confunditur. Timens, ne frater natu major, qui incertum, an educationis vitio, aut suâ vel aliorum culpâ Lutheranæ lectæ adhærebat, morem sanctis animi decretis injiceret: die quapiam è templo Collegii, ubi prius sumpto Pane Angelico de Coeli robore sibi providerat, in ipsum se se Collegium penetravit, infimisque rogavit precibus; ut in Societatem recepto Landspere, gam ad Tirocinium abire sibi liceret, quin id fratri, ac parentibus antè innotesceret. Responsum tulit, morem ferè in Societate non esse, ut aditus concedatur cuiquam, genitoribus, vel insciis, vel invitis, posse tamen, si lubeat, tantisper in Collegio persistere, dum, quis patris, matrisque sensus sit, resciatur.

31. Perstilit, &c. en! quantocùs afferuntur literæ, immittitur frater natu major, subornantur internuntii, qui modos omnes abduceundi à proposito Wolfgangi adhibeant. Nihil literæ, nihil germanus, & internuntii profecerunt, ac illos quidem, qui præpostero judicio, quod cœcum duntaxat, & clandum est, non dico, Duci, sed Regum Regi offerendum. & in claustra detrudendum, quod verò sanum est, ac bellum, seculi destinationibus reservandum autemabant, acerbè increpans rejicit, cùm de genialibus mundi delicijs vel eminùs mentionem injocissent, sancte sèpèque contestatus, duduim sibi decretum esse, quidquid jucunditatis cum animi corporisque integritate coniunctum non foret, ne ad aures quidem admittere. Quapropter aliū, licere profecto, ajebant, statum amplecti Sacerdotalem; at, cur haud in eo gradu, in quo bina iact Ecclesiarum Cathedralium Collegia ipsum collocassent? Ascensiones exinde faciles parari posse ad ampla munia, ad tiaras, ac purpuras: servitum hoc modo supremo Numini, & Ecclesiæ, ac ita quidem, ut subserviat simul Parentum desiderio, familiæ splendori, & commodis, sui ipsius perpetuo honori, & gloriæ.

„ Subridens ad hæc Wolfgangi: Putabam, amici, nescio quæ „ ampla, & mirificè magna à vobis allatum iri, quibus ut perfruar, operæ „ pretium sit, Cælestia, æterna, immensa bona amittendi periculo me ex- „ ponere; hæc enim mihi DEUS pollicetur, si, quò certis me indiciis vo- „ cat, obedienter lequar, sin, heu! quam vereor, ne indignis me redi- „ dam. Itane vultis, ut aurum hoc præferam, cui vel nunc, dum adeò „ illud ostentatis magnificenter, plurimum Scoriæ admixtum conspicor, „ & brevi, quantum est, in pulveres abitum Icio, imò, quod ne aliteq; „ quidem teneo, nisi spe duntaxat. Et hæc quam multos jam sefellit fru- „ strata cum ludibrio? Fisse oportet, qui ad Ecclesiæ Clavum sedeant, ita „ est, sed quos ad id muneris Deus evicit, evectione necessariis munit præ- „ sidiis. Me remigem esse volunt Superi, monentque assiduò interiori „ voce, tutius mihi salubriusque esse, ut remigando portum contingam, „ quam ut gubernaculo affideam perpetua inter discrimina, ne excutiatur „ in fluctus, ne impingam in Syrtes, rapiar in charybdes. Quid enim a- „ liud sunt stirpis decora, familiæ incrementa, honorum amplitudo, quam

„ venti, qui procellas cieant, voragine, quae præcipitent? Sinite me cursum tenere quo solo me pergere Deus jubet, ab hoc digredi nefas, aliam sibimet viam aut sponte sua, aut aliorum in gratiam operire insanum est. „ Salutem propriam in tuto ponere nullius magis, quam mea interest. „ Quin & vestro & parentum commodo in omnem æternitatem consul- tum eo. Ego quidem, ita me JESUS confirmet, ab ejus Societate nunquam divellar. Vos (annuntiate hoc parentibus quoque) vos cavete, amabò, cavete, ne, si divertium hoc, licet frustra, moliri peragitis, vel ob sola hæc tentamenta procul à Christo, procul à Cælo exolare jubeamini.

Perculerunt ultimæ voces tum fratrem, tum cæteros succenturia-
bos. Digressi consternatione pleni, & silentio, etiam parentes monue-
runt, sinerent ire Wolfgangum, quò sanctiores impulsus, & obfirmata
voluntas agerent. Quare & Præpositi, compætta tam insigni adole-
scientis constantiâ, lubentissimè illius desideriis sunt velificati.

Ubi Landspergæ Tirocinio pedem imposuit, crederes eodem mo-
mento omnem illum profapiæ haud solum memoriam apud seipsum de-
posuisse, sed id agere, ut penitus apud omnes oblitteraret. Non ver-
bum, non Syllaba audita de se, aut suis rebus loquentis. Minimum se-
ferebat omnino, in occasiones ubique intentus semet despiciendi. Fa-
mulum dixisses omnium, nisi quod majori solertiâ, quam famuli, &
caritate, quantum per obedientiam licuit, inserviceret universis. Vilem
si lacernulam gestare, si cibum, potumque in triklinio permitteretur e-
mendicare, vestiri purpurâ, & epulatus fuisse regaliter est sibi visus.
Cùm sæviret bruma, nihil unquam tegumenti admisit in manus, quan-
quam opus statutis horis faciendum esset. Persæpe sub coelo rigido, &
aere frigidissimo, quin, summâ non raro hieme, aquâ gelidâ manus per-
fundere, perfusæ Boreæ & Cáuro exponere est notatus; unde factum, ut
& facies ex flavo nigresceret, & manus multiplici fulcarentur fissurâ,
studiosâ Wolfgangi industriâ pro rusticano vernula, qui de stiva venisset,
aspici contemnique affectantis. Corpus cilicij, & crebris verberatio-
nibus arctè adinodum, & severè habuit, ut qui delicias omnes è Coelo
duntaxat peteret, piis commentationibus, precibus, & sanctis ad DE-
UM suspiriis adeò profundè immersus, ut non solum præscriptis orationi
temporibus, verùm omni in actione, ac loco mens apud Superes habi-
tare videretur. Sed tam assidua contentio valetudini demum no-
cuit.

Unde non solum corpusculi afflictiones moderari jussus est, sed eti-
am, quantum leges sinerent, interdiu mentem à Coelestium rerum
contemplatione avellere, quod ab ipso quoque sancto Patre Ignatio, ut animorum commodis aptiorem se redderet, meditatè factum esse le-
gitimus. Hunc in finem antequam Tirocinij biennium Landspergæ
terminasset Wolfgangus, Augustam missus est futurus Eloquenter disci-
pulus. Ubi de virtutum quidem ludentarum studio nihil remisit, nihilo-
minus, quod Præpositos ita velle gnarus erat, addiscendas Rhetorica
multo sele servore impendit. Degebat in vivis illo adhuc tempore Joani-
nes Rabensteinus ex eadem cum Wolfgango stirpe, Orator, ut alibi
dicebamus, in Provincia nostra celeberrimus. spesque erat plurimum
probabilis, illius vestigiis adolescentem hunc agnatum inhæsurum esse.
Experimenti capiendi occasio est oblata, cùm iussus est à Magistro suo
Radero inter alios condiscipulos, ut mos est, cùm viccs ad ipsum per-
venissent, Germano sermone Concionem formare, recitaréque sub iplam
cœnam, formavit, recitavítque tanta vi ardoris, tanto argumentorum
pon-

pondere, actionisque venusta gravitate, ut Socij escarum immemores auscultarent mirabundi, nemoque jam esset, qui non judicaret, adolescentem hunc alterum olim evasurum esse Joannem Rabensteinum. Sed præjudicia hæc, spesque mors paulo post subinturbavit. Nec aëris, nec studiorum mutatio tabem, quæ Wolfgangum Landspergæ occuparat, minuere potuit, quia magnis aucta progressibus intimas pulmonum hepatisque fibras depasta est.

34. *Vbi Rhetorice studens pueri moritur. Post eius mortem frater illius ex Lutherano fit Catholica.* Fuit religiosissimus Juvenis inter defluentes corporis vires animo, ad Coelestia summè semper eretus, anhelansque, ac, ut citra breve tempus multa tempora sancte, & innocenter agendo explevit, sic etiam postremis diebus admirabiliter tolerantiâ cursum haud absque communi omnium præfigio magnæ in Cœlo secuturæ gloriæ consummavit. Indicium completi præfigii acceptum ex eo est, quod haud ita post frater illius, quem fratri pedicas, queis à DEO abstraheretur, nexuisse vidimus, ipsem Ingolstadtii, ruptis, quibus Luthero hucusque innexus fuerat, compedibus, evaserit in libertatem filiorum DEI; assertore nimis Wolfgango, qui hanc ei gratiam à DEO exoraverit. Nihil temerè meditorum arbitror, si pronuntiem, quemadmodum Roma Novitiis, ad Scholasticarum classem destinatis, Sanctum STANISLAUM, Philosophiae Studiosis Joannem Berckmannum, Theologiae Sanctum Aloysium imitandos proponit, sic à Superioris Germaniæ Provincia digitum intendi posse in Wolfgangum Rabensteinum, velut exemplar, à quo ii præcipue, qui de Cœtu nostro Rheticæ studiis repetendis addicuntur, si non literarum auspicia, præfidiaque, vitam certè morésque religiosos compонendi formam defumant.

35. *Dilingæ parentalia persolvuntur Marquardo Antistiti.* Dilinganis Sociis ex Marquardi Antistitis morte pars non luctus tantum, sed Exequiarum insuper obvenit. Dixit è Nostris unus, cum in Sacello Castrí Dilingani Justa funebria haberentur: habita subinde eadem Academiæ universæ nomine in templo Collegii, seu, ut appellant, Academico. Orationem in demortui laudes declamavit Wolfgangus Starkius, tam ipse eloquens, quam aliorum in arte dicendi peritissimus Magister. Altero post mense Gemmingius Marquardi Successor, cum in templo Parochiali Dilingæ solemni Ceremoniâ Episcopus consecratur, primùm quidem non solum rursus à Nostro ad Concionem dici voluit, verum etiam gratulationes, quas Collegium vario carmine edidit, clementissime acceptavit, & impensas pro typo omnes reddidit.

36. *Successoris Gemmingi in Collegium Dilinganum beneficentia.* Quin ut promissionis, quæ in prima salutatione benevolum se Collegio, ac beneficium fore spopondit, fidem quantocuyus liberaret, sexcentos annuatim florennos censum, adjectâ ex ære proprio summâ benignè auxit. Sub exitum mensis Junii Dilinga ad thermas Göppingenses in Wirtenbergiam transiit Guilielmus Bojus, erantque in comitatu præter filios Principes, tum Nobiles aliquot præcipui, tum ex Nostris terni; exceptus est, cum ad Collegium inviseret, tum in adventu Oratione salutatoriâ, tum in redditu adornata scenâ non inficitâ, cum prius finitis lavationibus, animi laxandi causâ Sueviæ urbes simul, ac Cœnobia obiisset. Veniam (ita rogo) dabit lector, si ex horum occasione itinerum sub tanti Principis ductu noster etiam aliquantum excurrat calamus, memorétque, non ad jactantiam, sed ad incitamenta posteritatis, ut, quanquam Societas Locorum Deo sacratorum disciplinam, utpote satis se ipsa his temporibus confirmatam, attingere haud quaquam velit, stimulos tamen accipiat aliis in terris, aliisque mortalium statibus, quorum semper aliqui culturâ indigebunt, operam industriamque impendendi. Evenit aliquantò post hæc Ducis itinera, ut Ernestus

37. *Guilielmus Dux Bojarie Dillinga transiit ad thermas Göppingenenses.* Guilielmus Bojus, erantque in comitatu præter filios Principes, tum Nobiles aliquot præcipui, tum ex Nostris terni; exceptus est, cum ad Collegium inviseret, tum in adventu Oratione salutatoriâ, tum in redditu adornata scenâ non inficitâ, cum prius finitis lavationibus, animi laxandi causâ Sueviæ urbes simul, ac Cœnobia obiisset. Veniam (ita rogo) dabit lector, si ex horum occasione itinerum sub tanti Principis ductu noster etiam aliquantum excurrat calamus, memorétque, non ad jactantiam, sed ad incitamenta posteritatis, ut, quanquam Societas Locorum Deo sacratorum disciplinam,

utpote satis se ipsa his temporibus confirmatam, attingere haud quaquam velit, stimulos tamen accipiat aliis in terris, aliisque mortalium statibus, quorum semper aliqui culturâ indigebunt, operam industriamque impendendi. Evenit aliquantò post hæc Ducis itinera, ut Ernestus

Guili-

Guilielmi Ducis frater Archi-Episcopus Colonensis translationem proventuum Cœnobii cuiusdam ad Societatem, aliorum querimonijs inductus haud approbare videretur, idque Fratri per literas significarer; Guilielmus scriptâ pariter epistola Consilii, quod coperat, rationem reddidit, atque etiam facile, ut acquiesceret, persuasit. Ex hac epistola illud duntaxat fragmentum affero, quod ad Guilielmi per Sueviam itinera, quæ modo attigi, ac ad Dilinganorum Sociorum gesta pertinet.

*Leyman in
defensione
Bella Pontif.*

„Quæ de Monasteriis, ait, in Bavaria nostra sitis memoravi, eadem „meis etiam oculis in Suevia confexi. Delatus sum haud ita pridein in pleraque, ac præcipua illius Provinciæ Monasteria. tantum ubique „se prodebat Sanctimoniarum religiosæ studium, ut quisquis cerneret, cœlesti exultaret gaudio, cuius tamen sensum tibi, Frater, aliqui nunc „malevoli, disciplinæ & honestatis Osores præclusum cunt. Videbar „mihi, cum in Asceteriis illis versarer, spectare redivivas antiqui Spiri- „tus Monastici primitias, qui, ut monumenta nos edocent, sub primæ in- „stitutionis tempora viguit. Ubique contemplari licebat accuratum „die toto actionum ordinem, ejusque religiosissimè servandi studium, „precandi, plallendique exercitia, mutua religiosæ Charitatis officia, „continua sele utiliter occupandi studia. Hæc ego cum admirarer, cum „plurimum lætans, plurimum etiam collaudarem, ultiro Patres illi Re- „ligiosi hunc vitæ tenorem in Cœnobia sua introducūtum, ingenuè, ac „unanimiter adscriperunt Societati JESU, Collegiū præsertim Dilinga- „ni inquilih, à quibus, cum literaturā permulti, alii politiore, seve- „riore alii erudirentur, unà etiam religiose vivendi amorem, normam- „que hausissent.

Haec tenus excerpta ex Ducis Guilielmi epistola, quam pro Societatis defensione simul, & commendatione ad Ernestum fratrem exara-
yit.

40.
*In Elvacea
ditione in-
seger pagus
Aichlinga
nomine, re-
dnexus ad
fitem Ca-
tholicam.*

Æqualem commendationem iidem Socii Dilingani, retulerunt à Principe Elvacensi Wolfgango, quia videlicet æqualem ei gaudendi materiam attulerunt. Nec enim Quadragesimæ solummodo hebdomadis, quibus universis duo ex Dilinganis Socii in Elvaciensi oppido versati sunt, coniuetam Superioribus annis, laboribusque affluidis messem colligere studuerunt, verum multipli etiam accessione amplificarunt. Pagus est incolis frequens, haud Elvaco procul, Aichlinga illi nomen est, hic, mortuis absque hærede loci possessoribus, cum, ceu feudum, ut cum jureconsultis loquamur, ad Elvacensem Principem denuo esset devolutus, voluit is, ut pariter subditi ad Sacra Catholica, à quibus ante sex prope modum ultra sub hæreticorum dominatu avulsi fuerant, reducentur; missus fuit Principis postulatu Dilinga Patrum unus, qui tentaret, an molli via reversio tentari posset. Potuit. Benigni afflatus Numinis crebræ Conciones, crebræ Cathecheses, privatæ etiam per domos Conversationes, & colloquia effecerunt, ut boni ruricolæ universi, uxores eorum, ac liberi sub Ferias Paschales ordinato agmine supplices ad templum Parochiale progressi, antequam intrarent, exteriorem illius ambigum coronâ circumdarent, prostrarique in genua non prius templum ipsum auderent ingredi, quam rorantibus oculis, multoque gemitu errores suos deprecati essent, in quos tamen aliena duntaxat fraude, aut exemplo potius, ac vi devoluti fuerant. Ita demum, postquam portas non tam justitiae, quam misericordiae sibi aperiri flebiliter rogitarunt, introducti in sancta adyta inexplicabili gaudio, vetulorum præcipue, orthodoxas religiones & Sacraenta denuo usurparunt.

41.
Ratisbo-
nensis Pre-
dicantis in-
ficeum
scomnia in
Socie-
tate.

Haud tam facilia tractatu se præbuerunt novalia Ratisbonenfia. Ipsa statim anni exorientis ingressu, spinas, ac tribulos bonæ fementi interserere, nescio, quis semini-verbius allaboravit. In pulpitum progressus ipsis Calendis Januarii, cùm eruditionem suam de veteri strenas eo die missitandi usu, magna loquacitate ostentasset, demuin bello, ut rebatur, prorsus que ingenioso epiphonemate sermonem clausurus, etiam à diabolo missam esse Magistratui, populoque Ratisbonensi strenam significat; sed à qua sibi solicite omnes caverent, munus hoc esse, quod Danai ferant; dogma videlicet Jesuiticum noxiun animis, ac veneno turgidum. Valuisse aliquid hosce clamores apparuit, quòd appetente vere, cùm reparatio templi & interpolatio resumpta fuisset, omnis ad eam sufflamis nandam conatus fuerit adhibitus.

42.
Obitacula
adversus
fabricam
tablata.

Architecتو homini Italo indicitur, ut urbe emigret, quòd operas haud ex urbe, sed exteris conduxisset. Operis ipsis, quòd municipes non essent, accessus in urbem ex trans-Danubiano Suburbio non conceditur. Non lateres ex Lateraria publica, non materies alia ex ædilitiis officinis, posito quantovis pretio, obtineri potest. Acriter contra has vexationes depugnandum fuit Domus Rectori, monstrandumque, licitum sibi esse æquè, ac cæteris in urbe Ecclesiasticis, quibuscum jurium communione frueretur, operarios quoscunque, etiam extra municipium conducere, neqne modo illos dimitti posse, quòd de mercede jam paclum cum iis in seculura veris tempora ex integro esset. Sed nec Architecتو Italo carere se posse, nisi de alio certus esset, qui in idem tempus, iisdemque impensis fabricæ absolutionem, ac sponsione quidem vadatâ promitteret. Cùm nemo esset, qui recipere in se id vellet. progressus est Rector ad prosequendam templi structuram, ac, licet materiali aliunde impendio majore Conquiri oportuerit, tam provexit feliciter, ut extremo Autumno haud solummodo impositum teclum, verùm cætera etiam, quæ sub teclio erant ad conciñitatem, aspeclumque non invenustum perducta fuerint. Malè id habuit, quos imbibiti semel erroris malus urebat zelus, præsertim, cùm appareret, multos paulatim de civibus erga Socios pariter, & Orthdoxa, quæ Socii explanabant, dogmata, non male affici. Circummittuntur itaque monitores, qui ostiatim indigenas moneant, quantum Præpositis displiceat, quod aliqui Jesuitarum Conções adirent: caverent, ne malum sibi accerferent. Absterriti sune exinde non pauci, ne palam ad Catholicos transirent, cùm viderent, qui id fecissent, haberi inclementius.

43.
Schnepfii
virt Nobilis
ad Catholi-
cos trans-
gressi vera-
gio.

Schnepfium certè virum nobilem, quòd Nostro dirigente, unà cum fratre ad viam veritatis transiisset, cùm subinde à Bojorum Duce inter Consiliarios relatus fuerat, veluti id ignorant, intempestanocte, nescio, cuius culps, aut quo veritatis fundamento, insimulatum, lictorum, armatorumque manu præter omnem consuetudinem lecto extrahi, & infami reorum carcere concludi jussierunt, neque nisi post septem dies, quamvis luce altera honestiorem naclus custodiz locum, liber dimissus fuit.

44.
Henrici
Stokingii in
publica
contumelia
insignis
patientia.

In forum aliquando itabat Henricus Stokingius Collegii obsonator, eduliorum aliquid coempturus, cùm mulier ex taberna profilit, quam Lutherus olim, Argulæ suæ parem, alteram proclamasset Jahelem vindicem populi Israël: Altum hæc vociferans, quidquid convictionum in buccam venit, adversus prætereuntem Stokingium evomit: Erudierant jam se ipsos Socii, qui tum temporis Ratisbonam mittebantur, ut nonnisi ludibria, contumelias, calumniásque, & his acerbiora animo præcipierent, atque ad ea tolerantes ferenda se præmunirent. Itaque &

& Henricus ad repentinum hunc assultum non imparatus, ne vultu quidem mutato, aut verbulo reposito, viam suam quietus pergit: cùm ipso hoc silentio efferatior fœmina pugnis involat in hominem, & colaphos infligit non legniter. Spectabat id confertus in foro populus. arridebant multi, aliqui, ut, ne sic quidem commoveri Henricum, aut quidquam repugnare vident, hortantur, ut si vir esset, robustiori verbere Mænadæ hanc furentem contereret. At subridens ille renidensque castigari ait, si meretur, suo castigandam marito relinquamus. Ac sàne adfuit maritus, & ipse quidem Lutheranus, in tempore, qui reluctantem licet Furiam crinibus arripit, & multa pulsatione in officinam retrahit. Quin ipse Magistratus, qui ex nupera Schnepfi captivitate Bojorum Principem vehementer offensum fuisse non ignorabat, motus graviores veritus, mulierem carceribus includi jussit, ut insanam rabiem tantisper digereret.

Ignominiam quoque ab consimili una ex Mænadum genere perpetfus est Conradus Vötterus in Cathedrali æde etiam injuriæ ultiōnem non aliunde, quām suimet festivitate ingenii petiit. Transibat is fortè propter officinam, nescio, quam, cùm opificis uxor transeuntem conspicata intento designans digito, hem! exclamat, lupum in urbe, lupum! cùm saepius has voces ingeminaret, substitit Vötterus, & fronte in rugas contractâ velut indignabundus, heus tu, reposuit, quid adeò probrosè lupum me vocitas? tamen ego neq; modò, neque haec tenus ulli hominum indicavi, te Norimbergæ, ut infame compertumque postibulum à carnifice palam virgis concilam & urbe ejectam fuisse. Vix hæc verba audierant, qui famularem in opificio præstabant operam, cùm abjectis celeriter instrumentis, ne ipsi etiam tam turpiter notatæ heræ consortio infames redderentur, domo se ejiciunt. Tum dedecoris, tum damni imminentis magnitudo adeò mariti ambusst præcordia, ut ad Prætorem mox advolans, conquerensque dolentissime de illata uxori injuria, sibi, uxori, domui quām primum & famam & detrimentum resarciri, dictaque retractari publicè, quin etiam castigari postularet. Prætor inauditâ parte alterâ sententiam ferri haud posse, effatus, redire civem sub vesperum jubet, datum tunc judicium, partesque citatum iri. Confestim deinde mittit, qui Collegij Rectorem edoceat, quid adversus Vötterum cives conquerantur, futuruim fortassis, ut vadetur. Vocat Conradum Rector, quid ad prætorem, quid à prætore ad se delatum sit, indicat. Ille, exposita totius rei serie, copiam adeundi quantocvus prætoris concedi flagitat, effecturum se, ut neque prætori, neque Collegio quidquam posthac ex hoc eventu molestiæ obtingat. Impetratâ cundi venia, cùm pervenisset ad prætorem, præsentes adhuc tum civem accusatorem, tum testes, quos ad informandam litem civis adduxerat, invenit, suis etiāq; quādūm quercionis exaggerandis intentos, quapropter amicè comitèque prælocutus, nequaquam se adesse vadimonij obcundi causâ, quod in vespertinas primū horas indicatum esse audisset, quodque obire ipse nullo modo obstringeretur; adesse tamen se, ait, amico animo, ut inviolosque altercationi, multisque tricis obnoxiaz, funem præcidat. Posse, quando lubeat, accusatorem ipsum, testesque, ut, qui oportunè substitissent, auscultare, quā id ratione effecturus esset.

Auscultaturos dixerunt perlubenter, tum rem ordine narrare aggressus, & quo convicio à fœmina lacesitus, & quæ ipse convianti regessisset verba omnia articulatè exposuit. Vix hæc audierat civis, cùm haud dum penetrans, quò mens narrantis tenderet, testes exultanter circumspetans; habemus exclamat, habemus, amici, faten-

45.
Conradus
Vötterus
convitum
ingeniosè
vindicat.

46.
Ad quod
dubio u-
tens re-
sponso, ac-
cusatur.

47.
Ultro co-
ram judice
comparens
pulchrè ac-
cusatore
elinguea
redit.

tem reum. Tu modò Prætor, tu ipse judica, num maledicentia hujus ulla possit inveniri excusatio. Tu modò vir amplissime, subridens interpellat Vötterus, tu modò agnosce, quām inani frivoloque jurgio prætorium concurent intempestivi litigatores; ne linguae quidem patriæ sensum vel intelligunt, vel examinant, ex quo testes, nisi nimis auriti forent, contraria potius omnia oportuisset eruere. Egone, ô viri, ut dixerim, fœminam illam, Norimbergæ, ceu prostibulum virginis vapulâsse à Carnifice, & expulsam fuisse oppido? Enimvero audistis ipsi, atque audisse modò fassi estis, quām serio contestatus sim, neque tunc me dicere, neque unquam ulli hominum quidquam dixisse de infami poena, quam hujus uxor Norimbergæ subjerit. Sed neque modò id dictum velim, quin optare potius, ut ne quidquam tale imposterum ex vero de illa dici queat. Sit illa, maneātque, ut maritus quidem ait, matronarum honestissima, urbana certè, ac ingenua non est, cur alias tam inhonestè non dico, ut honestum virum, sed ne quidem ut hominem me tractâsset? cur lupum me lupum, execratam videlicet belluam, multiplicatis clamoribus vocitare ausa est? Profecto si verè dixissem, quæ hi, pessimè intellecta, mihi falsò affingunt, longè minus inhumana fuisset à me retorta in illam ignominia, quām jačta illius in me convicia, quibus me in horridam omnino bestiam turpissimâ simul & mendacissimâ contumeliâ deformavit; age enim, bone opifex, te ipsum interrogo, an ego proprius ad formam, naturâ inque lupi, an uxor tua, licet, quod affirmanti tibi credo, honestissima, ad speciem, ac similitudinem accedat meretriculæ. Pudor ad has voces perfudit civem: nil habuit ipse quod reponeret, plurimum cæteri, quod riderent. Neque iam qui reus, sed qui actor fuerat, lubens deseruit vadimonium; quin mandatum à Magistratu exiit, ne probris posthac, & contumelias cuiusvis statûs & Religionis incolæ mutuò se laceſſerent, applaudentibus Conrado Orthodoxis, quod ingenio suo & lepore effecisſet, ut lis tam jucundè ſecaretur.

48.

Vötterus
Librum de
Controversiis
dedicat
Magistratu
Ratisbo-
nensi, sed
modica
gratia.

Studuit Conradus gratiam referre Senatui, quapropter elucubratum à ſe opus, in quo de controversiis fidei quæſtionibus tractabat, Senatui Populoque Ratisbonensi dedicavit, ſed non eadem mente, quæ scriptus, acceptatus liber fuit. Trimestri, haud citius elapſo responſum è curia venit, quo moniti ſunt Collegii Patres, definerent posthac hujus argumenti libros dedicare Senatui, qui de Religionis quæſtionibus nolle cum Jesuitis quidquam tricarum texere. Non terruit hæc responſio Vötterum, quò minus alio scripto modeſtè ſimul, ac ſolidè monſtraret, nihil in eo, quod edidiffet, opuſculo implexum, aut intricatum, ſe plana omnia Orthodoxæ veritatis oracula, queis nemo, niſi mente oblæſa foret, intelligentis non ſufficeret, intellectis nemo niſi corde foret obſtituto, refragari poſſet. Aſt nempe invenimus homines, qui identidem alios ad velitationes laceſſunt. His cùm os oſtenderis, animo cadunte cecidiſſe tamen videantur, ſoliſ amore pacis, quam priores ipli turbatum iverant, in arenam ſe non deſcendere clamitant.

49.

Catechesis
coepit in
Urbe trans-
danubiana.

Majus operæ pretium relatum fuit ex Orthodoxis. In urbe tranſpontem Cathechesis cœpta eſt, magno ex omni ætate auscultantium numero, & in præſens usque ævum continuata. Duo rurſum è Collegio Epilcopi Vicarius impetraverat, qui in confinia Bohemizæ ſub vernum jejunium abirent, in animarum lucra invigilaturi, ſed uniantum, eo pervenire obtigit, alter Dekendorffii, ſito ad Danubium oppido, iuſſus eſt interſiſtere, quod defuncto nuper loci Ecclesiaste, haud proficuos minus labores civibus eſſet impensurus, tanto cum urbis ſolatio, ut quem Quadragesimæ hebdomadis in Concione, Catechismo, ſacro Tri-
bunali

50.
In Urbe
Dekend-
orfio la-
boratum
cum fructu.

bunali sitienter gustassent, regustare denuo voluerint, cum Festa Divo Michaëli Archangelo dies rediisset, quam populus è remotoribus aquæ, ac vicinis locis confluens magna veneratione consuevit celebrare.

In Academia Ingolstadiensi novus è Societate Professor institutus est Christophorus Marianus, qui Theologiam, quam vocant, Moralem explicaret, voluitque Princeps Guilielmus, ut Cathedra deinceps perpetuò penes Collegium Societatis permaneret. Altioris Cathedrae, ex qua videlicet Romanæ Ecclesiæ primus à Christo Magister Veritatem Catholicam docuit, disciplinæ submiserunt sese abjurata hæresi quinque supra quinquagenos.

Ad fidem DEO datam haud quidem ab hæresi, ab incestis tamen nuptiis, ambigas, an à majori flagitio reducta est fœmina verè miseranda. Virginitatem hæc DEO voverat, atque ut servaret tutiùs, vitam inter Moniales traducendam. Neutra sponsione stetit: propinquorum eversa blanditiis nupsit. Verùm Maritus obtigit truculentus admodum & ferox, ab hoc utut habebatur pessimè; longè dolentiùs tamen sentiebat ob violata cum Cœlo fœdera perpetuos animi laniatus. Fortè domo egressa obvium habet dæmonem terrifica specie, atrocissima quæque minitantem. Tremefacta ad preces erga Deum confugit, atque inter has stimulos ad peccatorum Confessionem persentilicit. Obsequitur, atque ad Collegii sacram Aëdem gressus intendit. Sed hic nempe ingens lucta. Occultâ veluti manu resistare compellit, ne ad Sacerdotem, qui in poenitentes judex scdebat, penetret. Penetravit tamen auxiliantibus etiam, quos in opem vocaverat, aliis, & quām pacato animo inde recesserit, de serenata fronte conjiciendum dedit.

Terrore ingenti, haud tamen absque argumento fiduciæ in DEPram collocandæ plenum est, quod adolescenti accidit: grave is deli-ctum admiserat, nocte insecura excitatus è somno, vocem audit horrif-icam; adesse dæmonem se, ait, qui scelestum hunc ad commeritas poe-nas abripiat. Fuerat hucusque adolescens Magnæ Matris cultor, ita-que contéritus eam quām properè, quāmque potest sollicitissimè inclamat. Nec frustra: adest Misericordiæ Mater, monstrumque Acheronticum quantocyus pellit. Facebit dæmon, sed cum ingenti fremitu, itane, ingemiscens, hanc ferre ego injuriam cogar? unicum admissi crimen, quod luendum mihi æternū erit. Is tantorum reus scelerum reserve-tur tamen ad spem venia? Ad tam streperos ejulatus excitati è somno domestici omnes, ultrà, quām dici queat, horrore sunt oppressi, at ne-mo sanè æquius, salubrusque, ac, qui tanto exceptus fuit discrimini. Properarit utique commissa flagitia Pœnitentia Sacramento delere, ac se adversus committenda omnibus, quæ timor, dolor, amor, gratusque erga Vindicem suam animus suggesterit, munire præsidiis.

Quadriennium abjerat, ex quo Maximilianus Guilielmi Ducus pri-mogenitus Ingolstadij commorabatur, Jurisprudentiæ domi præceptore Fikleto, magnæ omnino & probitatis & doctrinæ viro, in publica vero Academiæ Schola, Ethices politicae regulis combibendis intentus, eximio utrobique profectu; cum præterea eluceret supra ætatem judicij matu-ritas, gravitasque actionum, consultum esse arbitratus est Genitor re-vocare Natum Ingolstadio Monachium; ubi gubernandæ Bojariæ artem ipso quodam gubernationis usu condisceret. Adhibendus videlicet arcans consultationibus, audiendis, dicendisque sententijs, & gravissi-morum negotiorum tractationi. In discessu, quod reliquum in penu-cellâque alimentorum supererat, sat magno pretio in Collegium transferri, donarique jussit.

51.
Ingolstadii
Cathedra
Theologie
Moralis
tradita So-
ciati.

52.
Hæretici
conversi
quinqua-
ginta quin-
que.

53.
Adversus
Deum Far-
digraga e-
st endatur.

54.
Deipara
peccato-
rem peri-
culo inten-
tiae dam-
nationis li-
berat.

55.
Maximili-
nus Guiliel-
mi Ducus
filius Ingol-
stadio re-
vocatur
Monachus.

56.
In discessu
erga Colle-
gium mu-
nificus.

57.
Remansit Ingolstadiensis Athenæi Lumitare alterum Ferdinandus Archidux, qui condiscipulorum primipilus ex Poëseos Schola. eloquentia palæstram ingressus, ter totidem præcipuas Christo Servatori dicatas celebritates in templo, quod Academicum vocant, præsentibus Academicis universis publicus Orator exquisitissima dictione, ac dicendi venustate condecoravit. Suavitas ex familiaritate, cum minoribus geminis Maximiliani fratribus Philippo, & Ferdinando, Ingolstadij permanentibus dolorem mitigavit, quem tertio Aprilis è discessu Maximiliani hauferat; indolis namque ad omnem, quæ in Principe desiderari queat, honestatem propensæ paritas intimam inter ambos amicitiam fundarat, duraturam atque perpetuo Ecclesiæ, & Orbis Germanici, commodo.

58.
Maximiliani erga Collegium Monacense humanitas. Cæterum, ubi Monachium pervenit Maximilianus, illico & Genitorum denuo coram vidi exempla clementissimi erga Familiam nostram animi, & exemplis insistendi oportunitatibus est usus. Siqua ex recenti, atque ideo, ut fieri amat, ferventiore negotiorum principalium curâ subsecivi aliquid otij esset, ventitare ad Rem Divinam in Sacellum nostrum, subire domicilium, evocare Nostros ad alloquium, adhibere ad mensam familiare Principi, ac usitatum fuit.

59.
Guilielmus Prædium Taufkirchenese donat Collegio Monacensi. Haud multò antè, decimo videlicet quarto Calendas Aprilis Guilielmus Dux pagum Taufkircham, pascuis & piscofo amne æstimandum Collegio dedit in perpetuum, iussis eidem fidelis obsequii juramentum præstare subditis. Principis partes agente Fieböko Ducis Quæstore. Id dum fieret, adest improvisus ipse Princeps, & Colonis, ut recentes dominos jucundiū acciperent, liquidum dedit congiarium. Secuto dein mense Aprili, haud solus Dux Guilielmus, verùm & Renata Coniux, & Maximianus Filius, Ernestus Ducis frater Archi-Episcopus Colonensis, fratrūque alter Ferdinandus cum sorore Maximiana, advectus denique Ingolstadio Ferdinandus Archidux cum Matre Maria Guilielmi itidem sorore altera, quæ Græcio advenerat, Taufkircham ceu ultimum loco valedicturi sunt egressi, cùmque rediissent, altero quamprimum die Maximianus Princeps ad Collegium inviit, gratulatus Socius novi vici à Parente factam donationem, suumque de illa non consensum solummodo, sed & gaudium contestaturus.

60.
Jubileum ex urbe venit: Paulus item Hof-fæus Visitator. Cæterum novos Socii stimulos, novasqne occasiones ad copiosam vel in media hieme animorum inesse suppeditavit, cuin Jubileum ab novo Pontifice Gregorio decimo quarto mense Februario promulgatum, tum adventus eodem mense Pauli Hoffæi, quem, postquam Assistentis Germaniæ munus decennio obierat, Claudius Præpositus Generalis Visitatorem nostræ Provinciæ ex Urbe remicerat. Paulò antequam Hoffæus rediit, Provincialis Alberus methodum vulgavit, ad quam omnes, qui in Provincia tradendæ Catecheses munus, magni utique in Societate æstimatum habituri essent, se in hac functione conformarent, vigettque conformatio ista in præsens usque ævum non Societatis modo domicilijs, sed omnibus in Germania Superiore Catechistis usigata.

61.
Alberus Provincia-lismethodū Catechisimi præscribit adhuc hodie obser-vatam in Provincia. Extiterunt & alij, iisque varii animorum quæstus, quod suprà Ingolstadii evenisse retulimus, idem fere & Monachii expertus est quispiam, Gravè consiciverat flagitium; nocte post proximâ tumultus in cubiculo tantos audit, veluti susque déque reverterentur omnia. Expavit criminis reus tantopere, ut neque manus movere posset, ad efformandum Crucis signaculum, neque linguam ad salutifera JESU & MARIAE nomina enuncianda. Corde igitur ad Virginem Clementissimam (hoc unum supererat) elevato, ejus haud dubie Patrocinio impetravit, ut inter

62.
Ope Dei-paræ grave malum e-vadit per-cator. inter

inter admissi criminis detestationes JESU ac MARIAE nomen voce elata inclamaret. Pergerunt tumultus; ille, ut primum illuxit, nihil habere prius, quām ad Sacellum nostrum accurrere, scelus confiteri, & contra ulteriores Orci insultus, sacrosanctā sese communire Eucharistiā.

Puella fuerat, quam execrabilis impietate quindecim primum anno^{63.} rum filia ipsa Mater, scellestissimum utique Orci prostibulum, Avernalī proco despōndit. Nec is suo veluti jure uti distulit, haud tamen ita clanculum, ut non patrifamilias innotuerit, qui misellam ad Nostrum deduxit: is negantem primum æternorum commémoratione suppliciorum ita cominovit, ut ipsamē poenitentiaz Sacramentum lachrymans expeteret, quo haud dubiè ritè obito, cœlesti Sponso, non dūntaxat propositi firmitate, sed voti etiam religione, morum emendationem communiit.

Nequaquam ex infima hominum sorte juvenis, perpoterat ultra noctis diuinidium; nec tamen exhorruit, manè exorto altero, vina pro pomedum ruens, & cyathos adhuc olens, Divinissimi Sacramenti Mensæ accumbere: quin & illico de sacra Aede rediens, ad congios pariter est reversus, impudenter intemperatèque vino le ingurgitans. Haud impunè tulit Sacilegus protervitates adeò temerarias: Currum, quo domum revehetur, consensurus in tergum relabitur, tamque ^{64.} graviter corpus humi affligit, ut confessim doloribus cruciari cœperit acerbissimis, qui cùm dies aliquot continuarent, nec vitæ crederetur abesse periculum, agnoscens DEI punientis dexteram, Monachium sat longo itinere devehi se curavit, ut non tam corpori, quām animæ medicinam quereret. Meliusculè enim jam habens, ad Nostros accessit, & conscientiaz plagas omnes Poenitentiaz Sacramenta perfanare solitus, ut recuperatam mentis integratatem certius impollerum tueretur, reliquum ætatis, adhuc vividæ, in religioso clauistro transfigere decrevit. Alteri cuiquam gravissimum, quo correptus decum-^{65.} bebat, morbum pariter Confessio depulit. Vix in hac causam aegritudinis, quam stimulante conscientiā, facile ipsius agnoscebat, Sacerdoti aperuit, cùm statim convaluit. Oportunitatem hīc offers calamus, animadvertisendi iis æqualia, quæ nuper de amuletis sacris æjeclodus, quibus Ecclesia Fideles contra Orci fascina obarmare solet: illorum feliçet virtute miro persæpe, ac prodigiis vicinos effecit contigile, quibus Divina Providentia Agni consecrati & sacerorum Cinerum æstinationem usumque crebriorem resuscitavit.

Eadem memorare hæcenus perfruenter licuisset, nisi ex ipsa frequentia pariendi fastidij metus fuisset de Confessionis & Eucharistiaz Sacramentis; Utilitatem videlicet illorum non unam fuisse, sed ab animis saepè redundasse in corpora, ac admirabilem in morbis etiam desperatis medelam extitisse. Quod, quid aliud fuit, quām inexplicabilis bonitas allientis populos Servatoris ad frequentem usurpationem præsentissimi adversus morbos animorum, mortemque ipsam antidoti, cuius tamen præteritis paulo antè ævi illius annis nausea fuit, ac fastidium populare. Permoti sunt tamen quamplurimi, ut invitanti obtemperarent. Monachij certè cùm sub adventum Societatis vix millenni intra annum intervallum in Sacello Nostro è Sacramentorum usu salutem animorum, aut reparare, aut tueri studerent, hoc jam anno minimum vicena eorum millia sunt numerata, quanquam ad autumnum.

usque angusto illo, apud Divi Joannis Baptiste Sacello, de quo & nunc, & saepius jam facta mentio, concluderentur Socii.

67. *Marcus Bragadinus Chrysopœum menzus.* Hoc etiam anno in Urbe tandem Monacensi detecta, punitaque est vaserrimi impostoris fraudulentia, æquum tamen est, ut, quoniam illius nequitia, punitioque plurimis libris posteritati fuit tradita, ejusdem quoque pœnitentia, & in morte subeunda pietas innotescat. Marcus Antonius Bragadinus (hoc enim nobilissimæ apud Venetos familiæ, veréne, an fictè? nomen gerebat) cum aliquanto tempore in Religiosorum cœtu, ab ultronca rigidissimæ paupertatis professione celeberrimo, vitam duxisset, inde reversus in sæculum, sæculi ex more artem arripuit, quâ ditesceret quidem, sed ita, ut ad paupertatem, quam ipse pertœsus erat, alios redigeret. Facto in Chymica progressu aliquo Chrysopœum sese jactare cœpit. Socium impostoræ naclus est, pharmacopolam, lucri partem haud modicam pactus: huic massam quinquaginta aureis conflatam tradidit, quæ rosei coloris succo imbuta, ignoti vulgo lapidis formam referebat: ipse lapidem hunc facilius Petram appellavit rosaceam. Comminuerat hanc in tricenos minoris formæ lapillos, quos conflando auro necessarios dictitans, cum artis experimenta daret, petræ rosaceæ drachmam à Pharmacopola peti jussit: misit Pharmacopœus levissimo pretio: allatum, ubi nemo non frustulum lapidis esse autumabat, furno cum aliis, nescio quibus, certè nullius pretii pulveribus immisit, tum igne supposito artis quam Spagiricam vocant, adminiculo separatum ab omni concretione aurum excoxit, mirantibus, qui spectabant, ex materia, quæ vix teruntia staret, tam nobile metallum progigni; adeò Petra hæc rosacea ad omnem sese probabat petram Lydiam. Famam sibi fidemque, ac paulò post etiam lucrum haud exile, hoc invento comparavit versipellis ærufator, Venetiis primùm, dein & alibi, magno à multis pretio conductus, ut illius Magisterio artem convertendi in aurum lapides, & ipsi condiscerent. Nusquam vaser diu substisit, ut fere solent, qui opertaneas ejusmodi officinas instituunt.

68. *Monachium venit, ubi ejus fraudes deteguntur.* Peragratia variis Urbibus, Principumque aulis, Monachium tandem pervenit. Enim vero hic patuit, jungi posse cum Germanorum Synceritate ocularam prudentiam, quæ sibi fucum non patiatur fieri. Petræ illius rosaceæ soliditas adeò deprehensa est diffluxisse, ut nihil nisi liquidissima remanerent mendacia. Unde & in carcerem abreptus est nequam. Ut primùm hominis vulgata est, captivitas, graves aliorum Principum, quorum deceptio felicius ei successerat, querelæ venierunt, ac postulata, ut pleaderetur. Dati sunt à Guilielmo Duce Quæsitores: nec multum hi abire permiserunt temporis, cum à processu atri (ut voce loquamur Crylopœis usitatâ) processus est factus ad damnationem Capitis.

70. *Ne moreretur impensis, Dei paræ quotidiano cultu videtur promeruisse.* Ac profecto ipse, qui reus tenebatur, eam antè ex flagitiose vita conscientia præteperat opinionem, tuleratque sententiam, crucimenta sibi publica mortemque ipsam deberi: illud tamen solicitus erat, ne moreretur Numinis gratia, Cœloque extorris. Ne hoc eveniret, unicè illi salutare fuit, nunquam à Virginis, quæ Clemens est, quotidiano cultu defecisse. Fassus est, huic semet supplicasse haud infrequenter, si alia perveniendi ad Cœlum via non superesset, efficeret Mater provida, ut Clientis sui flagitia palam innotescerent, palam punirentur, cum infamia etiam & cruciatu. Aversatus antè Societatem fuerat quam maximè: mancipatus tamen carceri non alios quam Societatis Viros expetiit, quibuscum conturbatus animi rationes ordinaret.

naret. Accersitus ad hoc fuit Ingolstadio Gregorius de Valentia, apud quem non solum nostrarum omnium Sarcinam sapientis Confessione depo- fuit, verum & hunc, & alios e Collegio, qui linguam callereant Italicam, penes se assidui ut essent, rogitavit, in quo etiam amanter sunt obsecuti. Scripto & voce confessus est, artis conficiendi atrum se penitus ignarum esse, quod quidem pronissime credent, quibus validis argumentis persuasum est, artem hanc nunquam unquam exstisse, nunquam unquam extituram esse.

Indicare palam haud erubuit prolapsum suarum prima fuisse ini- tia perniciabile silentium, quo clam vita & conscientiae Moderatori bus habuit insidiatoris Stygi follicitationes, quibus ad defendam Religiosi Ordinis stationem fuerat initatus. Ex adverse laudes, gra- tesque dicere haud desinebat Numinis Genitrici, quod illius potissimum beneficio in viam devenisset, quam e suis sceleribus, modo vellet, eluctandi ad Cœlum oportunitas daretur, velle se id toto animo, spera- réque eadem Matre optima usurum & Patronâ ante Judicis supremi Tri- bunal, & Duce ad thronum Misericordiae. Cum indicaretur capitale supplicium, recitare Hymnum cœpit Ambrosianum, & gratissimo erga DEUM animo prædicare beneficium, quo spes fieret brevi infamia, pœnaque, æterna evadendi supplicia, æternam consequendi gloriam. Sancto huic gaudio sanctus succedit dolor.

Erat Bragadinus sacro iam Subdiaconatus Ordine initiatus, sive hunc post egressum è tirocinio suscepit, seu jam religiosis illigatis vo- tis, & novos & veteres charitatis funiculos ruperit Sacrilegus transfuga. Qua de causa, pridie, quam plecteretur ritu, quem Ecclesiastica leges statunt, amictu sancti Ordinis, juribus, privilegijs, functionibus uni- versis exutus est, traditusque Tribunali profano, ut id in profanum lege ageret, quod dum fiebat, inter ejulatus & lachrymas DEUM, ac circumstantes de admissis criminibus deprecans, sancte contestabatur, non hac sua ignominia, sed illo dedecore, illâ macula commoverit, quam Sanctitati Ordinis, & characteri, quem gessisset indignissimus, summa affricuisset impietate. Vulgatus hic de Bragadini pœnitentia rumor atque novis argumentis affirmatus, creberrimis Sycophantæ frau- dibus exasperatos populorum, qui peregrè etiam Augustâ præsertim ac Norimbergâ usque, copiosi affluxerant, animos haud modice lenivit. Vicecima sexta Aprilis eductus fuit ad supplicium, stipantibus latera, quos solos expetierat, ad piam mortem adjutoribus Gregorio de Valen- tia & Joanne Holonio. Nihil in ultima vitæ linea audire ex morituro erat, quam Sulpitia pœnitentis ad DEUM, DEIque Matrem, deprecationes, ob damna & offensas ad circumfusam multitudinem preces pro impe- tranda felici morte, quam optimè profecto comparatus subiit.

At quo mortis genere sublatus? haud sanè illo, quo Bullengerus, Lutheranus Prædicans, & alij à Bullengero decepti membrant, su- pensum fuisse è patibulo, fractâmque gulam resti ex filo aureo con- torta. Erroris Bullengerum Adlzreiterus, ac monumenta coh- vincunt domestica. Liquet ex his pegma fuisse eretum in foro Urbis maximo, atque ibi Marco Antonio Bragadino caput resectum fuisse à carnifice, seu mitiorem sententiam tulerit Guilielmus ex innata cleth- entia, seu, ne dum puniret atrocius, notare simul videtur simplicita- tem illorum, qui si vel modicum attentiores adhibuerint oculos, pa- pare propemodum potuissent veteratorias Impostoris artes. Verisimi- litatem est, datum aliquid fuisse nobilitati Stemmatis, de quo se Braga- dinus serebat, vel memoriæ summi illius Herois, cuius nomen gerebat,

71. Societas quam ante aversatus fuerat, Pa- tres expe- riit.

72. Causam ru- inæ indicat quod non fideliter e- gerit cum Moderato- ribus.

73. Hymnum recitat ad indicia sententiam mortis, ad quam fan- tis se com- pariat.

74. Moritur ca- pite plexus, non fu- spensus, ut Bullenger scribit.

*Adlzreiterus
P. 2. Ann.
Boic.*

Marci Antonij Bragadini, quem post occupatam à Turcis cruenta obſidione Famagustam Cypri Urbem, acerrimum loci defenſorem Saraceni contra datam fidem, diuturnis, crudelissimisque tormentis ex-cruciatum, de tractâ tandem adhuc spiranti pelle, enecarunt, æterno barbaræ fævitiei juxtâ, ac perfidiae monumento.

75.
Personato
Dæmoni
fraus non
succedit.

Ut verò nequaquam ad vota evénit Dæmoni pellexisse Bragadinum ad sumendam chrysopoei Personam, quem ipsum prædam fore suam, omni auro carioran, spe jam devoraverat, cùm is tamen poenitentiâ dænum minim personatâ, reapsie theſaurum ſibi fecerit non deficien-tem in cœlo, ita neque fraus alia ſuccellit, quâ Sathanas ipfe ſub per-ſona ſeſe occuluit longè mendacissimâ. Peregre abjerat civis quidam perhorritus; dum ſolus redit, & cogitatibundus antiquos ſecum annos recoit, delicta etiam anteactæ vitæ occurrunt, è quorum memoria in magnam ſabitò devolvitur anxieta tem. Has inter ſalebras luſtantis gressum; ecce tibi! occurrit quispiam ore, oculis, habitu Sacerdotis illius è Collegio Monacensi, quem civis pridem animæ adhibuerat cu-ratorem. Factâ, ut inter notos, conſalutatione, ne mirare, inquit is, qui obvius venerat, quod incomitatus veniam: ad Pagum, quem vi-des, propero, dieturus illic pro concione; at tu, amice, mœrem info-litum, ac turbationem vultu præfers; nihil negavit alter, quin ut ar-canorum conſcientiæ omnium præcio, quæ maximè premerent, syn-cerè aperuit: hic enim verò Stygius simulator altè ducto ſpirio, ah bone, ait, eadem & me tui cauſa preſerunt dudum; quid ultrà diſſi-mulo & crede homini moderandis aliorum conſcientiis multum exerci-tato; quæ te angunt, ſcrupuli haud ſunt, ſed ræ mentis iusta præjudi-cia, eadem & mea ſunt. Totum te mihi aperuisti haetenus: factum tum probè; nam aperire viçifim ex eo tibi didici miſerum animi ſtatim: fruſtra es; ex prava, quam contraxisti, affuetudine non emerges, quin devolvēris in flagitia graviora: unde ego quidem Confessiones tuas ultrà non excipiam: aliud ſi deligas, ille te, illum tu miſere torquebis ali-quamdiu, donec tandem idem ſignificet, actum eſſe de ſalute tua. Exputa tecum, quid aetu ſatiūs, & in hac vita, & in altera miſeriæ ſu-nem trahere, an curare, ut ſaltem non utrobique ætumnosus vivas? Sed eundum mihi, & aliis quoque conſionandum eſt. Tu vale, & valere jucundè poteris, ſiquidem cupias. Ita diſceſſum eſt in diversa, alter in proximum ſe nemus conſicit, civis Monachium tendit. Huic ul-trâ modum perterrito diu luſtantum fuit, donec animum recollige-ret. Dum recogitat tamen, quā longè alia haetenus conſcientiæ Arbiter monita ſuggefferit, dum miratur, tam ſubitò à ſeipſo penitus in-dandis conſiliis mutatum eſſe, dum ſimilia ſe nunquam à quoquam Sacerdote audivisse meminit, nescius omnino, quid judicare habeat; ab Urbis ingressu rectâ ad Collegium properat, Sacerdorem Confeſſarium ſuum nominat, & ſiquidem domi ſit, accersiri flagitat. Com-paret ille quantocyūs. Hic nempe Stropha patuit, Plenus jam ſolatio civis, exponit, quæ contigiffent in via. Agnoscit Sacerdos, agno-scit Viator callidi hostis versutias, grates agit Superis, ac novis; ſi novas Orcus moliretur insidias, præſidiis & documentis communitus tranquillissimo animo domum ſe refert.

76.
Monacense
Gymnasium
um minus
frequentari
ceptum.
cepta in

Feliciorem multò ſuccellum habuerunt magnifica tria ædificia, quæ magnæ Arch-Angeli Michaëlis honoribus, ac ſub ejusdem auſpicis moliebatur Dux Guilielmus, novum Templum, Collegium, Gymnaſium. Et Gymnasium quidem, quod intuitu Scholarum, quas à Guilielmi Patre Alberto ſtructas fuſſe olim dicebamus, minus nomina-tur,

tur, ita perfectum stetit, ut, postquam ex Discipulis Grammatices pars dimidia, cui recipienda locus non erat in vetere Gymnasio, in novum veluti apiarium fuisse translata, novam etiam sub eodem teatro Scholam ex interioribus Disciplinis addendam esse visum fuerit. Eam vi. delicet, quâ, quid agere homini Christiano, in eo, quem profitetur, statu præceptum, interdictum, licitum e sit, ex Ecclesiæ sensu disquiritur. Primum Scholæ huius Professorem Ingolstadiense Collegium, & Academia suppeditavit Mathiam Mairhoferum, à cuius adventu tertio Martii ad valvas præcipiorum in Urbe templorum, Præciis tamen Parochiarum, ac Cœnobiorum Præpositis. Programma his verbis affixum est: „Quod ad DEI Optimi Maximi gloriam, atq[ue] ad multarum „utilitatem cupimus, & optamus, quarto nonas Martias, hoc est, die „crastina prima horâ pomeridianâ Societatis JESU Theologes initium „earum prælectionum faciet, quæ ad conscientiæ casus, ut vocant, „explicandos sunt institutæ in novo Gymnasio. Eodem item in loco „Dialecticæ institutiones posthac separatim explicabuntur mediâ post „octavam matutinam horâ. Mutatum hodie tempus est habendæ Scholæ, è pomeridiano in matutinum: mutatus etiam Discipulorum numerus, sed magno videlicet incremento, quippe, cum primum quinquaginta censerentur, his annis centeni plerumque numerantur, qui ultilissimæ huic Scientiæ condiscendæ se addicunt. Ampliori sollicitudine, quamquam si rectè Guilielmum novimus, majori etiam oblatione distinebat optimum Principem Templi fabricâ, si non ad perfectionem absolvenda, ad usum tamen quotidianum accommodanda.

codem das
ceri Theo-
logia Mor-
gia

77.
Primus Ca-
suum Pro-
fessor Ma-
thias Mai-
hofer,

78.
Templum
S.Michaëlis
magnum
partem
perfec-
tum

Excitus ab Italia fuerat Sacerdos Noster Valerianus Architecnicæ callens, qui Simoni Hiendelio Collegij Præposito, simûlque Architecotori consociatâ adesset manu. Supellec sacra, auro & argento diues, quatuor advecta curribus, advecta Divorum Reliquiæ insignes, & Corpora integra. Statuta terna ex utroque Templi latere Sacella, & in Sacellis Altaria. Summi Altaris & quatuor aliorum structuram quo minus absolveret Princeps, populi major indies spiritualem operam nostram adhibere exoptantis, atque ideo majora etiam præstolantis spitia cupiditas effecit. Quæ causa est, cur & nos templi Ichnographiam differamus, donec eo perfecto perfectam, integrâaque offerre possimus oculis.

Cæterum, vel sola Templi, ut appellamus, navis quantumvis numeroꝝ hominum multitudini admittendæ videbatur sufficiens. Quapropter Guilielmi invitatu Vir & sua virtute ac doctrina, & amore erga Societatem nobis memorandus Bartholomæus Schollius Episcopi Suffraganeus Frisingâ adiectus cum Clericis, octavo Calendas Octobris primum quidem terna Altaria in trinis Sacellis Divæ Mariæ Virginis, Divi Andreæ Apostoli, Divæ Mariæ Magdalena honoribus ritu ab Ecclesia constituto dedicavit, idem quatriuo post præstitum oppositis ex altero Templi latere Altaribus Sanctorum Petri & Pauli, Sebastiani & Ursulæ; ita ut nihil jam obstaret, quo minus ad imminentem, quæ Michaelis Coelitum Archistrategi cultu sacratur, diem usucapio Templi compleri posset.

Itaque pridie memoratae lucis, mox ut à meridie Vesperarum tempus appetitur, quatuor Campana æra ex turri nova, quamvis necdum absoluta, insonuerunt, reclusis dein portis bipatentibus, ac admisso, qui innumerabilis erat, populo Primæ decantatæ sunt Vesperæ, pri-

79.
Unde S. Mi-
chaëlis die
res Divina
celebrari
novo tem-
plo coepit.

sub Sacrificio ab ipso Provinciae Praeside Albero habita est Concio. Contdecorarunt celebritatem facerrinam utriusque diei Principes Boici omnes & cùmque novi etiam Collegij. Edificium sic perfecta jam acceptisset concilia; ut in uno eorum parari Epulum posset, dedit illud Guilielmus sane magnificum toti Collegio. pransus ipse eodem in loco cum Principibus ceteris, alijs & primi Ordinis hospitibus. Quam beneficentiam & Guilielmus & Serenissimi Haeredes tum recurrente quot annis Festà Sancti Michaëlis Luce, tum aliis præcipuis Familiae nostre Solemnitatibus solerunt hucusque esse perpetuam.

Ubi propè fuit, ut tollerentur Epulæ, consensâ unus è nostris David Gassnerus & clini Cathedra, luculento sermone laudes, gratesque dixit Domini Bojarice, ipsique in primis Domus Capiti Guilielmo Basilicae Conditor. Habitæ subiñ Vesperæ secundæ, monitusque populus, fore ut deinceps in hac Aede, et si nocturna perfecta penitus, & consecrata, nihilominus quovis die, qui Domini, aut alicujus è Divis cultui consecratus esset, matutinum quidem tempus cantato Sacrificio, ac interposta Concione, pomeridianum autem cantatis Vesperis, dies autem Sabbathinus cantatis sub quartam pomeridianam Litaniis Laurentianis opportunitatem ficeret populo religiosa erga Deum, Cœlitesque frequentandi officia.

Et vide raram, simulque liberalem Guilielmi solertiam, quam non nisi religiosissimi Principis ingenium excogitet, nequè enim Musicis solum, qui ad exortanda divina, quæ memoravimus, Officia adhibentur, stipendia fundavit, verum etiam stipem, leptuaginta duobus pauperculis Maribus, qui videlicet Discipulorum Domini numerum sequarent, totidemque egentibus foeminis posthac pendenda perpetuo, ea lege, ut, quoties in Templo nostro Res Divina non nihil habetur celebrius, conspicuum in locum congregati intersint, ne ullus eventu, temporeve, quo Detin publicè, magnificèque adorari decet, cultorum solitudo extimescenda sit, quamquam de pacitate frequentantium sacram hanc. Aedem conqueri non sit, quorum numerus diebus religiosis nunquam erit infra bis milenos, sèpè ad septena, octonaque millia ascendet: ex quo, si nihil aliud, populi sane Monacensis non tam multitudinem, quam pietatem arbitretis, præsertim cum alia perquam multa in Urbe tempora sint, quæ ipsa quoque diebus festis culti divino vacantium copiâ scateant. Terminatis, quas dicebamus Vesperis, prodiit in Templum Frisingensis Suffraganeus, ut eos, qui nondum Confirmationis acceperant Sacramentum, Chrismatis sacro-sancto liniret Oleo, quod & postridie factum est.

Finem universæ celebritati dedit Tragœdia de sancto Ambrosio in Scenam data: secundum ut produceretur, Urbis Magistratus efflagitavit. Scriperat illam, dum adhuc Eloquentiæ Professor esset, Edmundus Campianus noster, atque ita rectè accidit, ut Tuba hæc Evangelica, quæ, dum Campianus ante annos duodecim Monachio in Britanniam transiret, personuit coram Principibus ex Cathedra, nunc etiam post gloriosum Campiani Martyrium personaret in Theatro.]

Cum porro Servi Domini habitare cœperint in Domo Domini, quid restabat, nisi ut in illius quoque atrii, in novo videlicet Collegio, habitare festinarent? Ita namque structum est hoc ædificium, ut, quæ plateam versùs ad occidentem declinat facies, intra gemina Gymnasia, versus unum, seu major, novum alterum, seu minor, contra-Ætor quidem sit latitudine, par tamen Gymnasiis trium contignatio-num altitudine, formaque cetera, interiora tamen amplioribus diffusa

81. Fundatio pro Musicis
Tempoli Monacensis & Eleemosynæ pro certo numero præsentium in celebritatibus ta-cris.

82. Confirmationis Sacramentum in Templo imperiatur.

83. Data velutum: Tragœdia de S. Ambroso scripta ab Edmundo Campiano.

84. Immigratur in partem novi Collegii.

diffusa spatijs, ambulacrisque, & scalis intersecta, faciles aditus pandunt; tum in hortos geminos, geminaque atria, tum in templum præcipue. Cubicula majorem partem sic aptata jam erant, ut inquisinos, quot quidem è Socijs Monachij tunc erant, ultrà non excluderent. Porro cùm Augustinianorum æquè Patrum numerus, ac Nostrorum augeretur idem, utrisque angusta nimirum accidebat habitatio; quapropter utrisque etiam placuit, ut manente animorum conjunctione indissolubili, separarentur corpora; quamvis ne separatio quidem magno sit facta intervallo, cùm unica duntaxat utrumque Domicilium sejungat platea, ut adeò longiori ejusdem teceti usurz, quæ multum habitura erat incommodi, dulciora successerint mutuæ vicinitatis comoda, ac solatia. Emigrari coepit Festo die, duetique auspicato Sanctæ Ursulæ, ac Sociarum. Triduo post à Sociis universè triginta tribus immigratum penitus, captaque cum habitatione possessio, quam DEUS, ut hæcenus clementissime voluit, ita imposterum ad Nominis sui Gloriam cum multiplici incremento fortunatam esse velit, ac æviternam.

Landspergæ Tironum nostrorum Domus, quæ anno superiore virutis probatissimæ Juvenem Christophorum Scribam jam Subdiaconum; morte amiserat, hoc anno inter supplementa viros accepit geminos Doctores jam Theologæ, ac Sacerdotio initiatos: & horum quidem posterior Joannes Hylinus Wangensis è Suevia, Ratisbonæ ab aliquo jam tempore Primarij in Templo Cathedrali Curionis munus insigniter gefserat, annos natus triginta quatuor; unde tanto major ex hac statu mutatione inter Orthodoxos juxta, & Acatholicos admirabilitas, inter hos etiam adversus Societatem livor, & invidentia est enata. Quam æstimator fuerit Hylinus summi Templi Canonicis, ex eo colligas, quod ad Tirocinium pergenti Legati vices ad Ducem Bavariæ, & gravissimi negotijs tractationem commiserint; unde Monachij, donec Princeps rediret è Thermis, aliquot diebus subsistendum fuit, antequam abire Landspergam datum est.

Alter Sebastianus Dietericus fuit, Constantiæ natus ad Lacum Acronium; Is defunctâ, quam haud pridem duxerat, uxore, Sacerdotij statum amplexus, regendo Anglipoli inferiori, seu, ut vocant, Divi tericus, mihi Georgii Seminario Præfectorus fuerat. Quo tempore Casparus Stauderus noster, natus ad eundem, ad quem Dietericus, Lacum Acronium, mortem, ut anno elapso dictum, oppetiit. Erat in Collegio Ingolstadiensi Sebastianus Sacris Divi Ignatij commentationibus animum exercens, Fâ occasione Caspari sepulturam ex Odeo contemplatus, recogitare secum coepit, quanta similitudo, ac defunctum, vitæ olim similitudo, nunc vero dissimilitudo esset, ac imparitas. Utrumque seculi implicitum negotiis, à quibus quidem Sacerdotio asserti ambo nonnihil se expediissent, sed Casparum, ut recederet multò longius, vitam elegisse, in qua Servatori Christi ita sociaretur, ut si quid etiam cum seculi hominibus agendum esset, ex ipsius instituti, quod profiteretur normâ, non aliò quam ad Christi amplificandam gloriam rectissima destinatione referret. Recurrebat deinde, quam reipsa ad hunc scopum omnes defuncti actiones collinearint, quanto incremento viri jam ante Societatis aditum sibi cogniti virtutes in ipsa Religione auctæ fuerint, ac perpolitæ: percipiebat auribus preces, quibus extincto suffragabantur Socij superstites, cernebat oculis, quam multis parentatur Sacrificijs, intelligebat denique multò pluribus parentatum iri per omnem Provinciam, quin terras omnes, in quibus sedem fixisset Societas. Tam graviter hæc omnia descenderunt in Dieterici animum,

Histor. Prov. Cerm. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

G

ut

85.
Duo Do-
tores
Theologia
Tirocinij
Societatis
subeunt,
quorum
uus Joa-
nes Hylin.

86.

Alter Seba-
stianus Die-
tericus
ra occasio-
ne, vocatus
ad Societâ-
tem.

ut ad flagitandam Societatis Communione ardentissimè se impellere sentiret: nec tamen vel ipse, vel Moderatores præfestinatè rem confiendam existimârunt; annus propemodum accurata deliberatione absumptus est, atque ita demum, ut munere suo abdicare se, ac Landspergam proficiisci permitteretur, consensus Guilielmi Ducis petitus est, quem ille, qui optimos quosque Viros in Societatem adlegi maximopere optabat, non lubenter tantum, sed ingenti etiam cum voluntate impertivit. Et verò, quanto Dieterici accessus Provinciæ commodo cesserit, secutura ostendent tempora.

87.
Ottinge
Veteris se-
des inchoa-
tur à Guili-
elmo.

Eadem aliud præterea opus commonstrabunt, Societati & quæ, ac populis perquam utile, sed cuius initia duntaxat labente hoc anno idem Dux Guilielmus posuit, longinqua admodum, nec nisi post quinquaginta annos ab ejus Filio, Nurûque, ad alijum longè usum, quam Guilielmus cogitârat, perducenda; nam ipse quidem in præfens id potissimum spectabat, ut viros submitteret, qui cultui Numinis, ac Divinæ Matri, cuius prodigiosa Statua Oettingæ Veteris in Sacello antiquissimo prostat, latius celebriusque amplificando, subsidiariam navarent operam.

88.
Sacri Sacel-
li Oettingæ
Veteris o-
rigo brevi-
ter descri-
bitur.

Hundius,
Eisenrein,
brsing.

Oettinga Vetus, de qua nuper jam pauca delibavimus, pagus quidem duntaxat est inferioris Bojariæ, sed magnificis spectandus ædibus, eo in solo, ubi quondam Oeni Pontes steterunt, celebris Romanoruin Colonia. Hanc vastarunt primùm immisli à Francis Boij, repulsis intra alpes Romanis, vastatum ipsimet excitârunt rursum, atque ut occupatis late regionibus suæ gentis nomen, sic Theodosonis Boorum Ducis germanus Frater, Otto nomine, qui Urbem instauravit, Oettingæ appellationem imposuerat. Rupertus Boorum Apostolus, postquam Ottonem hunc uù prius Theodorum ejus fratrem, ab Idolorum cultu abducendum, Sacro Baptisnatis Fonte consignasset, ædiculæ in septem arcuatos forulos distinctoræ, atque (sic proavorum, ac atavorum antiquissimi tradidere) septem Planetarum cultui dedicataæ, navim, ut Ecclesiastici ritus loquuntur, adstruxit, in Templi, quamvis admodum angusti, formam redegit, atque id in primis Stellarum omnium, Mundique totius Creatori consecravit, simul tamen ad honorem Virginis, quæ Cynosura nostra, ac Stella matutina est.

89.
Monasteri-
um O.S.
Benedicti
conditum,
ab Hunnis
everitur.

Exarsit illico vicinæ erga locum pietas, ac frequentia, quam ut Carolomannus Bojariæ Rex soveret, augeretque circa annum à Virginis Partu octingentesimum septuagesimum, insigne adjunxit Monasterium. & opulentè dotatum Cœnobitis ex Divi Benedicti Ordine tradidit. Haud diu id stetit incolume. Hunni geminâ, quam contra Ludovicum Cæsarem Arnulphi Imperatoris filium reportârunt, victoriâ elati, quidquid in præcipiti per Bojariam præsidiis nudam, discursatione vastare poterant, rapinis, ferro, flammâ depopulantur. Calamitas hæc Oettingam quoque exitio involvit. Sed ecce tibi ingens prodigium! Urbs tota bustum procubuit, sola ædes Magnæ Matris Nominis consecrata, sola illius effigies, quam è ligno sculptam Rupertus sub consecrationem ædi intulerat, illæsa, integrâque, sæviente circùm undique Vulcano, persistit.

90.
Oettinga
Urbs nova
vicino in
loco con-
ditur, Sa-
cellum sa-
crum suo in
loco manet.

Sapienter ex hoc eventu judicârunt accolæ, stationem hanc præulla alia gratam esse Reginæ Coelitum, suisque inde Boijs, quos Rupertus Magnæ Dominæ in Clientelam dudum addixerat, beneficia. & favores plusquam maternos dilargiri velle. Quapropter etiam, licet, cùm defluxissent Hunni, ex Oettingæ ruderibus aliam Urbem excitârit vicinitas, & commodioris navigationis causâ propius ad Oeni ripam admoverit, quæ novæ nunc Oettingæ nomenclatura censemur;

nihil

nihil tamen ausa est mutare in Aedis sacratæ situ, nec alium in locum transferre Prodigiosam lmaginem. Bella diurna, tum intestina, ac domestica, tum extranea, ac in transmarinas usque terras nunc propere, nunc infeliciter prolata, crebræ item Dominorum Bavariæ imperitantium mutationes obicem posuere, ne Oettinga Vetus ultra pagi exilitatem, emersa novi aliquid ornamenti à Principibus suis recipere.

Nimirum innovatæ erga DEiparam pietatis munificæ decus Gens sibi reservavit Wittelsächia, ex qua sola, quinque jam & ultra saeculis, quadraginta duo Principes, Bojorum populis gloriosissimè imperant. Ottonis Magni Comitis Wittelsächij, qui primus postminio Ducis Bojorum titulos, juraque & Dominium Familiæ suæ asseruit, filius Ludovicus, postquam Landishutam, Straubingam, Landaviam, Aicham quaternas Bojariæ Urbes condidisset, ut præter gloriam inter mortales immortale etiam apud Superos meritum sibi compararet, Oettingæ Veteris, insignem Aedem Divorum Philippi & Jacobi Apostolorum, nomine construxit. In qua tamen, loco Alumnorum è Sancti Benedicti Familia, duodecim Ecclesiæ, ut vocant, Collegiatæ Canonicos una cum Præposito collocavit, largosque illis dignè sustentandis, redditus ad- jecit.


91.
Cui Ludo-
vicus Otto-
nis Magni
filius Bojo-
rum Dux
novam Ec-
clesiam ad-
jungit cum
duodecim
Canoniciæ.

Ex eo tempore Divina quidem res patrari est cœpta augustius, fierique peregrinatorum accursus multò major; at, cùm Sacerdotes Psalmis de cantandis, aliisque sacris Officijs maximam diei partem distinxerunt, potissimum quoque peregrinantur pietas sola pre catione absolvebatur, cùm fieri haud posset, ut afflenti multitudini sacra Mysteria impertirentur ab uno duntaxat loci Parocho, præsertim, cùm is proprias suæ Parochiæ attributas oves haberet pascere, easque multas admodum; nam bis mille, ut minimum, censemur, ad quas curandas multo labore opus erat, quod ruricolas permulti non coniunctim in pagis, sed vicinis in silvis sparsim in villis segregati habitent.

Interim præoptabat Dux Guilielmus, ut inter beneficia, quæ Oettingam ventitantes referebant, creberrima, primum semper esset incolumentas animi. Hæc ut advenis procuraretur opportunitas, duos è Societate decrevit mittere, qui Curionem audiendis pœnitentium Confessionibus adjuvarent. Avidissime consilium arripuit Minutius de Munitionis, quem à summo Pontifice Legatum ad Germaniæ Principes Canonicis etiam Ecclesiæ Oettinganae Præpositum Guilielmus delegerat: consensit pariter prolixè Joannes Theodoricus Reitenavius Archi-Episcopus Salisburgi, cuius Diœcesi Oettinga innexa est. Missus est cum Sacerdote Michaële Marco Carolus Peuttingerus, saepius jam ad pondæ Collegiorum vel certè primiorum Instituti nostri Officiorum in Cathedris, Scholisque initia exhibitus. Conscensa primū à Carolo, ac postmodum concendenda in perpetuum Societati tradita est Templi Collegiati Cathedra Virgini & Martyri Catharinæ Feste dic. Cathechesis etiam in eodem Templo explicari cœpta, utilitate profecto, imò necessitate, ut deinceps videbimus, maximâ.

92.
Guilielmus
V. duos è
Societate
mittit ad
Confessio-
nes Oettin-
ge Veteris
stabiliter
audiendas.





HISTORIA PROVINCIAE GERMANIÆ SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA. DECADIS SEXTÆ ANNUS SECUNDUS, SEU CHRISTI MDXCII.

SYNOPSIS.

Societas evocatur Constantiam. n. 93. Urbis bujus situs & origo, n. 94. & seq. Blarerorum pro Religione zelus n. 101. & seq. Marco Sittico Hoben-Empio in Episcopatu Constantiensi succedit Cardinalis Andreas Austrius n. 108. Cuius de advocanda Societate consilium acceptant Canonici, n. 109. Et Nobilitas Suevia, n. 110. Martinus Conradus fructuosè laborat in Castris, n. 111. Caroli Archiducis ad bellum Turcicum abeuntis pietas, n. 122. Philippus, ac Ferdinandus Principes Bojaria exempla pietatis edunt Colonia, & Moguntia, n. 125. Guilielmi Ducis nova in Collegium Monacense benevolentia peculiariter demonstrata. n. 127. & seq. Principes Philippus, ac Ferdinandus Monachium reduces Romanam abeunt, Nostris in comitatum assumptis n. 130. & seq. Guilielmi Elderen Elogium, n. 134. Dux Guilielmus Nostris Oettinga peculiarem domum coemit. n. 136. Archi-Episcopi Salisburgensis in Nostros favor, n. 138. Dux Guilielmus erga Collegium Ingolstadiense munificus, n. 139. Ut & Marcus Fuggerus, n. 141. Sodales Mariani Bacchanalium licentiam refrenant, n. 142. Quorum tres Illusterrimi duodecim pauperum pedes abluunt, n. 144. Disputationis Ratisbona habita lepidus successus, n. 153. Augusta in Collegium continua Fuggerorum munificentia, n. 57. & seq. Ut & aliorum n. 160.

Dom



Um Societatis nova sedes inchoatur cis Oenum, trans Rhenum quoque alterius Domicii ponuntur exorsus. 93.
Societas
evocatur
Constanti-
ad Lacum
Acronium.

Cardinalis nempe & Episcopus Comitensis Andreas Austrius, consilia de introducendis Constantiam Sociis, quæ anno superiorè innuebamus, eousque iam maturu ille conspicatus est, ut quò minus opere exequeretur, nihil admodum obstaret.

Est Constantia urbs pervetus, Suevæ quidem, seu Rhetæ, quam antiqui Historici appellant, superiori accensâ, trans Rhenum tamen in Turgoiæ, quæ Helvetiæ pars est, finibus posita. Constantius Chlorus ab Imperatore Diocletiano Cæsar creatus, urbem hanc condidit, pro pugnaculum adversus Alemannos, ne hi Romanos Germanorum libertati imminentes, iamque trans-Rhenanis Regionibus latè dominantes, statione delicerent. Oportuniorem huic fini locum haud facile invenires. In planicie amoenissimâ, vitiferis terminatâ collibus, Lacui adjacet tam longo, latiore, ut Scriptores Romani Maris illum Germanici titulo condecorâint: Acronius hodie paßim appellatur, aut Podamicus, uribus, oppidisque permultis cinctus. Commerciis quidem haud caret, sed parcus, quâm ferat oportunitas; Reno etenim, qui jam navigabilis lacum interfluit, alvei sui, atque adeo coloris retinens, merces quæcumque à supra Rhætia, Helvetiâque in maritimos usque portus deferri possent. Ante annos propè nongentos à Dagoberto Francorum Rege, Episcopi Sedes ex urbe Vindonissa (hodiè pagus est) translata fuit Constantiam, & Cathedralium unâ Canonicorum Collegium, cui dein geminæ accesserunt Ecclesiæ Collegiatæ, variâque Virorum æquæ, ac Virginum Monasteria tum suburbanâ, tum intra urbem.

Concilium universæ Ecclesiæ ante annos plusquam trecentos hic habitum celebritatem, & ingentes divitias, sed hæ vix non extremam perniciem attulerunt; Plebs ex opulentia sui impotens consurrexit in Optimates, quorum permulti antiquitus sedem fixerant Constantiæ. Hi Dominatus consortium, quod plebs tumultuosè arripuerat, dediti. Patriam maluerunt relinquere. Excesserunt familiæ nobiles sexaginta tres, paucis remanentibus, qui cum se populo exæquari permisissent, ab eodem in Magistratus communionem fuerunt admissi.

Necdum diu steterat confusa hæc Gubernantium permixtio, cum permisceri quoque, & confundi sacrosancta Religionis jura cœperunt omnia. Vix Lutheri buccina contra veterem Divini cultûs ritum infonuerat, cum proximo statim anno clangor idem Constantiæ audiri cœpit ex cathedra sancti Stephani, quam Wintherus templi Sacellanus tenebat. Accessit paulò post Sacellanus alter; at longè peior tertius, qui Mindelhemio ad tuenda antiqua dogmata evocatus, tanto nocentius ve- niens sparsit, quanto primùm serventiores se Catholicum simulans, dein velut agnita veritate dictorum pœnitens, longè diversa ab iis, quæ prius docuerat, longèque jam proniore simplicis vulgi assensu excepta fabulari est exorsus. Nihil quidem non tentavit Hugo Landenbergius, Constantiensium Präfus, ut pestilentes rabulas ad carceres, ignesque raparet, sed frustra fuit; ne quidem suggestu potuit abstrahere, tabernariis, qui jam potissimi ad clavum fedebant, iussa omnia, & leges Ecclesiasticas pervicaciter proculcantibus.

Consurrexit subinde Udalricus Zwinglius, novaque Vipera nouum peperit hæreseos ovam, incassum quâm vehementissime dehortante Udalrici consanguineo Joanne Maylio, Fischingenensis in Helvetica Cœnobij Abbatie, tanto viri optimi dolore, ut non diu præmero.

94.
Constanti-
sus & orbi
go
Suevin.
Merianus
G.

95.
Nobiles
urbe ex-
cedunt.

96.
PostDemo-
cratiæ su-
bie heresie.

97.
Ex Lutheri
& Zwinglii
dogmati-
mis.

98.
Zwinglii
Constanti-
cuncia-
træ.

ris magnitudine obierit. Præcones, quos Zwinglius emiserat, ita placuerè Constantiensibus, ut his pariter seminandi ex Cathedra errores suos copiam dederint, unde abominanda sanè confluges, & Lutheri Zwingliique sordida mistura enata est, quæ in eam tandem eluvionem excrevit, ut Sacra omnia submerserit. Senatus editio abrogatum est divinum Missæ Sacrificium, sævitum immani furore in templa, dirutæ aræ Ossa Divorum redacta in cineres, sparsaque in auras. Divi Conradi Præfus, lis quondam Constantiensium sanctissimi Corpus dejectum in undas, ornatu admodum divite spoliata Ecclesia Cathedralis, Clerus omnis, cum omnibus Religiosis Überlingam, quæ inter paucas Imperii liberas urbes perseveravit esse Catholica, in tutiora evasit. Dominata ex adverso Constantiæ est Zwingliana hæresis, ipséque Zwinglius geminas ibidem conciones habuit, unam de officio Magistratū, alteram de officio pastoris, præclarè omnino, pessimus ipse Consiliarius, ac ferocissimus Lopus.

Eodem instigatore, cùm anno supra millesimum quingentesimum trigesimo, Lutherani Principes innovatæ, quam ipsi amplexuri erant, Religionis formulam, Augustanæ Confessionis nomine celebratam, Carolo Imperatori obtulissent, aliam diversis è Zwinglij cerebro conceptam articulis, Constantia cum Lindavio, Memminga, Argentinâ, inclytis Germaniæ urbibus, Augustanis Comitiis obtrusit; sed confutatam mox ab Joanne Eckio, & Imperij Ordinibus, etiam Lutheranis, reprobata. Accessit tamen Lutheranis Constantia, quantumlibet Religione disceptantibus, fœderique subscriptis Smalcaldico, atque insuper Cælari; postquam famosum illud Decretum Interimisticum prodit, obstinate refraga, Zwinglio ferè soli in Imperio adhærescere perrexit.

Grave mihi foret dicere, quis turbarum harum si non auctor, certè propagator extiterit, nisi ex eadem familia, ex qua incensor, etiam extintores incendi, ac publicæ felicitatis restitutores nominari possent, laudarique mererentur. Habitabat olim Constantiæ, atque adhuc in vicinia habitat nobilissima Blarerorum à Wartensee familia, ex qua jam ante annos plusquam trecentos Albertus Constantiensis infulam eximia cum laude trienio gessit. Ex hac ipsa stirpe prognati Ambrosius Blarerus, Thomasque ejus frater, hic, quod populariter se tractaret, urbis consulatum à civibus adeptus. Ambrosius vitam Cœnobiticam in Monasterio Wirtenbergæ Halberspacho professus, sed demum eam pertæsus sese nuptiis cum Catharina Blydeckia irretivit. Cùm fratris animum intime sibi devinxisset, ejus autoritate, reclamantibus jam frustra Canonicis, conciones habere cœpit, perrexitque aliquam multis annis. Unde quid mirum quod eloquentia suâ, quam à natura habebat insignem, &, quod luxum, criminaque alia populo invisa proscinderet, suffultus fratris præsidio civitatem omnem, quo vellet, impelleret, quamvis in extremas usque ruinas & præcipitia.

Verum, ecce! providam Numinis bonitatem, quod ex eadē arbore, unde mala prodierunt tam noxia, poma deprompsit maximè salutifera. Ex eadem Blarerorum familiâ eodemque tempore Helvetiæ Zelus, Sueviānque illustrarunt, juveruntque tres Viri eximij, ē quibus

duo Principes, tertius, et si non Princeps, apud maximos tamen Principes ob ingentem prudentiæ, & integritatis famam animorum potens fuit. Diethelmus ad sanctum Gallum Ordinis sancti Benedicti Abbas ac Princeps quanta non égit, passusque est, ut avitam Religionem inter subditos adversus omnem injuriam tueretur? quod quidem perfecit feliciter; Sed cum præsentissimo capitis periculo. Deprehenderat illum forte

99.
Impiè sevi-
tem in Sa-
cra.

100.
Ambrosius
Blarerus
nobilissi-
ma, ac piis-
simæ Fami-
liae degener
surculus.

Carol. Steng.
& Rham.
Buccel. Dr.
Paul. Fre-
ber. &c.
Merck. &
pisc. Con-
stant.

101.
Blarerorum
cæterorum
pro Religi-
one Zelus.

102.
Diethelmi
Blarer
Principis
ad S. Gal-
lum.

fortè tumultuaria hæretorum manus, jamque unus machæram strinxerat, obtruncaturus virum Zwingiani nominis hostem acerimum: nihil hic exterritus nudata cervice in genua procubuit excepturus iactum, sed hæc ipsa constantia coercuit territum percussorem, ne feriret.

Consanguineus Diethelmi Ludovicus Abbas, Benedictini item Cœnobii in Eremo Divæ Virginis Antistes, atque idem Princeps, cum à Zwinglio, qui adhuc pro Catholicô habebatur, in solemnitate celeberrima, quâ Sacelli Einsidensis à Christo consecrati prodigiū, septimo quovis anno, recolitur, è suggestu errorum noxiorū virus in concione palam profusum, atque avidè mox receptum, sparsumque suis let latius, solertissimas protinus intendit vigilias, ut subiectam sibi ditionem, quin & totam Suitenium Rem publicam à Zwingliana lue servaret incontaminatam, quod ei successit felicissimè.

103.
Luovici
Blarer
Principis
Einsidensis
Ord. S. Be
nedicti pro
Religione
Vigilantia,

Verum enim verò, quod Constantia rursum ex hærescon coeno, in quod ab Ambrosio potissimum Blarer deiecta fuerat, feliciter emerserit, tertio ex Catholicis Blareris (qui omnes tum erant, hodieque extant Catholicî) atque itidem Ordinis sancti Benedicti Religioso debet. Gervicus is suit, Ludovici, de quo jam meminimus, germanus Frater, Celeberrimi per universam Germaniam Monasterij ad Vineas, seu Weingartensis Antistes. Praeclaræ animi dores Cæsaribus hunc fecerunt acceptissimum, virtus etiam venerabilem. Vehementissimo incensus studio reducendæ ad avitam Religionem urbis, quæ antiqua Blarerorum fuerat Patria, Caroli Imperatoris ad hoc auxilio, viribusque opus esse est ratus. Admovit has Carolus, sed opinati cives, tuendum sibi, quod gerent non men Constantiae, quæ re ipsa nunc pervicacia erat, non dubitârunt vim vi repellere, quod illis etiam successit prosperè, Duce Copiarum, quas Carolus immiserat, cæsò, multisque aggressorum aut trucidatis, aut Rhenô demersis. Nec tamen victoria hæc multum profuit. Habebant cum Cives, tum Monasteria, quæ jam sub civium potestate erant, vineas, agros, prædia intra Suevæ fines sita, ex his ne quid vini, frumenti, reddituum in urbem invehernetur severissimis editis, dispositis que excubias impediçrat Cæsar. Neque Helvetiis tantum annos suppetebat, ut cum sua ipsorum alienam simul indigentiam sublevarent; unde ingens rerum inter oppidanos penuria, pretiique auctus, cum metu brevi secuturæ famis oriri cœpit. Opportunam hic occasionem esse censuit Gervicus, alia flectendis ad pblequum gentilibus suis tenetandi consilia. Autor illis fieri incipit, ut cum nihil subsidij, nihil spei uspiam appareat, malint Imperatori le submittere, quæ ultima expiri. Persuaderi sibi tandem siverunt meliora Oppidanæ, in pactiones se uitios polliciti. Quod ut Cæsar intellexit, totius negotij confectionem Gervico permisit, qui ron in eas conditiones deduxit, ut Constantiæ Præfectum urbis deinceps, quem Archiduces Austriae imposituri essent, ac præsidium ab iisdem militare, quib[us] & quantum oportere videbetur, admittent; ut Episcopum, Clerum, Religiosos in præstina bona, jura, donios, in Curiam verò, & Magistratum Patritios reciperent, ac Senatorum numerum, Reipublicæ ob multitudinem noxiæ, imminuerent; ut denum Hæreticos Præcones ex urbe dimitterent. Executioni mandata sunt universa, & Ambrosius quidem Blarer, cæteris Præcantibus, ac sedecim civibus, qui ex turbatoribus fuerant Principes, aliò digressis, Augustam abiit, paulò post & inde opera Udalrici Rechlingeri Consulissimi ciendus. Rediit ex adverso Constantiam, postquam tres interea Episcopi, post Hugonis Landenbergii Præsulis obitum, extra se-

104.
Gervici
Blarer iù
dem e Or
dine S. Be
nedicti, Ab
batis Wein
gartensis
pro Con
stantia ad
Fidè redu
cendâ co
natus

105.
Metu fa
mis adaq[ui]
Cives con
ditiones
tandem ac
cipiunt

106.
Quas Ger
wicus Ab
bas ponit
rei Catho
licæ salu
berrimas.

107.
Abeunt
Prædicant
es rededunt
Episcopas,
Clerus, Re
ligiosi ipsa
que Religio
Catholica.

dem suam Pontificiam obierunt, Christophorus Mezlerus ex Patriis Veldkirchæ Rhætorum urbis, de qua olim sermo redibit, Episcopus cumque illo Canonici, Clerici ac Cœnobitæ in suas restituti sunt possessiones, redierunt simul antiquæ Religionis exercitia, hærescon abrogata.

108.
Christo-
phoro
Mezlero
Episcopo
succedit
Marcus
Sitticus,
huic
Cardinalis
Andreas
Austrius.

Christophoro successit Marcus Sitticus, Cardinalis, Comes Hohenemsanus, seu Altempsius, Pij quarti sorore genitus, Societatis licet vixdum in Germania cognitus, ex eo tempore, quo Concilij Tridentini Praeses fuit, ut alibi innuebamus, Fautor eximus, cui grates ex eo etiam debemus capite, quod habitatus posthac Romæ, Insulam in Andream Cardinalem Austrium Archiducis Ferdinandi ex Philippina Welsera legitima uxore filium transtulerit.

109.
Andreas
Austrii de
advocanda
Societate
consilium
unanimi
ter acce-
ptum Can-
tici.

Quam sedulus fuerit Andreas in parando Societati apud Constantienses domicilio, nuper memoravimus. Sedulitati respondit effectus: Non solum Cathedralis Ecclesiaz Canonici prolixo, unanimique assensu, verum & vicina Nobilitas evocandos censuerunt Socios; Et est hoc peculiare Nobilium in Suevia superiore decus, quod non ipsi tantummodo medi inter vicinæ Helvetiaz, Wirtenbergiaz, ac inferioris Suevæ ruinas steterint in fide Catholica inconcussi, verum & suos subditos, potentiores in primis Dynastæ, qui sacri Romani Imperii Comites, ferè Principibus pares appellantur, autoritate, ac editis refrænârint, atque exemplo permoverint, ut in avita Religione perfidare mallingent. Quos imitatæ subin Civitates in propinquuo aliquot Imperii liberæ, Überlinga, Buchorna, Juliomagus, seu Pfäffendorffium procul à se, quidquid hæresin, ac perniciosem novitatem saperet, amandarunt. Unde mirari haud fuit, quod tam universali totius vicinitatis consensione acceptata fuerint optimi Præfusis consilia, Operarios conduci suadentis, quorum labore, & Constantiaz, quidquid ex hæresi residuum convelleretur, & ne convelli posset, sed firmaretur potius, quod in circumiecta Provincia sanum hæc tenus integrumque steterat.

110.
Et Nobili-
tas Suevæ
superioris
utpote
semper Ca-
tholica.

Quin filii coepitis etiam Pater Ferdinandus Archidux egregiè velificatus est, quamvis enim Alexandrum Hellerum, & cum Rector esset Collegii Oenipontani, ob prudentiam & virtutem suspiceret maximè, ac ob insignem, utilissimamque eloquentiam non secùs, ac universa civitas dicentem è cathedra audiret perquam sitienter, quod tamen Andreas virum hunc Oeniponti jam sibi cognitum amatumque novæ Sociorum Coloniæ ad lacum Acronium ponendæ, summopere idoneum ex vero arbitratus, enixè illum expeteret, abire tandem permisit Archidux. Sollius Alexandro datus est Joannes Pelecyus, qui haec tenus in Academia Dillingana Theologiaz scientiam explanaverat, vir & ipse doctrinâ, dicensi facultate, ac pietate multum conspicutus. Ingressi Constantiana sunt cum fratre laico, die decima sexta Novembris sancto Othmaro festâ, qui in Monasterio sancti Galli quartus Abbas inter Divos Constantiensis Dioecesis Tutelares religiosè colitur.

111.
Recepti in
Palatium
Episcopi:
sustentati
Liberalitate
Canonico-
rum Cathe-
dralium &
Marcis Sittie
Cardinalis.

Habitatio tantisper designatur in Palatio Episcopali, victum suppeditavit liberalitas partim Collegii Canonicorum Cathedralium, partim Marcii Sittici Cardinalis, qui abdicato Episcopatu jam digressus Romanam, inde tamen rescrispit, velle se, ut sexcenti floreni, quos ad prius usus destinasset, quotannis non in alios, quam in Societatis Alumnos impenderentur, utpote, quos & pro suis etiam deinceps alumnis habituros esset. Si quid porro ex trium, qui modò adessent, annua sustentatione residuum foret, seponeretur interea subsidijs loco, donec pro integro Collegio Sociorum numerus excresceret.

Ut

Ut semel pedem posuerunt hi, quos nominabam, Operarij, pone-
re simul initia, ac dein strenuissimè persecuti cœperunt ministeriorum
omnium, quæ publico animorum bono secum insert Societatis institu-
tum. Et Alexander quidem Hellerus prima concione, quam
primus è Nostris, luce Virgini, & Martyri Catharinæ sacrâ, in
templo Cathedrali habuit, eam non sicut tantum audiendi aviditatem, sed
de tota etiam Societate existimationem ingeneravit, ut jam tunc Ordines
Civitatis omnes cogitare cœperint de nullo alio Oratore, quam de Coetu
nostro in hoc suggestu affliscendo. Pauculi adhuc ex Magistratu obli-
quis oculis respiciebant advenas, seu, quod pravorum dogmatum, quæ
apud eos inveteraverant, nimij adhuc, & clanculari effent amatores, seu,
quod nimii, & universè cujuslibet peregrinitatis effent osores. Quanquam
& hos non ita diu post vel mutasse opinionem, vel certè sententiâ suâ
non èò, quod vellent, in Senatu, pervasisse conspicabimur.

Intellexerat, quæ Constantiæ gerebantur, Basileensium Episcopus
Jacobus Christophorus Blarerus, qui, ut erat tribus Blareris, quos su-
prâ laudavimus, non minùs acer Fidei defensor, ac propagator serven-
tissimus, datis ad Cardinalem Andreæ literis, profuse grates egit, quod
Blarerorum Patriæ, quam à sua stripe degener Athbrosius in ruinas im-
pulisset, Operas procurasset, quæ sua studia, laborésque ad reparan-
dam Sacrorum stragem sedulo effent allaturæ. Subjunxit, novis ex hoc
se stimulis incitari, ut, quod Bruntrutii ipsem magna sua voluptate u-
tilissimè inchoatum fuisse experiretur Societatis Collegium, quam pri-
mùm posset, ad perfectionem proveheret. Ac profectò non segniter
ia negotium, ad quod stimulabatur, incubuit. Iter suscepit in Tyrolim,
ac Sueviam, eam potissimum ob causam, ut Collegia, Seminaria, Gymna-
sia Societatis, tam vivendi, literásque tradendi formam, quæ
Sociis illic usitata esset, contemplaretur, atque ad hanc Bruntruta
num quoque Domicilium nostrum Scholásque aptaret. Et commo-
dè interea Magistratus urbicus ita Gymnasij spatia ampliaverat, ut Scho-
la Rhetorices adiuci, atque huic facultati tradendæ initium dari posset,
quod & confessim datum est.

Non ita Friburgensi apud Helvetiæ Reipublicæ, quanquam opta-
ret, pristinam hoc anno liberalitatem ad prosequendam Collegij Fabricam
licuit continuare, quod communis ærarij centies militi coronatorū debitis
ex bellorum in vicinia periculis gravati angustiæ non sinerent. Ve-
ras tamen curavit Magistratus refiendo templo Marseniensi, quod,
antequam Societati traderetur, incendio vastatum fuerat. Ejusdem
autoritate Bernenses ipsi subditis in valle Lausannensi ut censum vinatiui,
quod antiquitus Marsensis Cœnobij possessoribus debebant, etiam Col-
legio Friburgensi penderent, quod facere haec tenus cunctabarit, gra-
vi mandato imperarunt. Interim hærente Collegii ædificio, futuræ
tamen Domio Dei identidem augebantur subsidia, Razæus Friburgen-
sium in Gallia militum Ductor, ante obitum in castris notabilem pro ea
fabrica legavit summam. Margaretha Messalana, quæ à multis jam an-
nis virginitatem Christo devoverat, ut innupta liberiūs cogitaret, quæ
sunt DEI, ut reipsa ad mortem usque per quam gnaviter fecit, quatuor
cor natorum millia Socis Testamento transcripsit, quorum bina mil-
lia eorum vieti, bina ædificando templo cederent.

Ex Lucernensi Collegio, cum in urbe, urbisque viciniâ strenue
desudaret Sociorum industria, foras denuo, & quidem in Gallias usque
protendendæ labor fuit. Conduxerat Pontifex aliquot contra Hugo-

Hijbor, Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

I

not.

^{113.}
Alexander
Helleri
prima
concio in
Templo
Cathedrali

^{114.}
Jacobus
Christo-
phorus
Blarerus
Episcopus
Basileensis
gaudens de
Societate
Constan-
tiæ intro-
duxit

^{115.}
Bruntru-
tanum
Collegium
perficere
festinat.

^{116.}
Rhetorica
Bruntruti
doceri co-
pta.

^{117.}
Friburgi
cur fabrica
Collegii
sufflamina-
ta?

^{118.}

Magistratus
tamen alia
viâ subve-
nit Colle-
gio.

^{119.}
Lucernæ
Martinus
Conradus
cum milite
in Galliam
missus fru-
ctuose la-
borat in
Castris.

nottos Helvetiorum centurias, quibuscum, ut animis tuendis invigilaret, unum è Nostris ire voluit. Missus est cum Fratre auxiliari Martinus Conradus, qui inter varios pugnarum eventus ipse tamen certus triumphator victorias, prædásque retulit, quibus unis illum fas volupé que fuit inhiare; nam & dominantem sæpè in castris, è sua legione profligavit vitiorum tyrannidem, & quadragenos minimum ab Heterodoxæ perfidiæ signis avocatos, velut novam cohortem meliori authamento Ecclesiæ militanti adduxit.

120.
Oeniponti,
ac Halæ
subvenitur
pauperum
Studioso-
rum nece-
scitati.

121.
Halæ capi-
tis reus
manusuerit
dine ad
piè obo-
undam
mortem
cicuratus.

Quæ ab Oeno ad Rhenum profecta est Narratio, eò rursum, unde abiit, revertitur. Halæ ad Oenum non minùs, ac Oeniponti, cùm ob omnium oculos versaretur adolescentium, qui in Seminario utroque alebantur, probitas ac eruditionis studium, solicitudinem pro iis nostram insigniter adjuvit aliorum liberalitas, ex qua notabilis pecunia summa fundo, unde nutrimenta, adjecta sunt, Halæ patientiam Sacerdotis nostri diu quispiam haud mediocriter exercuit. Carcere conclusus, ut decretum capitis supplicium, vel evaderet, vel differret saltem, amentiam simulavit. Itaque & alios, & Nostrum præcipue, ad se invisentem, fœdis incessere convitiis, impetere contumeliis, jubere furenti similis, ut procùl facesseret, quin & mensæ, cui assiduebat, tabulam, veluti capiti imparatus corripere. Subodoratus Sacerdos hæc fictè agi, dissimulans tamen, & simul monitus, sententiam haud mutatum iri, malam fraudem bono dolo emendavit. Convenit hominem solito frequentius, ac multo majore cum suavitate: ceu pro corpore potius captivi, quam animo solicitus. Quidquid ignominiosi alter facti, dictive inferret, veluti non sentiens precabatur Lorarios, nemiserum, licet insanientem, tractarent inclementer, parcerent verbibus, cibo, potu medicamentis benignè soverent. Miscebat his sanitaria monita potenter admodum, & efficaciter, sed tanquam ad solos illos, quibus loquebatur, non ad regum pertinentia. Audiebat ista Simulator versipellis, & nempe, quid diceretur, quamvis nullo id signo monstraret, intelligebat affatim; unde, cùm solus ageret, non recolere tantum animo, quam benevolentia Noster patienterque secum ageret, verum etiam ruminari considerate coepit, monitionum, quas audivisset, gravitatem, quamque non fas modò, sed necessum foret iis obsequi, nì æternum perire maller. Hæc ubi secum reputarat altius, sapere quoque exorsus est melius, certus jam Deum, hominésque non ultrà ludificare, inter multas deprecationes fassus est huic animæ suæ Medico, meram fuisse simulationem, quidquid à diebus aliquot pro amente disisset, fecissetque, pollicitus simul, obtemperaturum se omnibus, quæ ad pie moriendum accepturus esset, documentis, quod etiam ad extremum vitæ, quæ gladio adempta fuit, momentum sanctè præstitum.

122.
Caroli Au-
strii ad bel-
lum Hun-
garicum ab
euntis
pietas.

Oenipontum literæ venerunt ab Rudolpho Cæsare, quibus Burgovia Marchionem Carolum Archiducis Ferdinandi filium evocavit, Copiis contra Turcas præficiendum. Indolis erat Carolus ad arma natæ, iis que multo jam usu assuetæ; quod tamen expeditio hæc in Hungariam non tam Regionis, quam Religionis propagandæ causâ suscipienda foret, ab Religione etiam, ac pietate, in qua non minùs, ac in armis exercitatus erat, auspicandum esse rectè arbitratus est. Ad Tempulum Waldraffenum, haud procul Oeniponto, monti excelsò impositum, pridie, quam abiret, ascendit, atque ibi coram Deiparæ Statua beneficiis prodigiosè impetratis multum celebri, aliquot horis noctu-

excus.

excubans, primùm quidem Confessione coram Nostrate uno Carolo Leopoldo impedimenta noxarum abiecit, dein sub alterius diei exortum suscepit religiosissimè Eucharistiâ, velut Scuto inexpugnabili <sup>Schrenk in
descrit. an
cis ombras</sup> communitus, secundo Oeno, secundisque DEI auspiciis descendit in Pannionam, futurus servato Comarovio, & expugnato Strigonio gloriosus contra Turcas Triumphator.

Ferdinando Archiduci postquam discedentem filium aliquamdiu comitatus Oenipontum rediit, Joannes Faber Collegij simul, & Sodalitatis Marianæ Præses, in templo, anniversariâ, quâ id consecratum fuit, die tanquam Ferdinandi Cæsar, qui Collegium templumque fundavit, Filio cereum, grati pro hoc beneficio animi Monumentum conceptis ritè verbis obtulit. Respondit Archi-Dux paucis quidem, sed ita, ut prolixius mentem explicare non potuisset; clarâ admodum voce ut Aula omnis perciperet, inquiens: *Certi estote, habebitis Assertionem contra malevolos, Patronum præ omnibus benevolis.* Atque ut arrham veluti promissionis daret, illico trecentos florenos dispungendis debitiss submisit. Aliquot anno eximij Hospites vel ex Urbe tendentes in Germaniam, vel ex hac redeentes in Urbem Oeniponto transierunt, ac ipso Ductore Ferdinando subierunt Collegium, Cæsar Spetianus Cremonensium Episcopus Legatione Pontificiâ ad Rudolphum Imperatorem funeturus, primum Deo Sacrificium in templo nostro obtulit, sed ex gravibus, quas habuit, causis privatum duntaxat, ac sinè celebritate. Pernoctarunt in Domicilio nostro Cajetanus Patriarcha Alexandrinus Legatus, nuper à Pontifice ad Cæsarem, nunc idem munerus obiturus ad Regem Hispaniæ, Sebastianus item Cattaneus è sancti Dominici familiâ, Episcopus Chiemseensis, & Archiepiscopi Salisburgensis Suffraganeus. Diutiùs in Collegio diversatus est Germanicus Malaspina Marchio Genuensis, urbis Sancti Severi Episcopus, ad obeundam apud Regem Poloniæ Sigismundum tertium legationem à Papa Clemente octavo missus. Detinuerat hunc Oeniponti febricula. Voluit Archidux, quamprimum advenisse intellexit, ut, donec malum remitteret, è publico, ubi hospitari cœperat, transferretur in Collegium, Obsequiosâ nostrorum industriâ, & ihedentium, qui ex Aula subvererunt, curâ valetudinem ita recuperavit, ut post dies octodecim absque mali reddituri periculo iter potuerit prosequi.

Præter hos alii longè acceptissimi venerunt Hospites, utpote quorum Avia Anna Ferdinandi Archiducis Soror fuerat, Philippus, ac Ferdinandus Guilielmi Bojariæ Ducis filij. De horum itihere, ut sermo procedat ordinatiūs, regredi oportet Monachium, atque in urbes alias.

Remanserant in urbe Monacensi cum Genitoribus filij Maximilianus natu Maximus, Albertus natu minimus. Philippus, ac Ferdinandus, ut alibi significatum, Coloniam abierant, præscripto à Canonibus Ecclesiasticis tempore mansuri, quoad jurium, quibus illic Ecclesiæ Cathedralis Canonici gaudent, participes evaderent. Eadem ut Moguntiæ obtinerent, ubi pariter in Canonorum corpus fuerant cooptati, Coloniâ Moguntiacum ascenderunt. Plurima commemorari possent luctuantes Pietatis exempla, quibus utrâque in urbe effulerunt, in posteriore etiam specimen hautæ in literatura politiori artis Poëticæ ediderunt. Colitur Moguntiæ antiquum Christi in Crucē pendentis Simulum, quod cum perditissimus lusor amissâ pecuniâ ravidus, atque ab id scelus postea flammis exustus, gladio sœde discidisset, copioso profluvio sanguine manavit. Prodigiosa hanc Crucem Philippus, ac Fer-

^{123.}
Ferdinandi
Archiducis
publica iuri
in Societa-
tem affec-
tus congre-
statio.

^{124.}
Magni Viri
Oeniponto
transiunt,
ad Collegi-
um invi-
tunt.

^{125.}
Philippus ac
Ferdinandus
Coloniæ &
Moguntiæ.

dinandus quotidiano propemodum cultu inter cætera dona magnifica memorabile anathema suspenderunt, Salutationem videlicet Crucis vivificæ metro illigatam: Nicolaus hanc Serarius inter gloriofa Moguntinæ urbis monumenta ad verbum exscripsit, quapropter iniquum foret, si non ad insigne decus Ingolstadiensis Academiz, cuius Gymnasium memorati Principes frequentatione sua aliquot annis cohonestarunt, eandem Lectori exhiberemus agnituro inde Ingenij industriaque & profectus magnitudinem. Ita habet:

126,
Carmen ab
his Princi-
pibus affi-
xum Mo-
guntinæ ad S.
Crucem

Ergone te lignum ligni cælestis imago
Ira furens petit, & scelerata cæde cruentat?
Aspicimus pavidi Caput à cervice revulsum,
Et venâ haud solitâ manantia signa cruoris;
At circum toto pendentia parjete dona
Votivâsque tux testes opis undique ceras.
O ultore DEO sanctum, ô venerabile lignum!
En! te submissi ad terram veneramur, & Aræ
Et tibi supplicibus defigimus oscula labris,
Et pia suspensa testantur vota tabellâ.
Serva ô (nam servare potes) Crux alma Philippum;
Fernandumque Ducis Gulielmi Pignora Boij!
Servati meritos olim referemus honores.

*Philippus Episcopus Ratisbonensis &c. Et Ferdinandus Fratres &c.
ponebant & scr. in Residentia Mogunt.*

127. Interea dum residentium peregre Filiorum Guilielmus expectat redi-
Guilielmi tum, paterno sovere animo Monacensis pergit Collegij alumnos, idque
Ducis no- veluti pompâ, ac celebritate commonstrat. Dies erat Januarij deci-
va in Col- mus nonus, cum Princeps, stipante latus Renata Conjuge, ponè se-
legium be- nevolentia quentibus Ferdinando fratre, Maximiliano & Alberto filiis, Collegium,
peculiari- & Collegii triclinium subiit, ac præcipuis duntaxat Ministris intro admis-
ter demon- sis, cætero comitatu omni foris præstolari iussio, ad summæ mensæ
strata. caput consiſtit. Circumstabant reliqui, aderantque Socii in palliis uni-
versi. Tum innuit Dux Cancellario, ut, quæ jussus erat, ex mente
Principis eloqueretur. Fari exorsus Cancellarius tantas in Societatem ob-
præstata Bojorum Genti officia cumulavit laudes, ut cum Nostros omnes,
qui auscultabant, in ruborem dederit, Calamus quoque eas hic vere-
cundetur commemorare, præsertim cum Adlzreiterus Scriptor Anna-
lium Boicorum compendiariò legenda offerat, satis hic sit indicâsse ter-
minatam fuisse à Cancellario orationem hâc clausulâ:

„ Atque en, Viri Religiosi, ut optimus Princeps noster opere ipso com-
„ probat, quantum Ordinis vestri, qui à militia nomē habet, labores æstimet,
„ militibus pro Deo, Ecclesia, Religione, bonisque moribus in Bojaria tuen-
„ dis, ac propagandis tam strenuè decertantibus meritissima, ut ita loquar,
„ stipendia, castra, armamentarium, annonamque solicitiſſimè procu-
„ rat. Templum molitur, cui amplitudine, Majestate, ditissimoque or-
„ natu æquale Germania non habet, Collegium struit, cui simile In omni
„ vestra non cernitur Provinciâ, geminum adest Gymnasium, quod Disci-
„ pulis, si vel millenis plures sint, capiendis sufficiet, fundos demum al-
„ signat, unde annona paretur, quantam vestra admittit frugalitas. Hæc
„ omnia, ut pleno jure, plenóque usu, ac arbitratu vestro, & instituto
„ possideatis, Dux noster in perpetuum vobis dat, dicat, donatque, ac
„ donationis hujus auspicem, ac amplificatorem invocat Deum, hos,
„ quos

Archiv.
Coll.

» quos Principes veneramur, invocat testes, me, ut ex officio, quæ
» deliberate, sancteque statuisset, promulgarem, advocavit Cancel-
» larium.

Ubi peroratum, vera quidem, subjungit Princeps, aiebat iste,
» sed parcius, quam ut vel ab illo, immo vel à meipso, quin neque his
» tabulis explicari possit noster in Societatem amor, & irrevocabilis be-
» nefaciendi voluntas.

Cum his dictis Simoni Hiendelio, qui Collegio præterat, Diploma 128.
nomine suo, Sigilloque grandiore munitum in manus tradit, quo dona- Principes
tiones omnes à Cancellario indicatae, singillatim recensitæ firmabantur. omnes
Hilares omnino vel Datores, vel Approbatores fuisse cæteros Principes prætent
universos patuit in epulo, quod illico apparatum à Duce, appositumque
fuit tam enim prolixè benignos, affabilesque se præbuerunt, ut benefi- iudicium
cium paulò antè accepisse, non dedisse, atque ob id latiores esse videri
possent. Non multi abjerunt dies, cum nova accessit beneficentia:
Taufskirchensis Prædij, quod donaverat Princeps, fines ampliavit ad
mille in circuitu passus.

Ut in solennitate anniversaria, quâ augustissimum Eucharistiae Sacra- 129.
mentum circumferri, proferrique in Aras solet, majore id pompâ, ac Alia ejus-
splendore fieret, præter alia templi ornamenta ferculum misit, auro, dem Prin-
argento, geminis pretiosum, tanti ponderis, ut robusti viri manus exi- cipis de-
gat.

Ut Verni dies appetierunt, ocyùs ædificandæ alteri Domus nostræ parti admota manus est; in novum verò, seu minus Gymnasium, quod modo absolutum stabat, præter inferiorum Scholarum discipulos, etiam altiorum sunt introducti.

Quarta Septembbris redierunt tandem è sua apud Ubios, ac Mogun- 130.
tinos commoratione gemini Principis Philippus, ac Ferdinandus, atque Philippus
altera mox die inviserunt ad Collegium, die vero mensis octavo, qui Ma- ac Ferdi-
riæ Nativitati sacer est, Principes Parentes, filiique omnes, ac filiæ sum- nandus
ptâ in templo nostro, inspectante populo, Eucharistia, Eucharisticas etiam Principes
laudes DEO pro concessio, Deiparæ pro impetrato felici Cognatorum Monachia
Fratrûmque reditu obtulerunt. Attulerunt reveri Principes velut gra- redeunt.
tissima Monacensibus munera, octo arculas venerandis referas Divo-
rum Ossibus, Craniis præsertim, & Capitibus Virginum Martyrum, quæ
sanctæ Ursulæ Sodales fuerant. Religioni sibi duxisset Guilielmus, si
absque religioso, magnificoque apparatu tam nobilem thesaurum Mo-
nachio invehernet, ad quem proinde hohorificâ; piaque consalutatio-
ne excipiendum tota Urbs, omnesqne sacræ Sodalitates ordinato, & per
quam numero agmine processerunt obviām. Templo nostro Prin-
cipum munere præter sancti Roberti, Flandrorum Comitis Brachium,
illata fuerunt è Societate sanctæ Ursulæ Crania sex, totidem donata fue-
runt Templo Collegii Ingolstadiensis, quaterna Domus Landspergensis.
Haud menti integrō persistenterunt Monachii Philippus, ac Ferdinandus,
sexta Calendas Octobris, comitantibus Simone Hiendelio Monacensi 131.
Rectori, & Bonaventura Paradinas Tirocinij Landspergensis Magistro, Qui allata
iter ingressi sunt Romam versis, Limina veneraturi Apostolorum, & reliquias
recens ad Apostolatus culmen evectum Clementem octavum. Oeni- variis Cole-
ponto transiit Parens pecuniæ summissæ non modicam tradidit, quam legiis do-
ad Oenipontani Collegii Socios defretent, parandi victus quotidiani in- natus
summa frumenti penuria opportunitum subsidium.

133.
Guilielmus
Cryptam
sepulchra-
lem struit
in nostro
Sacello
sancte Cru-
cis.

134.
Primus
huic sepul-
chro in-
serit P.
Guilielmus
Elderi. Ejus
elogium.

Quemadmodum vero solitus fuit Guilielmus, ut qui viverent ex Nostris, commode alerentur, ita providit, ut qui mortui essent, decenter quiescerent. Templo sancti Michaëlis Sacellum adstruxit, Servatoris Crucis dedicatum, quod ubi ingrederis, pretiosæ quidem Lipsanothecæ, quas sub valvis ex tralucente vitro spectas, ad Divorum venerationem te inquit, lapis vero sepulchralis in medio pavimenti positus precum admonet, quas pro illis ad æternam requieem mature evehendis Numini offeras, quos Crypta subterranea multis cellulis distincta recipit. Morturis in Domino, uti spes est, votumque nostrum omnium, Monacensis Collegij Socijs Sepulturam Dux præparavit, tempori omnino. Brevi, postquam ea perfecta fuit, illatum funus est Guilielmi Elderenii Calendas Novembri defuncti. Belga is fuit, iam ante triginta annos a Petro Canisio, cum primùm Augustæ pedem ille posuit, in laboris, molestiarumque sanè ingentium communionem adscitus. Moderandæ postea Filiarum Ferdinandi primi Cæsarialis conscientiæ aliquamdiu adhibitus, postquam Barbara, Joannaque nuptui fuerunt traditæ, variis in Provincia muniis est defunctus. Prudentiam viri magnopere suspererunt omnes, nemo non amavit suavitatem agendi, candoremque eximium, quo hominum animos lucrificat quamplurimos. Concursus ad sepulturam fuit totius Urbis & ferè etiam comploratio. Adsuere ipsi Principes, qui cum Monachii agebant, universi, falsique sunt, optare se non aliam sui aliquando funeris pompam, ac tantam, quam hic cernerent, pro defuncto Numini supplicantum multitudinem. Dux Guilielmus id insuper non prætermisit inobligatum, quod primus, qui sepulchro à se condito inferretur, Guilielmi nomen tulisset. Velut innueret, ut quo in templo primus, hoc nomine, conditus requiesceret, in eodem Conditor etiam, utpote cognominis, locum sibi deligeret, id, quod factumuisse olim conspicabimur.

135.
Nostrorum
Oettingæ
Veteris la-
bores.

Ut vero corpore solvendus aliquando Principis animus, positis in tumulo exuviis, ad eam, quæ in cælo est, requiem tanto certius, citiusque perveheretur, quanto majore fultus esset meritorum cumulo, ac Cælum Patrocinio, perrexit omni studio Guilielmus, Numinis amplificandæ gloria, ac Deiparæ honori se, suaque impendere. Crebris identidem, ac secundis rumoribus vulgabantur Monachii animorum compendia, quæ Nostrates duo, Oettingam Veterem ante annum ingressi, conficerent, conjecturique essent uberioris, nisi, ut testabatur Minutus Præpositus, laborum magnitudo, & copia vires illorum ita fatigaret, ut nemo non cerneret, tantæ moli intra breve tempus succubituros esse. Ut immanis tolleretur rerum Divinarum ignorantia, discursandum illis fuit per sylvas, & conquirendi non jam ruricolarum pusiones, sed patres, matresque. Invenire erat pagos integros, in quibus vix esset, qui salutiferæ Crucis signum ritè non possent efformare. Labor excepit laborem, vel, ut melius dicam, lassatio lassationem. fessos ab auditis Confessionibus concio evocabat in templum, Catechesis, ægri, moribundi in villes & tuguria. Reversos, lassatosque ab excursionibus novi iterum, qui venerant peregrinatores expetebant ad sacra Tribunalia intra quas frequenter noctem.

136.
Quibus Gu-
ilielmus
suppetas-
mit, ac
peculiarem
domum
coœnit.

Permittere pro sua bonitate non potuit, ubi de his certior factus est Guilielmus, ut viri tam utiles sub nimio pondere satisficerent; itaque suppeditas à Præsidibus petiit, sed hi unum duntaxat Sacerdotem potuerunt mittere, fratrem tamen auxiliarem addiderunt, qui rem domesticam, victumque curaret; sapienter enim arbitratus Princeps, commodiūs, quia ordinatiūs, habitaturos Patres extra ædes Præpositi, intra quas ha-

Etenus

etens diversati fuerant, domum illis coenit, sacrae Aediculae vicinam, in qua ex Instituto disciplina viaturi, non ipsi aliis, non ipsis alii deinceps officerent. Ut primum tertius Oettingam pervenit Operarius, latius illico coepit explicari opera nostra.

In urbe vicina Oettinga nova, copiam fecit Magistratus invisiendi ad captivos, perfectumque est, ut reorum nulli venia prius egrediendi daretur, quam etiam in foro conscientiae liber a noxis pronuntiaretur. In loco propinquo, ubi aliquot agricolarum casae minus inter se dissuntur, Catechismus haberi coepit. Castellum ibi ab Romanis, dum stativa haberent, edito colli impositum stetisse, multorum opinio est, unde templum deinde a Christianis ex nominis propinquitate sancti Castuli nomine excitatum, dedicatumque fuerit. Rbgatus Archiepiscopus Salisburgensis, ut potestatem faceret peccata dimittendi, suis duabus taxat subiecta clavibus, pronissime tum id concessit, tum cetera docentatis Privilegia in sua Diocesis exercendi facultatem. Perlata nempe Salisburgum fama fuerat, quanta jam animarum missis sub novis Colonis exsurgeret, ac miraculi instar celebratum, quod in Solemnitate Pentecostes quadringenti omnino ad Epulum Eucharisticum convenerit. Evidem hodie nemo mirabitur velut rem insolitam, si vel quadruplo plures ad sacram Mensam Feriis celebrioribus accedant, at velut rem se ipsa magnam esse nemo cordatus inficiabitur, si videat id esse nunc ordinarium, cum olim decuplo minor numerus estimatus fuerit esse prodigium.

Erga Collegium quoque Ingolstadiense variorum hoc anno eluxit beneficentia, inter quos, principe iterum loco nominandus venit Bojorum Princeps Guilielmus. Mille florenos ad suum devolutos fiscum Anglipolim misit, ut inde pars debitorum, quae in edificando templo contrahiri debuerant, induceretur. Robertus Turnerus Anglus, primus Seminarii, quod in urbe Eystadiana Martinus Schaumbergius loci Antistes considerat, Praeses, Bibliothecam eruditis admodum libris, inter hos, & iis, quos ipsis edidit, copiosam, in eorum maximè ulum, qui è sacro Pulpito dicere habituri erant, dono dedit. Marcus Fuggerus Duumvir Augustanus non satis habuit in Collegio Augustanum pie liberalis esse, in Anglipolitanos etiam munificus, pro ternis Altaribus, totidemque Sacerdotibus, quidquid ad amicum, tegumentaque omnia pertinet, è tela Damascena aureis tænis exornata submisit. Vicitur ex templo eodem, omni alio pretiosiorum ornatum, ut sperare fas est, stolam vide licet Divinæ gratiæ, retulerunt septem supra quadragenos, qui Sociorum industria hæreses varias dedocti ante Aram summae ex Tridentina formula Christo, & Christi Vicario Sacramentum dixerunt.

Sodalitas, quæ sub nomine, ac præsidio Virginis potentis profligans vitis, virtutis finibus dilatandis congregata est, extemporaliter, vel potius temporis maximè accommodatam expeditionem suscepit. Bacchanal debellatura illis ipsis seris, quibus male seriati commissiores, ac thyrifigeri fixi, cacuteque, pestis triumphante temulentiam per compita laborant circuinducere; Sodales pampinatae hanc ebriosam colluviem dissipaturi agmen suum, longa serie ordinatum, eduxerunt in aciem, prælato Crucis lacratisimæ vexille, flagris armati, civitatis templo, plateasque omnes circumuenient, sonorosqne in terga ketus vibrant. Vel solus crepitantium scuticarum fragor, quemque intimidabar, fugavit bacchantum turmas. Illi, quibus adhuc inerat aliquis honesti sensus, ad insolitum spectaculum pudore ruboreque perfusi plus, quam se se verberantium tergora ictibus cruentata, petulantiae signa

137.
Captivorum
cura sacra
nostris
communi-
tur. Cate-
chesis in
aede S. Ca-
stuli inchas-
tare,

138.
Arch-Bp
scopio Salis-
burgensi.
in Notiorib
favora;

139.
Erga Ingol-
stadiense
Collegium
Munificus
Dux Guili-
elmus.

140.
Robertus
Turnerus
Seminarij
Eystadiani
Præses Bi-
liothequam
auget.

141.
Marcus Fug-
gerus in
Templum
Ingolstadi-
ense muni-
ficus.

142.
Sodales
Mariani
Bacchanal-
ium licen-
tiati refre-
nare;

protinus deferuere; pauculi omissis discursationibus, Liberi patris, pœnè jam liberis orbati, ac vernulis, orgia intra cauponarum latebras contraxere. Ex adverso quamplurimi tam sancto invento tenerè comoti ad templum toto Bacchanalium triduo convolârunt, sobrias preces coram DEO in Eucharistia exposito effusuri.

143. Venerat Ingolstadium Provincie Visitator Paulus Hoffæus, majorē, Paulus Hoffæus tamen Ecclesia nominat, hebdomadā, moxque opportunitatem arripuit ter- exhortationibus excitandi Sodales, ut sancto, quod supererat, tri- duo, clariora solito, pietatis exempla ederent. Valuit mox hortato- ris vox spiritu, quo olim populos è suggestu inflaminabat, animata, ut in die Cœnz Domini tres auctoritatē, ac prosapiâ illustrissimi juvenes palam in Congregationis Oratorio duodecim pauperum Sodalium per- des, linteo præcincti, ac in genua provoluti abluerent, largâaque in- siffimi Sodales deo- decim pau- perum So- daliū pedes superstipem adjicerent. Evénit, ut factum hoc narratione acciperet ægrotus quispiam; ardentissimo inde desiderio flagrare cœpit tam pio se se aggregandi Sodalitio. Factus est voti compos, monitusque, ut quâ die nomen illius in Congregationem recepti pro more in publico So- dalium Coetu promulgandum foret, ipse qui præ morbo adesse non pos- sedit, ipso set, domi DEO, Delparæque serviendi vota propositaque intenderet, receptionis spe fretus, rata habitum iri, dummodo quibuscum corpore sociari nequi- tem diem- rex, congregaretur spiritu. Verum præ cupiditate gaudij, quo se- rë convale- scit, persulum iri sentiebat æger, si coram inter Mariæ Clientes se se adlegi, nominarique auditurus esset, contineri sub lecto non potuit; quamvis tuſſi continuâ vexatus, cruentam pituitam copiosè exscrearet, quamvis artubus tremeret, ac brevi moriturus ab omnibus crederetur, baculo tamen nixus, præstituta die in exedram Sodalitatis perrepsit, & formu- lam, quâ Novitij Sodales Mariano cultui se dedicant, recitavit, voce quidem debili, sed tantâ omnino mentis voluptate, quantæ non vana præsensio lecto illum, domoque expulerat. Atque en, rem ab omnibus pro miraculo habitam! ex ea hora tuſſis remittere, sanguinis sputatio cessare, vigor redire membris, ac deum valetudo integra restitui.

146. In Gymnasio, quod multi primæ Nobilitatis adolescentes illustra- bant, Princeps tamen juventutis haud uno nomine eminuit Ferdinandus Archi-Dux, antequam è Scholis mansuetioribus ad severiores gradum faceret, mereri illum voluit, uti elapso anno ex Rhetorica, ita nunc ex Dialectica, facili periclitatione progressus. Sed qui præ condiscipulis exi- mius esse noluit à publico examine præ omnibus eximium se præstitit do- Crinæ experimentis, omnium confessione facile primus. Ethices de- inde studijs se se applicuit, in Schola Academica sub Magistro è Nostris uno, creberimus simul Domi nostræ, & conversari solitus huma- nissime.

147. Biburgi Schola constituta est, ubi rusticorum pusiones, vernaculo faltem sermonè characteres formare, librosque legere condiscerent. Mulier illic in vicinia degens, triduo jam in partu laborabat. Ardenter invocata Mater, Virgo laboranti opem tulit, atque in somno spectabilem se præbens, in templo suo, cuius itidem species objiciebatur, ad aram suam grates ut exsolyceret, admonuit. Ignorans fæmina, quænam sedes designata esset, in Templum Biburgensem ad aram Divæ Virginis delata, protinus tum Templi anteā nunquam conspecti, tum imaginis quoque formam agnoscens & erat ipsa illa, in qua se conspicuam ostendit Deipa- ra. Quapropter voti rea mox illud tum persolvit ipsa, tum præsentes omnes, ut idem secum facerent, incitavit, permonstrosque

Maximilianus Ducis Bavariæ Filius, cùm invitatu Ducis Anspacensis ex Domo Brandenburgica, Ingolstadio Anspacum transiret, è Collegio Sacerdotem in comitatum assumpsit, qui Lutheranis in terris Sacrum coram se quotidianum diceret. Dixit, ac semper etiam medijs illis diebus pro concione. Quin & occasionem nactus disputandi de Religione cum Præcone hæretico, qui haud pridem ob crimen seditionis Augustâ Vindelicorum pulsus, à suis velut affinis Martyrum, vix non ut Sanctus habebatur, eas miserum in angustias conjecit, ut cùm is absurdam multam, multa inter se pugnantia effudit, Anspacenses non minùs Aulici, quorum multi auscultabant, quàm Bavari, acerbo risu perseverentur hominem ita, ut indignatione, ac pudore plenus è medio sese cœtu proripuerit.

Acrior velitatio, sed persimili exitu coorta est Ratisbonæ. Occasionem dedit templi Dedicatio, jam illius interpolatio, veluti novam toti ædificio induxerat faciem, statuta fuerant nova ex latere Sacella, in Sacellis Altaria, in Altaribus Sanctorum Ossa, ornamentaque alia, tam præ veteribus diversa, ut, quemadmodum olim in templo Solymæo, sic in hoc etiam altera repetenda esse judicaretur Encænia. Celebrata hæc sunt die Octobris undecimo, simûlque è Sancti Cassiani Aede, in qua hucusque Rem Divinam peractam fuisse diximus, ea omnis in novum templum translata est. Altera die instituta est eodem in loco disputatio publica, in qua disceptaretur, rectè Ecclesia Templorum dc- dicationes, certasque in illis cærimonias, ritusque usurparet. Positio- nes, ut innotesceret latiūs, Conradi Vötteri studio, Latinâ simul, & Germanicâ lingua excusæ, affixa palam, atque etiam ad primaria tum Catholicorum, tum Acatholicorum transmissæ fuerunt Urbis Capita, adjunctâ perquam demissâ invitatione. A prandio unus ex præconibus comparuit, sed qui auditor tantum, quàm esse locutor mallet; unde plebi, quæ promiscua, multaque accurrerat, sese immiscuit, sed frustra: observatus à Disputationis Præside peramicè ad congressionem invita- tur. Exalbuit improvisa provocatione vir magnanimus, ac, nescio quid tremulo, ac pallente labro fringultiens, quàm celerrimè sese ex omnium conspectu ejicit. Consurrexit tamen Entellus, alias Scholæ Rector, seu, ne Seclariorum causa penitus videretur profligata, seu, ut alii credebant, omnium Prædicantium nomine delegatus. Pugnare in- cipit, sed saltuatum, osor duelli statarii; verum evitare non potuit, quin dum elabi festinaret, in multa laberetur offendicula, dictorūque im- memor, multa, quæ ad rem non facerent, effutiret. Sentiebat int- rea, tela, quæ intorserat, aut patenter cum omnium risu hebetata de- fluere, aut in ipsum rectorqueri balistarium. Quapropter, quod unum malis in mala causa disputatoribus, ubi se premi advertunt, super- est reliquum, ad rabidas vociferationes, & convicia sese vertit. Quin vos, exclamat, si vestri, ut jactatis, Magistri verba audi- tis, Urbe nostrâ exceditis? præcepit Ille Apostolis, ut, si quam in civitatem haud recipientur, excusso etiam pedum pulvere inae disce- dant. Invitâ Vos buc penetrâtis tota civitate, invitâ vel diem manetis? quin ergo vel bodie faceatis? Gratias, reponit Noster, babebit tibi Societas, quod Alumnos suos Apostolis compares; at quam gratiam apud concives inibis, quod Sodomais equipares? bo-

rum namque supplicia, & graviora etiam minitatur aeterna Veritas civibus, qui suos recipere Apostolos nolint. Ut fractam hanc Machæram vidit infelix laniista, aliud mox ferrum altius, ut credebat, penetrabile corripit. *Quid ita, vociferatur, crocitatis ex alieno nido? cedite! locus hic pro alijs, non pro Jesuitis est conditus.* Riserunt ad evanidum hunc ieiunum Catholici, erubuerunt Acatholici, etiam indocti, quorum de trivio plurimi aderant, postquam videlicet ex peritioribus intellexerunt, quæ ineptissimus causæ suæ prævaricator effudisset. Nempe vel proletarii agnoverunt, pari arguento regeris posse: *Migra bone vir, tu, ac tribules tui, ex cathedris, ex quibus declamatis, migrate ex persecubis, in quibus psallitis; nec enim hac à Majoribus nostris pro vobis, sed Orthodoxis Sacerdotibus fuerint adficta.*

Jamque multa risio invalescebat cum fremitu; verùm Diœceseos Administrator, unáque Suffraganeus calidiore lixivio defricandam hominis impudentiam arbitrati, voce, manuque silentium indicunt, tum acriter objurgato convitiatore, honorificentissimas nostris causas publicè edisserunt, ob quas non summus modò Pontifex, ac Philippus Episcopus sacra potestate, verùm ipse etiam Rudolphus Cæsar jure imperiali, voluerint Societatem, nihil tale cogitantem, Ratisbonæ in ea, quam tunc possidebat sede, constituere. Infrenduit ad hæc Scholæ Rector, cùmque ipsus animadverteret, se jam sibi, linguae suæ regendæ imparem esse, altum vociferans: *neque Hercules contra dnos! præcipiti graduè disputantium se cœtu proripuit.*

154.
Sodalitas
Mariana e-
rigitur.

Feliciùs multò, faciliùsque in unam DEI, DEI paræque certis legibus collendæ formam convenerunt omnis conditionis, atque ætatis Viri, ac Adolescentes permulti, ex quibus, ut in alijs, ubi Societas domicilio gaudet, civitatibus Sodalitas Mariana coauit. Neque hic, ut alibi, à tenuioribus Gymnasij discipulis initium sumpsit. Ab ipso statim exorta Sancto huic Sodalitio adscribi voluerunt Cathedralis Ecclesiæ Canonici, Cœnobiorum Antistites, variorum Ordinum Religiosi, atque alij doctriñâ, & nobilitate insignes. Cardinalem ipsum, eundemque Episcopum Philippum, non tam citò, vertente anno, Ratisbona habebit reducem quām nova Congregatio Sodalem, & crebrum quidem in Conventibus, crebrum in publicis per urbem supplicationibus. Primus, qui Sodalitium ad pietatem informando præcesset, datus est ex Collegio Georgius Schroetelius, datum etiam pro celebriore Auspicii argumento in Scenam drama.

155.
Cui ipie
Cardinalis
& Episco-
pus Philip-
pus nomen
dedit,

156.
Graves in-
ter pagi in-
colas subla-
te discor-
dit.

In propinquo Ratisbonæ pago magnæ erant scissiones, scđaque dissidia. Rustici graveri alienati erant à suo Domino, Viro nobili, qui in eo tamen concors cum illis erat, quod utrique pessimè oderant loci Parochium. Et suberat causa, quod maghopere verbis, factisque læsi fuissent, servebant coram tribunalibus lites, heterodoxis movebantur risus, probis dolebant offendicula. Cum Paschales jam adessent feriae, nullus in templo adfuit Curio, quod brachio à percussoribus non leviter esset lauciatus. Itaque nec Res Divina futura erat, neque concio. Et quid cæterarum, quas Ecclesia in tempus illud præscribit, sacrarum actio.

actionum sperare licuisset ab exulceratis animis, ac mutuo divisis odio? Subvenit unus è Collegio, qui intra sex dies miram toti pago invexit mutationem. Sacrificando, concionando, concursando nunc Dynastæ castrum, nunc singulorum ferè agricolarum domos, habendâ item frequente catechesi perfecit, ut loci Dominus conciliaretur cum Parocho, cum eodem, & coloni, redirentque etiam ad Dynastæ obsequium, omnes denique Confessionem peccatorum, sacrâmq; Sy-naxin instituerent, quin & aliqui etiam ejurarent hæresin, ita, ut Christi Resurgentis memoriam rediviva etiam pax, animorum tranquillitas, ipsius adeò Christianæ vitæ innovatio comitaretur, & solidâ si unquam, celebraret jucunditate.

Augustæ Vindelicorum mēnsis Augustus felices anni exorsus, progressusque interrupit. Sub ipsas Calendas Januarias Urbis Duumvir Octavianus Fuggerus trecentos Collegio florenos, tenui Arthabonem continuandæ à Fuggeris Munificentæ donavit. Et continuârunt profectio luculenter; Præterquam enim, quod idem Octavianus extruendo illustrius Servatoris sepulti monumento priori summae sesquicentum flore. nos adjecerit, quod Georgius Jacobi Fuggeri filius, Ordinis militaris Calatravæ Eques, Italiam, indéque Hispaniam petiturus, magnam pulchram vestitum pro adornando Altari, magnam Collegio, ac domui, quam Collegium Fridbergæ habebat, supellecillum copiam reliquerit, quod Maria, Comite Othono Schwarzenbergio nata, Christophori Fuggeri Uxor, coronam pretiosis margaritis, gemmisque, quâ minor Hietoteca obtegeretur, templo intulerit. Super omnia hæc Jacobus Fuggerus, Joannis filius, Ædem sacram, in qua primum DEO Sacrum offerret non aliam, quam Nostram, sed tempe à Fuggeris conditam delegit. Perpetravit hoc celebritate magnifica, atque omnino dignâ, quæ Augusta norum immenso numero concurrentium innocentem, ac tuim ptose & laudabilem curiositatem exciret, atque exsatiaret. Celebritatem subsecuta est Sacrificantis beneficentia in templum, cui magni pretiis ornamenta remanserunt, pignus veluti signumq; prænuntium, quantis olim Jacobus beneficiis Societatem cumulaturus esset, factus ipse magnus Sacerdotum Princeps.

Aliorum quoque optimè affecta erga Collegium voluntas magno, multoque opere fuit commonistrata: Episcopi Othonis Gemmingii, Pro-Episcopi Sebastiani Breuningii, Canonorum Cathedralium, Magistratus in vicino oppido Fridbergeni, duatum Remboldiarum (antiquissima hæc Patriorum Stirps est) Et harum quidem ea, quæ Christophori Remboldi conjunx erat, vitam adeò piam vixit, ut Roseffius noster, ne Pupilli ac Viduæ, in quæ profusè liberalis fuit, unquam grato animo meminisse, aut preces pro defuncta solvere intermitterent, vitam ejus peculiariter conscribendam suscepit. Quos labores cætera subiit Sociorum cohors, lætari potuit non absque operæ pretio abiisse. Tricenos numerarunt, quos ad agnoscendos, abjiciendosque hæreseon errores perduxerunt. Sebastianus Breuningius, Episcopi ut dicebamus, Suffraganeus Michaëli Dörnvoglio, se, quemadmodum in officio, ita & in Societate singulariter amandâ successisse, tum pluri mis argumentis, tum eo etiam comprobavit, quod Nostrorum industriam hoc etiam anno in Iustratione Diœcesis adhibendam esse putârit, spe fructus minimè inani. Lustrandam vero conscientiam suam in confessio-

162.
Conradus
Reihingus
Societa-
tem ingre-
ditur.

fessione aperuerunt Antistitutum suorum exemplo, & suaſu ſerè omnes ex duobus in urbe Cœnobis Religiosi. Conradus Reihingus Patritiæ Stirpis, annum agens vicesimum prudentiâ ſupra ætatem maturâ, cùm sancti Ignatij commentarybus dies octo impendiffet, eum maximè in finem, ut de amplectendo vitæ ſtatu decerneret, ad Societatem animum applicuit, optabili eventu, ac multūm diſſimili ab eo, quem infeliciflum ejus frater nacltus eſt.

163.
Mense Au-
gusto, Au-
gustum pe-
ſius invadit.

Paſſim à vicinis Curionibus, & pagorum Dynastis ſubſidiaria pro Concionibus, & Mysteriorum impertitione petita eſt opera, ſactæque jam fuerant frugiferæ excuſiones per quam multæ, cùm mense Auguſto pestilentia intra ſolius Urbis pomœria labores noſtros coercuit. Occupavit hæc omnem in propinquo agrum, unâ exceptâ Landspergenſium Urbe, & cum hac Tironum noſtrorum domicilio, quod illorū precibus, & singulari preces exaudientis Numinis clementiæ adſcripsit universa Provincia, ſanctasque ideo laudes, & multiplicatas grates rependendas universis Socijs indixit. Verūm Augustæ ita lues mortifera invaluit, ut ſub nonas Septembres Gymnaſium claudi, ſolvique Maria- num cœtum oportuerit,

165.
Dilingæ
moritur Ja-
cobus May-
rius Scho-
lasticus.

Interea malum, quod ad Lycum defæviit, Danubium, quamvis non procul inde volventem aquas, haud transiit. Unde unicūm non pefte, ſed pleuride extinctum Dilingæ numerarunt Socii, Jacobum Mayrium, Qui Lucernā ortus pervetuslo inter ſuos, ac patrīo ſtemmate, cùm Theologiæ curriculo instaret, ſimul moderandæ in Divi Hieronymi Collegio juventuti invigilabat singulari cum dexteritate, ut dubitares, an amaretur magis, an timeretur. Crescente mortis periculo multis pre- ciibus impetrarunt Adolescentes, ut decumbenti vale ſupremum liceret di- cere, congregatis omnibus valedicens & ipſe, monita addidit ad literarum, ac virtutis ſtudium tam penetrantia, ut in lacrymas irent uni- verforum oculi, Jacobo non ita pōst, manibus in Crucis forinam compositis, ſanctissima interſpiria ad æternitatem abeunte.

166.
Moſ ex-
aminiū in
varias
Academi-
corum cla-
ſes intro-
du-
cas.

Cum poſt Ferias Scholasticas in Academia, & Gymnaſio reſume- rentur literarum ſtudia, Cancellarius Academiarum, Julius Priscianensis luculenta oratione expoluit, commendavítque ordinem, qui poſthac obſervandus foret non docendis, diſcendisque tantummodo literis, ſed de capiendis quoque per examina ſpeciminibus profeclūs literarij, in quo, qui nulli, aut tenues admodum invenirentur, xgrē haud ferrent, ſi aditum pariter ad altiorem Scholam non invenirent. Statuto huic ſua ſtetit efficacitas: examen ſubjerunt Philoſophi, quin omnes ex Dia- lectica admitterentur ad Physicam, ſucceffitque res absque eo tumultu, qui, priore anno, moveri coepit, brevi tamen ſuppreſſus fuerat. Circa Ferias Pentecostes Epifcopus Augustanus Imperij Princeps, nobilem Dilingæ eſt nacltus hospitem Christophorum Blarerum, Basileenſium An- tiſitem, quem etiam ſalutatum Elvaco ascendit Praepofitus, ac Princeps Wolfgangus Haufenius. Quæ potiſſum cauſa Blarero Epifcopo fuerit, cur longinquum iter Oenipontum, Oeniponto Dilingam fulceperit, cùm nuper de Collegio Bruntrutano ageretur, adnotatum fuit. Vehementer placuit ſapientiſſimo Praefuli disciplina tum Academica, tum Sociorum domesticā, quod perſimilem ei deprehenderit, quam ante aliquot Annos in Lucernensi domicilio inſpexerat. Antequam diſcederet, prandio illum

167.
Venienti Di-
llingam Ja-
cobus Chri-
ſtophorus
Blarerus
Epifcopus
Basileen-
ſis, & Wolf-
gangus
Haufen,
Praepofitus
Elvacensis.

Illum exceptit in Collegij triclinio Antistes Gemmingius, cui tum ipse, tum Præpositus etiam Elvacensis assedit, magnâ profectio à tantis Ecclesiæ, & Imperij Prælatis dignatione. Quod vero, ut inexpectatus ad venerat Blarerus, ita festinaret pariter ad suos abitum, unum id honoris redhiberi potuit, ut super mensam Wolfgangus Starkius, Eloquentiæ Professor Latino sermone, & salutaret simul Mytratum Hospitem, & ei valediceret. Haufenius ne haberetur asymbolus, quod tamen sciret, gratius Gemmingio fore, si in Collegium derivaretur hospitalitatis remuneratio; ut Elvacum redit, copiosam admodum ammonam penui inferendam misit, grates simul adjecit, quod labente hoc anno fæpitis, quam præteritis, Elvacensis agri culturam sacram Dilingensis Collegij incola repetierint. Quamquam vicissim se potius gratias debere profiterentur Socij, quod Præpositi maxime impensis impetrarint demum, ut per tractum Elvacensem Altaria templorum non ligneâ duntaxat tabula albo tinctâ, sed veris ex Ecclesiæ ritu linteis tegerentur. Urslerant id Nostri septennio iam integro, sed obstat nempe reddituum pro sacris Aedibus penuria, quam bellâ præterita, & Haereticorum rapacitas intulerant. Subvenit hoc anno pietas Principis, qui, ut telâ linea obtegendis aris coëmi posset, quingentos florenos munificè suppeditavit.

168.
Tres Præ-
cipes in
Collegii
triclinio
prandium
sumunt.

169.
Præpositi
Elvacensi
beneficia
tia in Col-
legium.

Sodalitatis Marianæ fama in urbe Dilingana multum incrementi accepit ex pervulgata victoria, quam Sodalis, adhuc adolescens, multò felicius, quam David de Goliatho, retulit. Ille reseclo capite vitae spiritum interclusit Philisteo: is, de quo dicam, redditum ad Divinam gratiam, quæ sola hominis verè vitalis est spiritus, aperuit Christiano. Dilingam venerat antiquæ senex nobilitatis, & militari præsignis officio, qui, cum in scholis adolescentem versari intellexisset, cognatione propinquum, misit, qui ad prandium invitaret. Comparuit puer, inferuntur dapes, confidetur amicè, ac donec epulum afferretur, sermo miscetur hilaris, sed brevi liberius, quam optaret Adolescens, qui inter Marianos ruper Sodales adlesus fuerat; miles quippe veteranus, qui plurimam ætatem in castris detriverat, pessimam præ alijs vitijs inde consuetudinem retulerat, ut tertio cuique verbo juramenta temeraria evomeret, floccipendens verâne, an falsa essent, quæ proferret, execrari simul, dirisque omnibus devovere caput assolens, si aliter se haberent, quæ aut egisset, aut agere cogitaret. Haud diu siluit, qui invitatus fuerat, monet, rogatque verecundè, temperaret agnatus his vocibus, magnæ se gratiae loco impetrâsse, ut in Mariæ reciperetur Sodalitium: per hujus statuta non modo non licet sibi jurejurando, aut execrationibus temere uti, sed ne auscultare quidem, id, si exorare non posset, nec de cibo, qui interim allatus fuerat, quidquam, nec de potu se gustaturum. Coercuit se aliquamdiu invitator, sed paulò post, ubi processum est sermocinando, in pristinam denuo prorupit linguæ intemperantiam, verum & adolescens, cum breviter in silentio Matrem Verbi invocasset, ut verba sibi, spiritumque efflagitaret, cui resistere non posset effrenis jurator, non jam modestâ prece, sed voce, oculis, gestu, acerrimâ oratione in detestabilem hanc assuetudinem detonat, minas intorquet Numinis, gravitatem exaggerat vitijs, exponit destinata impiatis linguis Inferorum supplicia, argumentis utitur tam fortibus, tam eloquenter, ut nemo non agnosceret eloquentiam hanc saxifragam non ab ingenio pueri, qui vix tum condiscendis Grammaticæ præceptiunculis imbuebatur, sed ab eo, qui facit linguas infantium disertas, è cœlo deflu-

170.
Dilingani
Sodalis
memorabili
lis de jura-
tore Victor
eis.



xissit. Bellator certè, qui per sex lustra imperterritus, inter tormentorum fragores, & fulgurantes gladios incanuerat, ad hæc verborum fulmina sedet primò attonitus, mutus, oculis humili fixus, tum surgit, pauculumque à mensa recedens sonantem sibi ipsi infligit colaphum, irruit mox in agnati collum, singultiens, plorans, veniam rogat datæ offense, pravique exempli, orat simul, ut properè Sacerdotem accersat, cuius opera Deum sibi reconciliet. Currit adolescens, atque unum è Collegio accersit, qui, postquam hominem negotiorum, quæ ad animi salutem pertinent, rudem modum informandæ Confessionis edocuit, altero die confessorem audiit, atque à noxis, quarum ab omni vita reum se miles membra nerat, absolvit, Tantis, dum confiteretur, madebat lachrymis, tanto post Confessionem, ac idonea roborando emendationis proposito accepta monita, perfundebatur solatio, ut ambigeres, uberiorne ploratus esset ex dolore criminum admissorum, quam nunc ex gaudio, fiduciâque remissorum. Perseverârunt hæc sancta interioris voluptatis indicia, sequent prodebat, cum postea ad Aram accessit Eucharistico reficiendus Epulo. Unde per totam Urbem apud eos, qui prælentes fuerant, vel auditu hunc eventum perceperant, de Viri ob notam vulgo orig proterviam parum laudati mutatione consecuta est admiratio juxta, & gratulatio,





HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA.

DECADIS SEXTÆ
ANNUS TERTIUS,

SEU

CHRISTI MDXCIII.

S Y N O P S I S.

Dolorum Adolescentum sacra facundia. n. 171. Et 174. Otto Gemmingius Privilegia Academia Dilingana confirmat. n. 179. Princeps Elvaciensis in Collegium Dilinganum beneficis. n. 180. Augusta Roseffus cum Pradicante depunat. n. 181. Octaviani Fuggeri in Collegium iterata beneficentia. n. 184. Socij à Peste immunes B. Virginis Violaviensi grates ex voto agunt. n. 185. Et 186. Conclaves pomeriana suscepit in templo Cathedrali. n. 189. Adolescens ope Confessionis demone liberatur. n. 190. Expetita Sociorum opera à varijs Cœnobij. n. 193. Novitijs peregrinatum missi incommodis exerciti. n. 196. Sodalium Marianorum pictas heretico causa conversionis. n. 198. Principes Bavari Româ reducunt Reliquias insignes, que magna celebritate templo Monacensi inferuntur. n. 205. Et 206. Udalrici Helfensteinij Elogium. n. 207. Nobilis Dani ad fidem conversio. n. 212. Orator Noster ob infestationem scelerum ferro appetitur. n. 215. Elia Hasenmilleri fæda à Societate defectio. n. 217. Ejus infasta mors. n. 219. Albertus Guilielmi filius Ingolstadium venit Grammatica discipulus. n. 224. Ferdinandi archi-Ducis ad templum B.V. Allerstorfense excursio Religiosa. n. 231. Georgius Lauterius Predicantis perulantiam retinuit. n. 239. Ruitum pagus integer fit Catholicus. n. 241. hreligiosa Religio erga S. Urbanum sublata. n. 242. Hala disceptatur, an Societas persistendum in spirituali administratione Partibononis Reg.

gj. n. 247. & seq. Domicilio Brynneratano Collegij titulus confer-
tu. n. 265. Constantiensis Collegij absolutionem qua causae retor da-
runt? n. 506. Leo Predicans Arbona publico sermone lepide exponit. n.
272. Überlinge & Brigantina Clericos Societatem expedunt, quin
possit satisfieri. n. 273.

171.
In eadem
urbe Diling-
ana alte-
rius adole-
scens la-
cra facun-
dia.



Qualis in facundia puerili efficaciaz specimina in eadem Dr-
linga Urbe subsequens mox annus prodidit. Adolescen-
tulus in scholis Grammaticis infimis, cum vetiti ab Eccle-
sia cibi, die, quo abstinentum ab iis erat, prandientibus
fuisse appositi, non solum ipse carnium nihil gustavit, sed
vehementi adhortatione, precéque parentes, qui juxta assildebant, ad-
ortus, ita Patrem, Matremque petiverunt, ut remoris quamprimum im-
mundis lancibus ambò polliciti sint puero, æquè posthac se fore Matris
Ecclesiæ in origeros filios, ac suum modò ipsi expirerentur gratiæ. Plus
effecit alijs in Gymnasio Scholasticus. Confanguineum quod ad Luthe-
ranos transfugerat, propositis, quæ tum à schola Magistro, tum à con-
scientiaz arbitro, & sacris Oratoribz hauserat, argumentis ita flexit, ut
ad Orthodoxos ille gradum reflexerit, quem secuti sunt alij omnino se-
ptuaginta ex errorum hæreticorum labyrinthis in viam veritatis Socio-
rum docto revocati. Ex adverso non paucis, ne in via Lutherorum
abripi se permitterent, fuit perlausum. Tubicen pius vir, & religio-
nis tenax propinquo ex oppido, quod Lutheranis adhuc Ducibus Pala-
tinis subiectum erat, persæpe ad Nostrorum conciones Dilingam venti-
tabat; id tibi intellectum à popularibus, tum multis petitus irrisioibus,
tum accusatus etiam apud Magistratum fuit. Causam iuslo dicere, ubi
prohibitis nihil infringi hæminem vident, exilijs minas proponunt, dato
camen ad deliberandum spatio. Interea quaterni immittuntur Prædi-
cantes, multa higarriunt, multa promittunt, multis terrent, incassum
omnia, nil pensi habet terriculas tubicen, nil pensi comminationes,
lubens denique ejectionem ex urbe potius, quam defectionem à fide
sustinet.

173.
Tubicens
in fide
constantia.

Eadem fortitudo animi fuit Rhetorices apud Nos discipulo; qui re-
gressus in Urbem patriam Palatinam pariter, atque adeò Lutheranæ di-
tiorissi protinus ab Archi-Synagogo citatur ad Synedrion. Circumst-
ant juvenem inquisitores quaterni, adjurant, ut non nisi vera edicat,
subin minutum exquirunt singula quæ ab Jesuitis tum eruditiois traden-
dæ in quavis Schola, tum juventutis universæ ad bonos mores informan-
dæ avitjs coercendæ servaretur methodus; ita fingillatim Juvenis ex-
ponit omnia, ut nihil habuerit maledicentia, quod carperet, sola, quod
ringeretur, audiret invidia. Unum erat, quod admirabantur magnopere: Theologicas videlicet quæstiones in Gymnasiis nostris non simul
cum Rhetorica enodandas conjungi. Cur id mirari eos subjerit, non
apparet, nisi fors ineptus stupor illos ceperit, cum hac tenus crebris ex-
perimentis intelligerent, Theologiae in Academia Dilingana studiosos
tam scitè, sordideque de hujus disciplinæ mysterijs disputare, ut nemo id
posset, nisi velut à teneris ad hunc pakum exerceretur. Sed bene! ajant,
breviorem tibi viam ad intima Theologiae penetralia facillime pervenien-
di: scrutare Scripturas, & hoc sufficiet. Enimvero, juvenis reponit,
scrutabor, ubi ad earum arcana capienda magis me babilem atas, ju-
diciisque maturitas facerit: sed evolvam quoque Sanctorum Patrum,
quibus

174.
Rheticæ
Studioſus
ingenioſe
& audacter
eloquentes

*quibus Divini Eloquij pronuntiata e sensu Ecclesia declarant, lucubrations; Augustini præcipue, non vero Islebici ab Augustino transfuga, qui Scriptura sacerrima verba suo arbitratu toties mutat, mutilat, ad-
ulterat. Hic enimverò conclamare omnes: blasphemavit, ejecitamq;
extra Synedrion, invocato insuper brachij secularis auxilio, & Magi-
stratus edicto, etiam urbe ejecerunt. Ibat ille à conspectu concilia-
buli gaudens pro veritate non solum contumeliam, sed omnino exilium
pati, tanto cælesti Patriæ propinquior, quanto à paterna domo, suo-
rumque consortio remotior.*

*Valetudinis reparandæ causâ bitis Socii ad Göppingenses in Wirten-
bergiam acidulas missi fuerant. Versabantur ibidem eandem ob causam
non pauci Catholicæ, apud quos, cum in medio nationis heterodoxæ, Re-
ligionis exercitia cautè tractari opus esset, id tamen effecerunt No-
stri, ut, quotquot aderant Orthodoxi, qui & ipsi acidulas biberent,
prætextu amicæ collocutionis quotidie sub crepusculum congregati, Li-
tanevticis precibus, quæ Lauretanæ appellantur, DEUM Deique Ma-
trem venerarentur.*

*Collegium novo amicitiaæ veteris pignore decoratum fuit à Sangallen-
si apud Helvetios Principe Joachimo, qui Cœnobij sui Decanum Bernar-
dum Millerum Dilingam misit, ut ab Julio nostro Priscianensi Theologæ
Doctor crearetur. Celebritati adsuit ipse Gemmingius Episcopus, ac
recenti insignitum honore ad Parochialem Ædem est comitatus. Per-
stigit mense integro intra Collegii teatum Bernardus, Cœtus nostri aman-
tissimus, & nec à communi triclinio, & quadrâ, nec à cætera discipli-
na, & ordine eximium se haberi passus est.*

*Philosophicas Scholas magnopere illustravit Joannes Warmundus Preisungius vetusissimâ simul, & nobilissimâ inter Bojos familiâ natus, qui, ab soluto Philosophiaæ curriculo, ex ea universâ positiones typo im-
pressas summâ cum laude propugnavit. In Gymnasio fuit disciplilo-
rum accusus, & varietas, ut partitionem inter scolasticas facere nécessum
fuerit, quapropter Grammaticæ Ichola in duas divisæ fuit, quarum una
inferior, altera superior, seu etiam suprema, hodiéque dicitur. Quod porrò Gymnasium juribus & privilegijs Academiacæ à prima jam hiujus origine innexum esse declaratum fuisse, ipsum quoque eodem beneficio, quo Academia ex hoc anno stabiliter gaudere coepit, quiete dein-
ceps perfrutum est.*

*Nihil initio cives Dilingani habuerant jucundijs, quam Scholas La-
tinæ, Ottenburâ Ordinis S. Benedicti in Suevia Cœnobio, sicut in Ur-
bem translatas, atque in Academiam evectas fuisse: ex qua nempe emolumen-
ta non pauca, tum publica, tum privata iacturi essent; tamen, ubi securè his jam potiebantur, onerum communium; & ve*l*igalium
partem, quæ Principi præstare habebant, ab aliquam multo tempore co-
nati sunt in Academiam quoque derivare. Agitata lis fuit calore non
modico; verum ostensum primò est arbitris, quos Princeps dederat;
Pontificem Julium tertium, Carolum quintum Cæsarem, ac Othonem
Cardinalem Academiacæ Fundatorem, omnibus Diliganam Academiam
communiisse privilegiis, quæ cæteris per utramque Germaniam fuisse
impertita. Exhibita dein suere diplomata, quibus liquidum fiebat,*

175.
Idcirco in
exilium sit
citur.

176.
Bini socii
Catholicae
pietas Ex-
ercitus pro
movent in
Wittenber-
gia.

177.
Decanus ad
S. Galli cre-
atus Dilin-
ge Doctor
Theologie
in Collegio
diu hospes.

Warmund
Preisingius
ex universa
Philoso-
phia Theses
propugnat.

178.
Inter schol-
as. Gram-
matices
partitio.

179.
OthoGema-
ringius
privilegia
Academica
confirmat.

nullam omnino ex aliis Academijs civiliū quorumvis onerum non esse immunem. Itaque idem pronuntiatum etiam fuit pro Dilingana, ius-

sique cives nihil omnino contra hanc inimicitatem movere imposserunt. Quanti Princeps Elvacensis Wolfgangus Haufenius estimarit labores No-

Wolfgang
Haufenius
in Collegi-
um Dilin-
ganum be-
neficus.

strorum, quos statim, ut hucusque, anni temporibus ad Elvacum, om-

nemque circum viciniam excolendam, Dilingā evocavit, tum prodi-

dit, cum ducentis florenis, quos anno elapsō Dilinganis Socijs, ut elec-

mosynam, donavit, hoc anno quinquagenos adiecit.

Augustani Collegii Socijs ab ipso anni exordio necessitas velitandū

cum Lutherico Prædicante est imposta, occasionem is plane intempe-

stivam arripuerat impugnandi Catholicos ex Diplomate, quo Augustan-

nx Ecclesiæ supremus Pastor Otho Gemmingiusoviculis, quæ quidem

pascentis vocem agnoscerent, ternam comprecationem sub exeuntis

puper anni finem indixerat, quia DEUM exoraverant, ut pestiferæ con-

tagionis flagellum, quā in quintum jam mensē, ut nuper dicebamus,

in Urbem Augustanam, vicināque oras animadvertebat, propitiatus

seponeret. Quis haec leniendi Numinis rationem cuiquam improbari

posse autumaret? improbata est clamatori Lutherano tam vehementer,

ut ex Cathedra etiam contra Episcopi saluberrimum mandatum dicta

evomere procacia non exhorruerit; Sed adfuit mox Roseffius noster,

qui ipsis Januarij Calendis, & aliquot subsecutis concionibus, validissi-

mis rationibus commonstravit, qnam probè summissus Dioceſeos Sacer-

dos imperaret, ut Nomen JESU contra mala omnia avertenda Christiani

invocent, precēsque recens Nato DEO cum tribus Magis offerant,

Stellam ut mittat, quæ pestiferorum Siderum perniciabiles effectus re-

tundat. Tam recte id probari perspexerunt ipsi Protestantici, ut optarent

nullam vocem adversis hanc Episcopi sanctione in, & Catholicorum

sanctioni obtemperantium pietatem excidisse, ac meritò sanè; brevi

enim urbis incolæ universi comprecationis effectum sunt experti.

Mitigato Numinis remisit pestilentia, ita, ut mense Februario, cùm

undiique liber jam commeatus esset, Gymnasij etiam aditus fuerint ma-

gnā omnium gratulatione referati. Atque enī opportunè hic Roseffius

occasione arripuit rem præstandi universæ Orthodoxorum pueritiae

per quam utilē. Unus duntaxat ex Catholicis in urbe Ludimagister

fuerat, qui pueros prima, sermone Germanico characteres legendi, for-

mandique rudimenta doceret; unde solebant cives etiam Catholici li-

beros ad Lutheranos, pædotribas mittere non absque periculo, ne ætas

perverti facilis, pravorum obbiberet dogmatum principia. Progressus

igitur in concionem Roseffius acri, & saepius iterata cohortatione, ac

perruptis, quæ multæ magnæque obstabant, remoris, perfecit, ut

præter unum illum duo alij viri constituerent probè Catholici, qui lu-

dum exercerent Germanicum. Cœperunt hi mox commissam sibiæ-

tatulam, statim per annum temporibus, in Aedem nostram ad Confessio-

nem, & quot diebus Dominicis ordinato agmine ad Catechesin dedi-

cere, donec in uno, alteroque adhuc templo cœpta hæc est institui. Ha-

bitæ suht complures celebritates agendis Bono DEO pro sublata peste

sum pietas; in his suas etiam partes sumpserunt Cœtūs Mariani Sodales, ple-

riique simul Scholarum nostrarum discipuli, qui ad conventus ordina-

rios, maiore jam numero congregati, novo ardore ad veteres religiones

exercendas se mutuo inflammârunt.

183. Sodalium & discipulo, sum pietas, in pauperes Scholares pietatem excitat.

Pietatis hæc exempla multam aliorum excitârunt misericordiam in pauperes Scholasticos, quorum ut plures ali possent, tenuem hæc fundum notabiliter auxerunt. Inprimis Marcus Welserus Junior, ut erat ipse notus Orbi Literarum cultor, ita Literarum sautor: Achille Illungus: Sidonia Fuggeta Jacobi Villingeri Baronis uxor, atque atij notabilem valde pecunia summam congeserunt, sex minimum novis Alumnis suffectoram. Octavianus Fuggerus etiam hoc, ut priore anno florenos ter centum donavit in solutionem pro emptis Fridbergæ duabus domibus, perfugium futuris, si quando iterum peste ingrueret, quanquam hoc anno Socijs, postquam ad Beatam Virginem, quæ Vio-
laugiae (locus est Dilingam inter, & Auguistam) ob beneficia mortali-
bus exhibita celebratur, preces, ac vota conceperunt, Eiusdem patroci-
nio inter media, cum peste infectis afflisterent, pericula, salva steterit inco-
lumentas. Quapropter duo Sacerdotes missi Violaugiam, qui Collegij totius nomine votivam gratiarum actionem Numini, Numinisque Ma-
tri rite, sancteque persolverent.

Apertis ultrò, citrōque itineribus Augustam Româ pervetus Cæ-
sar Specianus, Pontificis ad Rudolphum Cæsarem Legatus, sibi apud No-
stros divisorum elegit, Nostrisq; annonam omnem honorariam reliquit,
quà Magistratus eximios hospites Urbem subeentes excipere, ac impetrare
solet. Commodè auctarium addidit Christophorus Függerus, quo subleva-
ta non modicè penus est sustentandis Patribus, quorum novendecim, mense Julio, ad Congregationem Provincialem Augustam venerant, ele-
cturi præter Ferdinandum Alberum Provinciæ Præsidem, binos alias, qui Romam abirent ad Comitia Societatis universæ, quæ graves ob causas
in sensu post Novembri habita fuerunt extra ordinem. Nominati fuit,
qui cum Alberto Provinciali Romam irent, Paulus Hoffæus, ac Otho
Eisenreichius. Ex his qualem se in eo Conventu, Hoffæus præcipue
tractarit, in tuenda Præpositorum auctoritate, ac servanda quiete pub-
lica, nullo privatuarum, quas habiturum nonnulli sperabant, rationum
intuitu, Historia Societatis cum laude meninuit. Alberi in gubernan-
da Provincia vices Roseffius subire jussus est. Reliquis Augustæ usq;
fructuque pristino actis hæc recentius accessisse videri possunt. Quas
Suffraganeus Episcopi feriatis diebus conciones pomeridianas, in tem-
plo Cathedrali, uti & quasdam in Divi Joannis Aede, ex officio suo habere
debuerat, ejus postulatu Nostrî in se receperunt.

Adolescens fuerat, nequitia, ut se quidem cerebat, quam ætato
major: ne à via, quam ingressus fuerat, etiam cùm adolevisset, non
quam amplius recederet, dæmonis potestati, salutiferâ DEI cassigantis
severitate, vexandus est traditus. Cum nemo dubitaret, cruciatus,
quos patiebatur tum mirè diversos, tum intolerabiles, à Stygio tortore
exerceri, suosum est, ut à sacra Confessione auxilium peteret. Fecit
hanc Nostratium uni, & en! aspœctabili forma, ut primùm ex ore Sa-
cerdotis absolutio prodit, etiam ex pueriore vexator Acheronius eva-
lare est notatus.

Graviore malo, neque corporib; tantummodo, sed animis æter-
num perniciabili, hæresi videlicet, nostrâ curâ libertati fuerunt virginæ
quinque. Femina inter hos fuit, quæ morbo laborans, cuius depositi
lendi, mortisque imminentia avertenda spem nullam superesse Medentes
asseverabant, votum nuncupavit, Virginis MARIAE honori abuentu-

N 2 ram

184.
Octavianus
Fuggeri in
Collegium
iterata be-
neficiencia.

185.
Nostrî à pe-
ste incolu-
mes,

186.
Beate Vir-
gini vo-
laugienis
grates ex
voto agunt

187.
Augustæ
Congrega-
tio Provin-
cialia.

188.
Roseffius
Vice Pro-
vincialis.

189.
Concionæ
pomeridi-
nae fulce-
ptæ in
Templo
Cathedrali.

190.
Pueri ope
Confessio-
nis dæmo-
ne libera-
tur.

191.
Memorabi-
lis hæres-
ca famina
conversio.

ram se posthac sextis ferijs ab esu carnium. Melius habere coepit protinus quin & sanata intra paucos dies est integre, sed nimurum corpore duntaxat; quippe de animæ salute procuranda nihil amplius solicita. Merita est haec negligentia, ut morbus propiore, quam nuper, vita periculo remearet. In extremis jam haerens novas preces, nova vota concepit, recitandi quot diebus Orationem Dominicam, Symbolumque Apostolorum, ac DElparam quoque Salutatione Angelica devenerandi. Exaudita rursum est, celeriusque, ac nuper, restituta valetudini. Hic denique tam prodigioso, geminoque beneficio commota, respectare ad eam Ecclesiam coepit, quæ tam beneficium Misericordie Matrem venerari, ac, ut experta ipsa fuerat, non incassum invocare docet; itaque nihil jam morata, soli sanctæ Catholicaeque Ecclesiaz, cuius hucusque perperam agnitæ fidem ore tantummodo, psittaci instar, profiteri cooperat, verè jam etiam corde credens, adjungi properavit. Ab hac Ecclesia ne avelleretur, Nostro cohortante, mulier alia non pauca tulit, fecitque fortiter. Maritus Calvini sectator saepius omni illam vi ad communionem Calvinisticam, seu, ut appellant, cœnam pertrahere conatus, irritis semper blanditijs, minis, verberibus, ut causam divorciū nancisceretur, perditos nebulones immisit, qui mulierem de flagitio interpellarent, quod si succederet, ac marito subinde indicatum foret, ius (Calvinistis videlicet usurpatum) tribueret, repudiata uxore Catholica, quamlibet ducendi aliam. Sed neque hic profuit dolus; sanctior haec Penelope impudentes procos exprobationibus, ut merebantur, acerrimis except, acerrimis abegit. Unus cæteris assultans protervius, mulierem plenè fortem invenit, suoque malo maximo vix non Jahelem expertus est; deturbatus per scalas tam validu casu afflicitus est humili, ut minimum absuerit, quin cervice, lumbisque fractis in ipso loco animam evomeret. Sed omnium pessime maritus impias suas molitiones luit. Visa est sibi dormiens Uxor Maritum spectare è teclio deciduum, & spiritum à laplu exhalantem. Haud inane fuit somnium, pauculas post horas, cum viro, quid dormiens vidiisset, indicans, multis ad vitæ emendationem hortata esset; ille somniantum haec deliria procaciter deridens, ad ædium, nescio quarum, reparanda teclia evocatus, ex alto descendit, mortuusque domum reportatus fuit.

Gratus iterum hoc anno Cœnobij hospes fuit è Nostris unus, qui ab Generali Vicario Dicecsem lustrante, comes assumptus, à multis Religiosis expetus est, ut confitentibus aures, & salubria in publicis alloquiis apophlegmata communicaret. Ursperga Collegium est in Suevia ad annem Mindulam celeberrimum, à Comite Schwabeckij Wernhero ante annos omnino sexcentos, ijs ædificatum Præmonstratensibus, quos ipse Divus Norbertus illuc misit, atque invisens etiam ad religiosæ vitaæ Sanctorum præsens erudit, ex Iqvibus deductæ ejusdem Ordinis Colonizæ Roggenburgum in Suevia, Scheffriam, Osterhofium, Novam Cellam prope Frlingam in Bavaria, hodieque abduc magnâ Religionis celebritate vigint; unde in præsentem usque diem ab his Collegijs Præpositus Urspergensis peculiari titulo Pater Domus gratæ memoriarum causâ appellatur. Præterat Urspergæ anno, quem scribimus, Jacobus Millerus, vir, ut Fasti Urspergenses meminerunt, eximiæ pietatis, & raræ modestiæ. Quanto is, quanto cæteri Religiosi Canonici solatio nostrum receperint, quanti eximium, quem ejus consilijs, & habitis ad omnes congregatos sermonibus ceperunt, fructum æstimârint, inde colliges, quod palam, ac ingenuè, repetitis contestationibus, professi fuerint

192.
Alterius
Mulieris in
fide con-
stantia.

193.
Experiens
Nostros
operæva-
ræ Cœno-
bii.

194.
Principale
Urspergen-
si S. Nor-
berti.

fuerint, adventum, morāmque tam gnavi, peritique in excōlendo Spiritu hospitis accipi à se velut signum, pignusque hospitantis pariter in Collegio suo Divinæ Gratiaz, & peculiariter faventis Numinis.

Triduo ante celebratatem Christi in Cathum ascendentis, quo maxi-
ma hominum multitudo ad Montem Andecensem, sive, ut alibi memini-
mus, Sanctum, convenire solet, terti etiam ex Collegio in laborum fa-
nè ingentium partem suerunt evocati, fructu & Confessionibus, & Ver-
bi Divini prædicatione permagno; quare David Aichlerus, Coenobij
Antistes, sub Autumnum rursus ad spem magni pariter animarum lucri
unum saltem e Socijs expetit, accepitque.

195.
Augusta &
Landper-
gā Nostrā
evocantur
in Montem
Seclum.

Opportunas tulerunt suppetias duo ex Landspergensi Domieilio;
Tirones quidem, at jam Sacerdotes in Confessionibus audiendis pericli-
tati, approbatique, Georgius Nidermarius, & Michaël Gerlmarus,
quos, cum de more inter cetera vitæ Religiosæ experimenta, mendica-
tum suissent ad Montem Andecensem amandati, loci Abbas protinus ad
excipiendas exhomologeses adhibuit, quod fructuose omnino, naviter-
que cegerunt; cum interim alijs multa patiendi occasio, necessitasque
fuisse oblatæ, stipem & hī pro more corrogatum missi fuerant; sed quod
in loca devenissent, in quibus Societatis homines, tōusque erant inco-
gniti, atque, uti detritis incedebant amici lacrimulis, pro peregrinis er-
ronibus habiti, qui ex terris adventasse peste infestis, quodque præ-
terea ingens ubique esset annona penuria, factum est, ut villis paullim
exclusi, vix pastoritijs in casis tugurisque solitarijs, noctu receptum im-
petrarent, quin cibi quidpiam invenirent, ita, ut acerbis, silvestribus
que pomis posse nonoihil samen sedans dulce jam, & sapidum foret.
Redierunt tamen, DEO in præmium obedientia vires conservante, post
diem quintum incolues.

196.
Novitij pe-
regrinacum
missi in-
commodis
exercitū.

Redierunt & alijs, quibus in itinere licuit peregrinando finis iucun-
dam animorum venationem instituerat. In locum terti devenerant,
inter quos, ubi Parochus unum esse Sacerdotem intellexit, petiit, ut
pro concione diceret. Duo ceteri sub concione, unus quidem pro
pauperibus, stipem corrogando, alter corrogatam inter pauperes distri-
buendo, tam insigni pietatis exemplo, forte non minus fructuose, quam
alter dicendo, perorarunt, mirantibus rusticis, & magnopere com-
motis, cum cernerent ingenuos, & ex oris, corporisque habitu ne-
quaquam vili de gleba juvenes (nec sanè erant) summa cum modestia,
ac demissione curvato genu mendicare pro alienis, & quidquid emendi-
carunt, prolixâ vultu hilaritate alienis clargiri. Tribus alijs comitem
in via se adiunxit homo militaris amico vultu, oreque affabili, sed qui,
cum loqui sibi videretur familiarissime, dolentissime unà euntium aures
obtindebat, pessimâ videlicet consuetudine, temeraria effutiendi jura-
menta, quibus nullam non perjodium interfecabat. Cohoruere ad has
invocationes pli ultriculi, mox tamen corroborato animo aggressi sunt
aricom, & extemporalē eloquentia docterunt, quam vicina sit iurandi
in solita temeritas pejerandi, atque adeò supremum Numen gravissimè
infringendi periculo, quod evitari vix possit. Ut æqui bonique hanc
se fideliter accipi ostendit miles, plura tirones accumulant de vita,
que Christiham deccat, hortamenta, ac ita denique expugnant ani-
num, ut certus jam vivere alius, ultroneum non tam comitem, quam
captivum se ad proximam Societatis Ædem ducendum permiserit, at-
que

197.
Alij cum
animorum
lucta eijs
mendica-
tione rede-
unt Land-
spagam.

que hui post accuratam conscientiae inspectionem male actorum Confessio
nem ab omni haeretico vitâ animum levârit.

198.

Monachij
Sodalitum
pietas her-
retico cau-
sa conver-
sionis
monachij in
missus ad

Monachij quoque juvenum, qui in Mariana Sodalitate congregati erant, singularis pietas hominib[us] heretico, atque, ut colligi poterat, religionum, quas Catholic[i] exercere assueti sunt, admodum ignaro, insimus fuit, cur se Orthodoxis adjungeret: Sacro Parasceves die cuncti videlicet homines togâ alba vestitos (Sodales erant e Coetu Parthenio) longâ serie, ac ordinata templum versus progressi, curiositate ducti; quid horro actu[us] essent, premis cunctum vestigia: & en ante Christi sepulti monumentum cernit omnes provolvi in genua, atque aeriter ad copiosum usque sanguinem flagris deservire in tergora; Attonitus spectaculo nunquam sibi viso, solicitator avide, quid hoc poteret, respondit accipit, fieri haec a Catholicis, partim, ut justo incensi dolore ulciscatur in scolis, puniantque scelera, quæ amantissimo Servatori nostro acerbæ mortis causa fulsunt, partim, ut in communionem veniant immensius illius beneficij, quo Christus tulisset chirographum, quod contra nos erat, æterni à coelo exili, affigens illud Crucis, in qua voleb[us] est emori; denique, ut placeante Domini Filio, atque eis æterno Patri, qui omnes, quos præfuerunt, ac prædestinavit, sancti amoris penicillo conformati yellet, ad imaginem Filii sui: verberati flagellis, coronatis spinis, ac demum affixi in Crucem, Discessit homo, secundumque responsionem altè demissam animo, p[ro]fundè aliquamdiu contemplatus, cum ejus soliditatem iuxta, & æquitatem nostram probare posset, cetera Orthodoxæ Religionis mysteria pleniū edoceri petiunt, quorum pariter veritatem Divina luce illustratus, nū agnovit, ita à se credi, usitato ritu publice est professus quod & illi fecerunt undequadragesima.

199.

Juvenis su-
spendio
voluntario,
aliisque
Sathanæ
Insidiis be-
neficio
Confessio-
nis eruptus.

Propiori periculo duraturæ æternum miseriar[um] eruptus fuit Juvenis, quem intus rea plurium flagitorum conscientia, foris creditorum, quies obstruens etat, solutionem urgenter turba duriter infestabant. In popina, cum macerorem deputurus, largè perpotasse, nec tam solvens yendo esset, ægre obtinuit, ne expalliatu cogeretur discedere, novis itaque, auchisque tædiis, & iris plenus, dum plateas obeyerat, dira omnia sectum coquenter Stygius infidior se offert, familians cimbibonis specie, salutat juventem, nihil amicè responderet alter: tem[po]r[is] Sathan: ebodum, percarbat iterum in te animi signa ad verto. Num veteribus nova accesserent plaga, nova vulnera, quæ ipsam vitam naufragant faciant & fatetur miser, suæque fortis diritatem millesim exccravimus malis: dictis. Pronum hic veteratori fuit laqueum tendere, p[ro]tum perfundere, ut dominum properet, atque uno funiculi operi tota calamitatibus, semper acerbius, inyalituris, viam praeccludat. Obsequitur juvenis, domum reversus, scinet, cubiculo, collum suum includit, sed enim frangitur ponderis gravitate ressis, affigitur suspensus humi, sedemque casu etiam sciamnum, cui insisterat non absque fragore evertitur. Excisi strepitu domestici accurrunt, semianimum humo tollunt, & fomentis recreatum integrat, ut quidem opinabantur, menti restitunt, ac valerudini. Secus evenerunt omnia, redit paulo post, quib[us] omnia facta sunt ab initio, ursusque infelicem, ut, cum primi nexus hand successivis validioribus sele adstringeret. Tergiversanti novos horizontes, id est explendi opere, quod semel proposuit, necessitatem mendacissime inculcat, blandicias adhibet, minas adiicit, multis domum verberibus impel-

impellit. Cum nulla de die, nulla de nocte quies sineretur, accessus è Collegio unus, desperabunda Confessionem persuader, quā rite factā, appensaque sacrā Cerā, locus denuo tranquillitati pristinæ factus, op̄ pugnationi Stygiæ occlusus fuit.

Maximilianus Princeps, Guilielmi Ducis, filius, salutandi coram Rudolphi Cæsarī causā, mense Januarij Pragam abiens, indeque Romanam, atque alios Italij Principes, post hos Carolum avunculū Nan-^{200.}
ceij in Lotharingia invisurus, nec ante Julium in patriam reditus, iunctum comitē, qui à Sacris foret Ministeriis, Gregorium Valentiam as-<sup>Maximili-
nus Princeps itine-
rum assu-
mit Gre-
gorium de
Valentia.</sup>

sumpsit; cùm interim absentium Filiorum loco, alij sanguine junci Mo-
nachium adventassent Principes; certè novem omnino fuerunt, quos nono calendas Februarias ad Collegium adduxit Guilielmus, nostroque in triclinio Hospites ad mensam exceperit: Fuit inter hos Maria Caroli Ar-^{201.}
chiducis Styriorum Ducis conjunx Guilielmi Soror, Græcio advecta;
rogavit hæc Fratrem, opportunitatem sibi ut faceret prandendi iterato
Domini nostræ: fecit, & nec ulla quidem ex Nostris præmonito. Ita-
que Calendis Februarij consueto tempore, modoque itur ad prandium, cùm ecce! triclinium subeunt soli omnino, at simul planè improvisi Guilielmus & Maria: conterritis Sociis, quod nihil pro talibus Convivis paratum focus haberet, vetuit Guilielmus quidquam aut cibi, aut potū inferri, præter id, quod mensæ communi præparatum ordina-
riis in Scutellis apponi mos ferret. Gestus est mos ita jubenti, & præter ju-
sculum, elixam bubulam, coctum olus, crudumque pomum apposi-
tum est nihil, longè quidem infra Principum Majestatem, satis tamen pro-
corundem modellissima demissione, ac non inusitatâ, cùm privatim do-
mi pranderent, frugalitate, quam crebris jejunis & abstinentiâ ab omni esu exaugere consueverant. Habuit tamen Guilielmi Soror, unde simul curiositatem suam pasceret: compertum quippe dein fuit, voluisse illam explorare, quem in refiendo corpore modum Societatis homines in Provincia Germaniæ Superioris observarent. At, cùm notasset, fieri in Collegio Monacensi eadem, quæ Græcij viderat, quod est Provinciæ Austriacæ Collegium, easdem precandi formulas, eundem intrandi, affidendi, exeundi ordinem, lectionem pii libri, usum voluntariorum pietatis operum, cibos & numero æquales, & levè pretio parabiles, multum oblectata, multâ etiam commendatione prosecuta est æqualem in Societate tuin rerum cæterarum, tum viclus quotidiani tenorem.

Habuerunt teœta nostra alium quoque Hospitem, longè gratissimum, Antistitem videlicet Schyræ, celeberrimi in Boaria Cœnobij, Castrum olim fuerat, a quo hodieum imperantes Boariaj Duces, sacri Romani Imperij Electores, utpote castri olim possessores, diu celebratissimum in historijs Principum, Comitumque Schyrensiū nomen tulerunt. Arx hæc ab ipsis dein Comitibus versa in monasterium est pro Cœnobitis, qui ex divi Benedicti regula vitam instituunt. Hujus itaque, ut memo-
rare incipiebam, Asceterij Abbas nostrum Monachij Collegium delegit, in quo sacris Divi Ignatii Exercitiis lese ad vitam suam, ac præfecturam, quā laudatissime fungebatur, etiam imposterum sancte instituendam, continuandamque confirmaret. Domum regressus, ut in execundis, quæ piissima suo, suorumque bono conceperat, propositis gnavum adjutorem haberet, ad eadem Exercitia Cœnobij quoque Priorem misit. Postquam is commentationibus Sacris magno pariter, ut contestabatur,

solatio suo, fructuque perfunctus domum revertit, notabilem pecuniam summam Abbas submisit, meritum veluti munus, quo impensum sibi, suisque in Spiritu exercendo tam frugiferum labore nonnihil compensaret. Sed quam sincera bonitate piissimus Praeful in largiendo usus est, tam pio & sincero candore Collegii Rector in recusando egit hoc munere, ne vel eminus mercedem captare videretur pro exhibitis animorum compendio officiis. Inter tam innocentes litigatores tertius factus est hæres, manipulus videlicet pauperum, inter quos Antistes summam omnem, quam Collegio destinarat, jussit distribui, remanente tamen haud dubiè meriti apud Superos incremento tam penes dare paratum, quam penes pie recusantem, quæ alter pie obtulerat.

205.

Principes
Româ re-
duces affe-
runt Reli-
quias ini-
caæ

Guilielmo Duce in absolvendum templi ædificium, & profunda ad præaltam, quam novam designaverat, Aëdis turrim fundamenta, ex quadrato lapide jacienda intento, Philippus ac Ferdinandus Filii, quos ex Urbe reversuros Simon Hiendelius Collegii Rector, & Bonaventura Paradinas Tirocinii Landspergensis Moderator, Romani itineris comites, jam mente Januario præcesserant, sexto idus Junias redierunt incolumes. Eos paulò post ad initium Julii secutus est Maximilianus, ex Lotharingia cum Gregorio de Valentia reversus. Attulerant Româ Principes Sacratissimas Exuvias Divorum Cyri, Joannis, Saturnini, Euphebij, allorum. Novo Sancti Michaelis templo eas inferre decrevit cum Filii parens Guilielmus; itaque, ubi pretiosis tapetibus obducti parientes, structæ aræ, gemmis, auro, argento adornata sercula, ad luculentum denique splendorem, augustamque magnificentiam comparata fuerunt omnia, idibus Augusti Clerus omnis, omnes Religiosi, Sodalitia sacra, ac civium tribus, ipsi etiam Principes cum Aula universa, extra urbem progressi sunt longissimâ serie ad Divi Stephani templum in publico cœmeterio situm, ubi tantisper, dum omnia expedirentur, assevaræ fuerant venerandæ Reliquiæ. Sublimibus exinde seretris, quæ divisorum gestabant Ordinum Religiosi, inter tubas, tympana, explica-ta vexilla, cantus, & Symphonias, comitatum populi innumerabilis, in memoriam Angelorum Principis Basilicam fuerunt transportatae; ubi, cum in Altari fuissent expositæ, Episcopus Cremonensis, Cæsar Specianus, qui, legatione Pontificia ad Cælarem obitâ, in Italiam rediens, opportunè Monachium ex itinere, Ducus invitatu, divertetur, Pontificali apparatu, ac Majestate, Eucharisticum laudabile in Sanctis suis Deo Sacrificium obrulit. Episcopo ipsi, sub Epulum, quod ei Guilielmus convivator præsens in triclinio magnifice paravit, duo ex Nostris, Johannes Gumpelzheimer eleganti oratione, catmine verò longe venustissimo Matthæus Raderus grates egerunt. Habuit porro in celebritate hac adornanda, suas quoque vices Gymnasium, quod, conscriptis Latino, Grajōque sermone epinicis, suspensa per templum aulæ interpolavit.

206.

Quæ ma-
gna celebri-
tate nostro
Templo in-
seruantur.

Sed nihil utique Divis gratius fecit, quam Cum quarto post mensis inter medios hiemis algores, recentem ex horto suo in aulam ad eadem Tempore cœlestia, rosis interserendum Lilium transmisi. Episcopum inter infimas Grammatices Scholas nobilissimus undecim anno-Helsensteini- rum discipulus, Rudolfi Comitis Helsensteinij, supremi in Aula Præfeci- nij. schola: Et filius. Udalricum appellarunt parentes in memoriam videlicet Divi sum disci- Udalrici Augustanorum quondam Episcopi, nomine Helsensteinus admo-puli elogi dum familiari, ut, qui ab HugoBALDO Sancti Udalrici Fratre, suam per Rader. Bav. multa jam secula prolapiam deduxissent. Angelum in forma hominis pia.

207.

Udalrici
Helsensteini-
rum nostra-
sum disci-
puli.
Rader. Bav.

multa jam secula prolapiam deduxissent. Angelum in forma hominis pia.

specare qui optasset, alium, quam Udalricum intueri non oportuisset ad eo plusquam humana in oculis, vultu, gestu, ac verbis universis effulgebat non modestia tantum, sed innocentia. Præter assiduum precandi, aut literas addiscendi, quantum quidem Parentes exigeabant, studium, neque agere aliud, nec sere loqui notabatur. Teneris jam ab annis mundi fastidium, & ardentia, le totum in Religiosa quapiam Familia consecrandi, desideria præfeserens. Tam sancte in exemplum pueritiae succrescentem DEUS tamen, seu, ne fascinatio nugacitatis deciperet animam illius, seu, quod vitam ejus immaculatam pro ætate senectutis consummatam, æternoque jam præmio dignam acceptaret, properavit illum educere de medio iniquitatum. Pedes è Schola domum redjens, repente virium defectu humili concidit. Vix in ædes paternas reductus fuerat, cum protinus ecthymata (ut cum Celso Medico loquamus) pueris infesta, saepè etiam periculosa, se prodiderunt, Udalrico certè fuerunt lethifera. Intra pauculos dies, cum ad extrema deductum circumfisterent Domestici, atque inter hos ipsi Parentes, nescio, quid aut solatijs, aut lamentorum miscentes, repente puer : *Silete, inquit, Et suauissimo, qui insonat, concentui aures date.* Angelicum hoc melos fuit (ita haud inanis erat opinio) quo ad perpetuam cum beatis Spiritibus Societatem invitabatur, ad quam brevi post ultima hæc verba abiit, eâ vita innocentissimæ relicta memoriâ, ut Mathæus Raderus, qui editis tribus Bavariæ Sanctæ libris quartu[m] etiam Bavariæ Piæ adjecit, nihil dubitârit, etiam Udalrici, quem scholæ Monacensis illustrissimum sic[us] præsens ipse noverat, vitam inferere. Elatum fuit Defuncti cadaver decimo sexto Decembris. Comitati sunt sumis ad usque turbis portas tum multi ex Collegio, tum Gymnasi juventus universa. inde delatae sunt exuviae Wisenstaigam, Gentilitio Helfenstein, niorum sepulchro inferendæ. Concinnavit demortuo Epitaphion Raderus, quod quia non ante sequentis anni exordium tumulo affixum fuit, error in Piæ Bavariæ librum, triginta tribus post annis editum, irrepli, quo etiam eodem anno mors Udalrici annotatur, cum tamen, ut ex monumentis Domesticis certum est, priore anno supra sesqui millesimum nonagesimo tertio contigerit.

Septembri mense, Monachio Oettingam Veterem missus fuit Melchior Hartelius, ut præcesset quidem Domicilio Sociorum, & gubernatum, quibus postea defunctus est, capesseret initia, futurus tamen simul, tanquam unus ex illis, strenuissimus videlicet Operarius in excollendo agro Domini, seu, ut melius loquar, ipsis agricolis, qui ex crebra catechesi, & verbi Divini auditione ita profecerunt, ut Magistri pueritiae, & ipsis evaserint, & ubi ob Nostrorum paucitatem, singulis diebus Dominicis, doctrina Christiana explicari non potuit, eam ipsi collectis in domos suas ex vicinia pueris probè, castèque exposuerint. Quanquam haud ruricolarum solummodo, sed nobilium etiam viororum, famularumque animis impendendæ curæ occasio est oblata, & quidem tanto efficacitatem, quanto paratores advenerant. Accedebant non raro, stemmate & officijs illustres, sed aut peregrinatorum, vel mendicorum etiam habitu, vili sub ralla, aut tunica, nudis insuper pedibus, ut expurgata penitissime conscientia, tanto ardentius vota sua sacro in Sacello deponerent, quanto liberius aliena, & despicibili sub persona id agebant. Forum, statis per annum vicibus celebratum hactenus fuerat equarium, ante ipsas Templi fores, quod & Rem Sacram multo solebat interturbare strepitu, & contra ipsam loci Sanctitatem videbatur inde.

cens. Efectum fuit, ut, translatis alio jumentorum nundinis, remo. veretur simul, quidquid Marianum profanare videbatur Sanctorum.

211. Majoris adhuc momenti abusui obviatum fuit. Institutum à Christianis in fide, ac virtute confirmandis Sacramentum, ita nec in usu, nec in aestimatione jam diu fuerat, ut plerique illo se se communire erubescerent. Agendum fuit haud unâ concione adversus præpostorum pudorem, agendum haud una catechesi pro exponenda hujus Sacramenti virtute. Nec inutiliter tandem: ubi advenit Archi-Episcopi Salisburgensis Suffraganeus, mille quingenti, numero pro illorum temporum conditione prodigioso, comparuerunt, qui sacro Chrismate confirmari flagitarent, inter quos vicinæ urbis vir fuit Consularis unâ cum matre suâ sexagenaria, aliisque non paucis jam multâ ætate proœctis.

212. Ex adverso feliciter in via iniquitatis vacillare cœpit indolis præclaræ juvenis, patre natus apud Regem Daniæ Cancellario; multas hic terras, ut solet ad Septentrionem colens juventus nobilis, peregrinando lustraverat; at delatus simul in varios errorum labyrinthos, ut longè à patria, sic multo longius à vera fide abiit. Oettingæ Veteri, ut transiret, itineris, quod in Austria meditabatur, serebat ratio. Cum Aediculam Sacram ingressus, curiosè inspectaret anathemata, & picturas, fortè fortunâ Sociorum unus supervenit, qui, ut vidit peregrinum tam attente omnia contemplantem, suspicatus, quod erat, explanare coepit miracula, quæ monimentis illis, ac tabulis indicarentur: præcæptis recentissima duo recensuit prodigia testimonijs, quibus fides derogari non poterat, roborata: unum de scœmina, cui post invocatam Virginis, quæ Oettingæ propitia est, opem, & pestilentiae depulsus morbus, & linguæ usus, quo annis quinque penitus caruerat, est redditus: alterum de puerò, quem pater ex torrente, in quem filius deciderat, post moram haud modicam extractum, ac pro mortuo ab omnibus habitum recepit in columem, postquam votum de confitendis Oettingæ peccatis concepisset: commoverunt hæc adolescentis animum, ut alias etiam, repetito per triduum alloquio, de Religione quæstiones proponeret, ad quas cum ita responsum esset, ut nullum jam de veritate Orthodoxæ Ecclesie dubium relinqueretur, Sacerdotis illius ductui se perpetuò obtemperaturum rite est professus. Recedendi ab hoc proposito periculum ne unquam incurret, ne ad patriam quidem, & consanguineos reverti voluit.

213. Majora indies animorum compendia Oettingæ fieri ut intellexit Guilielmus, Societatis mansionem firmius stabilire festinavit, ac ædibus, quas hactenus locatas habitabant Nostri, proprias substituere: itaque ejusdem rogatu, nono Septembris, Hieronymus Portia, Nuncius ad Germaniæ Principes, qui Müldorffæ, Archi-Episcopi Salisburgensis urbe Oettinganis vicinâ, diversabatur, pro futuro Sociorum Domicilio, ac Templo primum, ut fieri solet, in fundamenta lapidem sacrâ ceremoniâ, & religione depositit, magnâ bonorum omnium gratulatione; non item illorum, quorum indomabili lasciviaz pessulum objecit. Sociorum strenuitas. Pergebat aliquando, uno duntaxat comitante puerò, sub primam dici Dominicæ lucem, ad templum nonnihil Oettingæ remotius, pro concione dicturus Noster, quem petulantes aliqui ex rusticana juventute pessimè oderant, quod è suggestu nocturna promis-

214. Domus Oettingana primum lapidem ponit Hieronymus Porzia Nuncius Apostol. **215.** Orator noster ob insectationem scelerum ferro appetitur.

scutæ plebis, sexusque conventicula vehementer infestans, permulta & ejusmodi coitiones salubriter disturbasset. Quapropter duo ex his, festa diri Jacobi luce, eundem, quem dixi Sacerdotem, bis ex insidijs stricto ferro adoriantur, quorum ipse manus celeri pede evasit, perrexitque audacter, quo destinarat, atque audaciùs etiam dictionem, quam eo ipso rursus die contra noctuabundos confessores paraverat, totam perfexuit. Pervulgato facinore Dux Guilielmus investigari diligentissime insidiatores jussit, quos deum in Austria deprehensos, indeque Monachium in vinculis missos, gravissimè puniturus Princeps fuerat, nisi, Nostris diu sollicitaque deprecantibus, corpori destinata poena in scurrationem animi, si rite uti vellent, fuisse commutata. Jussi fuerunt Oettingam reverti, veniam sceleris, quam ab judice homine obtinuerint, tum a Nostris, tum vel maximè à DEO flagitare, atque ut hunc propitiarent, noxarum, de quibus conscientia moneret, Confessionem peragere, peractæ testimonium scripto, signoque Sacerdotis, cuius Tribunali se submisissent, firmatum, referre Monachium.

Fuerunt circa hæc tempora alij projectæ audacia Sicarij, quos tabies contra universam Societatem ita accendit, ut famam, quæ Societas non minùs, quam vita, necessaria est, haud ferro quidem, sed venenato stylo, mendaciisque, & conviciis ebrio, suribundi impetrerent. Sed unum quidem mors inopina, alterum fortior longè veritas exarmavit. Prior Elias Hasenmillerus fuit, Nordlinga Suevorum civitate adinodum nobili oriundus, Philosophiae Magister, secta Lutheranus. An lerò aut simulatè agens, ac an suâ, vel alienâ malitiâ actus, incertum, Ingolstadium se contulit, conferre simul cupiens de dubiis, quibus ob Religionem vehementer angit, velleque expediri dictabat. Indolem præferebat honestissimam, quæ docti etiam hominis, & plūs forte, quam mereretur, opinionem conciliaret; unde cum cetera indigens vitæ subsidia non haberet, Richardus Hallerus Collegij Rector teatò exceptum, aliquot diebus benignè habuit: ubi affatim sibi demonstratam esse Religionis Orthodoxæ veritatem professus, ut publicè etiam id facere liceret, enixè flagitavit. Concessum est, quin & impetratum, ut inter Albertini Collegij Alumnos Academicos reciperetur, ubi, cum ob probitatem, & progressum in litteris indies se magis aestimari animadverteret, animum sumpsit petendi, ut in ipsam Societatem recipetur. Moram quideam aliquamdiu interjecerunt Moderatores, dum certiora scia voluntatis caperent indicia: etiam hæc dedisse, prout desiderabantur, judicatus, compostandem votorum evasit. At enim verò spem plurimorum sesellit turpissimè. Ex ipso tirocinio, cum prope ad nuncupanda Religionis vota tempus advenisset, Landspergā nefarius transfuga clanculum se proxipendi, atque ad suos repedandi viam invenit: nequaquam temere suspicandi oblatâ causâ, quidquid hacœnus egisset, eò collineasse, ut mentiri aliquando posset, morem vivendi in Societate, arcanaque omnia sibi coram fuisse explorata. Nam Profugus: ecce! paulò post implissimus convicator librum cœpit conscribere, Societate scribit Historiam Jesuiticam, cui titulum fecit *Historia Jesuitica*; inquam quidquid maledicentia, & calumniarum in calamum venit, impudentissimè concessit, tanquam à se, vel coram visum, vel auditum saltem, occultatum tamen vafre ab Jesuitis ante mortalium oculos, adeo non exhortauit alter hic maternorum scrutator viscerum modo viperæ instar matrem occideret audire impius. Cujus vulgationem mors iafauta inculcavit, ut fama tulit, tercipit.

*Stewartius.
Gretser. in
Apolog.*

tulit, repentina, atque insuper ominoso: tota extincti facies tetrica fulmine superflua terrorem incussum aspectantibus, ut praesens nonnemo, quem Elias à Catholicis abduxerat, prudenter metuens, utne duxtor suus curru igneo longè in alias, quam cælestes plagas abruptus foret, illico ad reclam veri semitam redierit.

*220.
Quæ Petrus
Stewartius,
& Gretserus
refutant.*

Non ita formidolosus fuit Francofurtensis Prædicans Polycarpus Leyserus, vir obfirmati adversum hujusmodi omnia peccoris, quanquam de cætero inter cordatos, doctosque viros Paulus Freherus in eruditorum virorum Theatro statuere non sit ausus: at nempe nescio quid magni nominis consecuturum se speraverat Leyserus, si Eliæ instar, novo, nisi quæ ambustum erat, pallio, quod Elias reliquerat, amictus prodiret in publicum, typis nimirum editâ Hasenmilleri *Historia Jesuitica*. Sed male utrique cessit falsorum prophetarum personam assumpsisse. Larvam deripuit Petrus Stewartius Theologiæ Doctor, Academiæ Ingolstadianæ Pro-Cancellarius, & ad Divi Mauriti Parochus, majore ex eo autoritate, ac fide, quod Societati nonnisi voluntatis bonitate, & æqui amore obligatus esset. Is hoc ipso anno, quo Leyserus Hasenmilleri scripta in lucem edidit, quam digna hæc essent vel æternis tenebris, vel solo, qui carnificis manu luceret, foco, scriptâ adversus Leyserum Apologiâ, omniliuce clarius demonstravit. Accedit postmodum è Nostris Jacobus Gretserus, in eo tamen à Stewartio diversus, quod benigorne, an severior, posteaquam Polycarpum, editâ, pariter hoc anno *Historia Jesuitica* confutatione, pro merito defricuisset, Honorarium, uti inscripsit nomine profecto minime honorifico, adjecerit, quo missellus hic Codrus scopas coemeret, consuto ex mille mendaciorum centonibus palliolo suo ad solem excutiendo, & nidulantibus illic vermiculis eventilandis.

*221.
Gretserus
Græcæ Lin-
guæ Synta-
x in typis
edit.*

Cum idem Gretserus animadverteret, Prædicantes Lutheranos, famosi apud Luthericos ex Ludimastro Theologastri Melanchtonis exemplo, apud simplices putidâ jaçantiâ famam eruditionis captare, si aut nomina sua Germanica ad radices sermonis Græci detorqueant, aut Gralias tertio quoque versu despuant, scriptisve insuant laciniis; ipse, ut erat Græcanici idiomatis peritissimus, juventuti apud Nostros Scholasticæ, quæ ex Societatis Instituto præter Latinam, Græcæ etiam linguae studio se addicere jubetur, planiorem discendi viam aperturus, Inscriptiones ejus linguae, tum ampliores, tum in epitomen redactas, prelo curavit imprimi, quæ varijs dein locis reculæ libro nomen fecerunt, ut nonnisi Gretserus, pallium usitato tropo, appelletur. Porro ne Græcia Latij fines arctaret, hos aliâ viâ reddere ampliores placuit. Grammatices igitur Ichola bifariam divisâ est in ordinem, videlicet superiorrem, ac inferiorem, atque ad hunc, præsente anno, Monachio accedit Albertus Guilielmi Bojorum Ducis filius, Frâtrum secuturus vestigia, non in solo doctrinæ, sed maximè virtutum studio.

*222.
Albertus
Guilielmi
filius, Ingol-
stadium ve-
nit. Gram-
maticæ di-
scipulus.*

Haud intempestivum hic reor, de illis etiam meminisse, qui ut evaderent docibiles Deli, eò se receperunt, ubi cælestis Magister locuturum se promisit animæ ad cor. Septendecim suêre, qui scholam hanc ingressi, & sacris ad methodum, quam Divus Ignatius tradidit, meditationibus exerciti, multum omnino in scientia Sanctorum profecerunt, duo præcipue, Cœnobita unus, alter Scholasticus. Ille cum præter sacram

*223.
Septemde-
cim obe-
unt Exerci-
tia S. Ignatii.*

vestem nihil antea, quod commendabile esset, habere videretur, ita his Exercitijs fuit immutatus, ut ad primos tirocinij, quod dudum absolverat, fervores regressus, eos etiam in reliquum vitæ constanter aluerit, prædicare non desinens sanctæ hujus Exercitationis utilitatem, & efficaciam. Academicus verò, licentiosis antea, ac dissolutis moribus, cum è sacra hac Solitudine toto mutatus animo exiisset, ut à noxijs posthac se extricaret consortijs, usus est tam pio astu, quam ausu magnanimo. Dies aderat Divo Turonensem Præfuli Martino sacra, quam magnâ antiquitus veneratione celebrabant Germani, Gallorum videlicet exemplo, qui, postquam sub Pipinis, & Carolis communione tam sanguinis, quam imperij, ac jurium Germanis fuissent conjuncti, sancti quoque Martini in Gallia celebratissimi, notitiam, usum nominis, templo, cultumque in omnes Germaniæ Provincias propagarunt. Vident hodiecum priora tria, sed cultus magnis depravatur abusibus. Sobria agape, cuius in primæva Ecclesia innocens hilaritas ad solennitates sacras ab ipsis etiam Apostolis admittebatur, paulatim apud multos in convivandi, commensandique licentiam degeneravit, apud quos Martinalia Bacchanalibus non multum habentur absimilia. Ne Ingolstadiensis quidem Academia immunis fuit ab his asotis, atque inter hos juvenis, de quo memoro, sevè hucusque modimperator. Itaque rogant eum compotores, ut in Divi Martini Diem, instruendi convivij curam de more in se recipiat. Deliberaturum se respondet Sodalis: interea eo ipso die nihil combibonum vel offensam, vel irrisiones veritus, peregrinationem, eamque sanctam, rigenti quamvis cælo, claram insituit. Abest Ingolstadio decem passuum millibus Aedes sacra, quæ multâ Religione visitur, remoti Salvatoris, seu Magni nomine appellata, ad discrimen alterius templi angustioris, quod Ingolstadio proprius minoris Salvatoris nomine vulgus affecit. Aedes illa celebrior in agro structa est, in quo simplicis animi subulcus, præpostera pietate sacerrimam Hostiam Scipioni inclusam, in genua provolutes adorare solebat: cum die quopiam inquietum pecus dispalatè vagari inciperet, indignatus pastor projecto Scipione coercere pecudes conatus est, & enī collectæ illæ omnes in circulum, prociduae in poplites, quo poterant modo veneratae sunt Panem Divinissimum. In memoriam tanti prodigijs conditum eō loci templum, Salvatoris, qui sub Eucharisticis Speciebus inibi adoratur, titulo consecratum est, adjecta Domo Eremitarum ex Ordine sancti Augustini, sanctimoniam loci egregiè tuentium, augentiumque. Ad hanc itaque Aedem mutatus in alium Scholasticus, festa divi Martini Luce, vijs licet deterrimis, pedes abiit, solatia non à Baccho, sed à Vino germinante Virgines, longè sanctiora hausturus, nec ante horam domum rediit, quam, quā, soluto jam symposio, cæteri crapulæ exhalare inciperent, dum ipse imposterum ex intemperantia antesignano Magister addiscendæ sobrietatis evasit.

Severior exercitatio adolescentem alium ad frugem reduxit. Ne-
farij is Icelus admirerat, & enī repantino dentium dolore corripitur, tam immani simul, ac diuturno, ut ferendo par non esset: senos jam dentes chirurgus evulserat, nihil remittente cruciatu; periculumque imminentebat, ne gingivam lethalis putredo invaderet. Cum interea sauciata quoque circumferret conscientiam, statuit ab hujus sanatione medelam corporis polcere. Enimvero hoc denique dentifricium fuit, quod cruciatus abscessit: ut adolescens nostrum accessit, ut commissaria confessus est, res mira! vix absolutionis à noxis verba protulerat.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II Decr VI.

Q

Sa-

Sacerdos, cùm, quām subitō nuper dentium laniatus advenerant, tām celeriter, ac velut in momento evanuerunt penitissimè. Doctrinæ Orthodoxæ alexipharmacum à Nostris propinatum tricenis salutare fuit contra hæreses, quas subinde in Collegij templo ejurârunt.

230.
Joannes Bo-
gerinus in
Templo
Nostro
consecre-
tus Episco-
pus Terge-
tinus.

In eodem sacra hoc anno Celebritas instituta fuit, qualis antea nunquam, nunquam fortè etiam venturis seculis spectari poterit. Defuncto Nicolao Corretho ex antiqua apud Tyrolenses, ac nobili stirpe, Tergitinorum Episcopo, Successor datus est Joannes Bogerinus, quondam Collegij in Urbe Germanici Alumnus, tunc verò Archiduci Ferdinando à Patre Carolo motum Magister attributus. Huic cùm Mitra Episcopalis à ternis Episcopis impontenda esset, magnificæ huic actioni non aliud, quām Societatis templum delegit, in quo perpetrata rite sunt omnia, quæ idonea videbantur sanctæ Consecrationi cum decora majeestate, pompaque producendæ.

231.
Ferdinandus
Archiducis
ad Templū
B.V. Aller-
storffense
excursio
religiosa.

Antecesserat hanc Solemnitas alio quidem in loco, temploque, Societatis tamen, celebrata. Die Annuntiationis Angelicæ, Ferdinandus Archidux Allerstorffam descendit, ubi, ut suo loco dicebamus, Aedicula visitur ad Biburgense Societatis domicilium pertinens, beneficijs Virgineæ Matri multum nominata. Prævius de venturo Archiduce rumor multa colonorum ex pagis, atque vicinis Abenspergæ, & Neostadij urbibus civium millia exciverat. Dedit Princeps sanctæ curiositati pascendæ copiosam materiam, imitandæ copiosa exempla. Matutinum tempus omne, omni cum suo comitatu de genibus orando DEO consecravit, palamque immixtus plebi DEUM, cuius eò die Conceptus Genitrici castissimæ annuntiatus fuit, sub Eucharistici Panis Specie recepit.

232.
Biburgen-
ses Accolæ
Societati
bene affe-
cti.

Magnopere hoc spectaculum profuit, ut conspicati populi tantum Principem ad popularia hæc pietatis exercitia, quamquam re ipsa non populariter, à Societatis hominibus assuefieri, opinionem deposuerint, quā nonnulli vel malitiâ impulsi, vel decepti errore alias pariter imbu erant, novos videlicet Biburgi Dominos, Principum duntaxat, Magnatum, Nobilium querere, tereréque limina, rusticorum casas, quin & alloquium fastidire. Sensus hic inde potissimum provenit, quod, qui interdum ex Nostris, dum ad excolendos concionibus, aliquique Sacris ministerijs Biburgenses Anglipoli venerant, eò pauculos post dies, hebdomadesve redierint, alii nimirum domi officijs destinati: quod tamen malevoli ex designatione, tædiisque rusticani convictus fieri garriebant. Enimverò plurimum id à vero aberat, potius Collegij Ingolstadiensis Moderatores cùm viderent, quantum bonæ missæ ex agro Biburgensi in horreum Domini congregari posset, non destiterunt urgere Provinciae Præsidem, quantumvis Operariorum paucitate laborantem, donec duos faltem concederet, qui, stabilito Biburgi domicilio, ubi professores loci temporalia meterent, uberiore multò compensatione spiritualia seminarent.

233.
Primi in Bi-
burgensi
Residentia
stabiles in-
colæ Ägi-
dius Fabri-
cius, & Le-
onardus
Forella.

Primi qui illic residerent, missi fuere Sacerdotes Ägidius Fabricius, & Leonardus Forella, hic Nauderensis ex Tyroli, ille Anglipolitanus ex Bojaria, tantâ ambo morum, orisque sinceritate juxtâ, & facilitate, ut brevi agnoscerent incolæ Biburgi, & accolæ, quām jucunda his viris, illius exemplo de cuius Societate essent, sermocinatio foret cum simplificatione.

cibus, ut qui haud raro præ mille alijs apti essent addiscendæ scientiæ Sanctorum, quæ longè pulchriùs honestat humiles agricultores in laborib⁹ agrorum, quam Philosophos, si seipso negligant, consideratio cursus Siderum. Quapropter cū agnoscerent Abenspergæ, ac Neostadii cives, quam nihil fastus esset in Socijs, quam plena omnia religiosæ demissionis, & affabilitatis, damnare cœperunt præcocem errorem.

Ipse unius ex his oppidis Parochus, quem arguebat conscientia, au-
thorem præ cæteris fuisse sermonum, qui adversus Societatem in circu-
lis ferebantur, primum quidem ipsem in templo coram universa plebe
ad Sacerdotis nostri pedes provolutus, noxarum Confessionem instituit, thedra re-
tum, consensâ cathedrâ, dedocere multis laboravit populum, quæ ad
versum Socios haec tenus male docuisse, rogavitque, ut, quemadmo-
dum nunc ipse, ita & auditores profundiùs pensarent, quam non gra-
tuita tantum, sed amantissimè delata à Socijs officia quotidie reciperen-
tæ, sani, inopes, conquisihi intra mapalium gurgustia, salutariter
erudit in templo, amicissimè salutati in foro, nulla non syncerissimæ
caritatis, ac demissionis experti obsequia, ita, ut iniquum foret, si
quos tam ambitiosè plebis amicitiam prensare, ac promererit cerherent,
plebs vicissim non redamaret, positâque omni suspicione sequiori, to-
tam se optimis hominibus concederet: ita se quidem, quod haec tenus
non fecerit, dolere, facturum ex adverso inpoterum, suadere vehe-
menter, ut faciant universi. Valuit ad persuadendum vox adhortantis
ex eo ore profecta, unde haec tenus longè alia prodierant: major exinde
ad conciones affluxus, ferventior, frequentiorque Nostris confitendi u-
sus, & universè uberior in molliore jam gleba fementis extitit.

Ex Collegio Ratisbonensi prodeundum fuit in aciem tam contra dæmonem, quam contra eam hominum faciem, quorum opera dæ-
mon ad nocendum, vel animis aliorum, vel corporibus uti confuevit. Civis erat Catholicus, qui sustentandæ familiæ pistoriæ exercebat, sed infeliciter omnino. Panes furno immisli nunc siccabantur velut in pu-
micem, nunc rudem in massam coibant, nunc ruptis crustis turpiter hi-
ulci emptores non habebant. Supervenit lues in pecora, segetes in
agro vastavit uredo, conditum in horreo verminavit triticum, pater ipse,
matérque familiæ morbo tabuerunt incognito. Jam alij duo cives
ædium earundem incolæ, ijsdem conflictati malis, ne penitus succum-
berent, solum mutaverant, ne idem hic pistor facere cogeretur, ad
Nostros accessit consilij petendi causâ, & remedij. Suasum est, ut ante o-
mnia ipse, conjux, domestici omnes poenitentiæ Sacramento con-
scientiam repurgent, quo facto remittere vis mali, haud dubiè ex vene-
ficio immisli, quamprimum cœpit, lustratâ dein exorcismis domo, pe-
nitus desijt.

Opportunè, pariter subventum est Sacerdoti cum morte, non mi-
nus, quam domesticorum, qui Lutherani erant, infidelitate luctanti;
nec enim impetrare poterat, ut quidquam auxiliij ab Orthodoxa Ecclesia
moribundis destinati, adhiberi sinerent. Fortè fortunâ duo Socij, qui
triduo, antequam solemnia Religionis vota nuncuparent, urbem obe-
entes stipem, ut leges nostræ volunt, emendicabant, ad domum per-
veniunt, in qua Sacerdos decumbebat. Exciti novitate spectaculi Ca-
tholici perinde, ac Lutherani euntium terga premiebant, pueritia præ-
fertim,

seritum, è quâ puerorum unus indicium facit de ægroto, & ultimis ægroti desiderijs; confessim Nostrî lares subeunt, atque ad moribundum penetrant; nec enim per communia urbis statutâ prohiberi poterant. Recreatus horum insperato adventu æger, Deoque impensè grates agens, audiente illorum Uno, Confessionem peragit, & en! vix peregerat, cùm loquendi facultatem amisit, ut singulari Numinis beneficio, & vox & vita perstissime videretur, donec paulò post, Nostris adhuc præsentibus, inter signa optimè ad mortem comparata mentis spiritum exhalaret.

^{237.} Propinquis jam Verni jejunij diebus, Minister verbi Lutherici, sono-
rjs clamoribus auditores præmonere ex cathedra institit, ne facies ex-
terminarent jejunio, & abstinendo à carne bubula veritatem infringe-
rent effati Apostolici, quo asseritur, neminem esse, qui carnem pro-
priam odio habeat, neminem qui non nutriat, ac foveat. Haud silue-
runt Socij, adversus præpostoram Paulianæ sententiæ expositionem po-
sitiones Latino, ac Germanico Typo editas, præcipuorum templorum
valvis appenderunt, diémque indicârunt, ijs in disputatione publica
propugnandis, invitato ad hanc Magistratu, Prædicantibus, populo.
^{238.} Nemine ex Prædicantibus com-
parente, in-
dignantur Lutherani. Confluxit populus ex Lutheris etiam, omnino multus, ex alijs, qui
invitati erant, planè nullus, magnâ plebis indignatione, quæ, nescio,
quantis de suorum Magistrorum doctrinâ opinionibus suspensa, cùm
subterfugere illos arenam cerneret, declinationem pugnæ solo ex metu,
ne palam cum pudore succumberent, ignominiosè fieri, rectè censuit
justè succensuit.

^{239.} Georgius Lautherius. Haud majorem triumphum retulit alterius Prædicantis petulans te-
meritas: sublimè stans declamabat ex pulpito, cùm videt ingredientem
è Socijs unum. Georgius hic Lautherius fuit, solitus interdum ex via
ad Divi Cassiani ædem, in qua statis diebus catechesin explicabat, ad
novæ, quam Lutherani habent, parochiæ templum divertere, auscul-
taturus, an dicerentur ex cathedra, quæ refutationem exposcerent.
Molestum id concionanti fuit; itaque Lautherium nominatim compel-
lans, clamosum ex Plauto vocitat dentifrangibulum, & malignum explo-
ratorem, qui, quæ ex alieno suggestu audiret, in catechesi deinde, a-
stutâ fallaciloquentiâ suâ, longè alios in sensu effingeret, ex vero & fo-
lido refutaret nunquam. Continuit vocem Lautherius vitandi tumultus
causâ; circumstantes tamen ad pomeridianum catechismum invitavit,
futuros arbitros, an dicta Oratoris mala fide haec tenus allegâset, an al-
legata confutari haud possent. Comparuere Lutherici ducentis plures,
quibus omnibus in referendis, quas temerâsse insimulatus fuit, sententijs,
ita sese veridicum, in convincendis eruditum, solidumque demonstra-
vit Lautherius, ut nemo hiscere contrâ auderet. Potius ex adverso in
Ecclesiæ Orthodoxæ communionem recipi flagitârunt, atque etiam ob-
tinuerunt quadraginta duo, inter quos auctoritate unus, alter eruditione
admodum conspicuus.

^{240.} Lutherana Capite damnata fuerat Luthero adhærens pertinacissimè. Rogabant
fœmina, ut differretur supplicium, spe fœminæ adducendæ ad saniora,
dum ad supplicium urgebat illa, ut acceleraretur, ne audire quidquam de Religione mutan-
educitur, si tanta cogeretur diutiis. ubi morari ultrâ non decebat, atque adeò jam
Catholica. ad feralem locum educebatur malefica, gradum agglomerans traxit li-
ctores magis, quam tracta est, unum id conquerens, quod ligatis ma-
nibus

nibus aures obturare non posset adversum invisiſſimos vexatores. Inſtituit mortari Noſter; id talēm DEUM rogarēt, ut, ſiqua præter omnem opinionēm à vera fide aberraret, lumen ē Cœlo obtineret, quo errorem agnoſceret. Negat præfracte ſe facturnam, quin ſilere cum ſtomacho jubet importunum ſtimulatorem; obtemperat Sacerdos aliquamdiu, ſed interim impenſiſſimè DEO pro misera anima in ſilentio ſupplicat, ſupplicat pariter præmonitus ab ipſo populus. Ecce tibi! exclamat ſubito mulier, agnoſcere ſe veritatem Catholicæ Fidei, quam haec tenus toties oſtenſam pervaſaciter reſpuſſet, velle ſe mori Orthodoxam; nec inora: Confessionem iſtituit, & gladium quem modò non tantum ob delicta, quæ gravia fuſſent, ſed ob diuturnam ſanctiſſimis monitis reſiſtendi pertinaciam ſe promereri fatebatur, cum magna ſalutis æternæ fiduciā excipit.

^{241.} Ingens quoque ſolatium attulit Socijs integri pagi ad Eccleſiam re-
vocatio: Ruihūm appellatur, haud procul Ratisbona ſitum intra Bava-
riæ adhuc fines; unde factum, ut opera noſtra, accedente Præfecto-
rum Bojcorum autoritate, citius, faciliusque ad intentum ſalutariter
finem perſiingeret. Ac hodie profeſtō ne memoria quidem veterum
aberrationum eō loci extat, poſtquam Ruihūm ſubſecutis annis Col-
legio Ratiſbonensi emptione obvenit.

^{242.} Sed & inter Catholicos ut ſuperſtitioſi abuſus tollerentur, obtentum
ſuit. Quo tempore adhuc vicini Ratiſbonæ colles vitibus conſiti erant,
iſiſta erat vinitorum tribui inepta perſuasio, ut diēm Maij vicesimum
quintum de futura atiugarelem haberent vindemiā, felice quidem, ſi ea
luce ſeruent, ſin pluvia ſorent, infelice, & acerbā, ita quidem, ut,
quoniam die illo Divi Urbani membra colitur, ſiquidem ſerenitas erat.
Statua puto locū Martynis, ut qui bona haec auguriā procurāſſet, floreis
ſertis redimitam, per urbis compita circumgeſtarent, ac ſub in popinæ
illatam, etiam mensæ ad quam helluabantur, admoverent, quin & vino
tripudiantes produerent; contraria, ſi nubiſa incidiſſent, ac pluvia, ean-
dem effigiem contumelioſe in lacunam abjicerent, mersarentque. O-
ſtenderunt Noſtri publicis privatisque fermonibus, execrabilem impiæ
ſuperſtitioſis, contra quam tota Eccleſia reclamaret, turpitudinem,
quæ ex cæca Ethnicorum antiquitate nata, præterquam quod Cælitibus
ſumine eſſet injuriosa, etiam hæreticorum plebi anſam daret, deteſtandi
Catholicos, apud quos ceremoniæ, ritusque colendi Divos cum tam
damnabili ſimul eorundem ignominia conjuncti eſſent. Agnovere tan-
dem rudiflui paupinatores, quām crassè haec tenus deerrāſſent, atque
a nefaria conſuetudine penitus deſſiterunt. Quid, quod paulo poſt
etiam ipſa in priftinam impietatem relabendi occaſio, & illicum deſiit,
Solum, quod uvis rubtierat, hodiē univerſum propè tritico ſlavet, ſeu
quod DEUS ipsum hunc inurbatiſſimum sancto Urbano illudendi abu-
ſum, glabra vīnū maturandi poſthac vīni ademerit, ſive, quod vīnum
Bojeum, quantacunque adhibeatū cultura, præſtantiam non adaequet
vīni, quod ex finitimiſ Provincijs Tyroli, Austria, Suevia, Franconia,
ſecondis, adverſoſque fluminaibus, ærario publico utilius, emptoris pa-
lato ſapidiusque valetudini importatūr ſalubrius; quanquam haud omnes
jam vīpoſe in Bojaria oradicaſſe ſint;

Ad optabiliiores vineas, quas in Silvā Bohemis conterminā, colere ab
aliqut annis ceperunt Noſtri, hoc etiam anno reverſi Georgius Lau-
^{243.} Excurſio in
therius
Hector. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

**Bohemis
vicinam.**

244.
Philippus
Episcopus
cum fratre
Ferdinan-
do Principe
Româ re-
duces.

therius & Emmeramus Welserus, cùm sex hebdomadas in labore fructu-
osissimo posuissent, vix amicam vim, quâ Silvicolæ retinere etiam de-
inceps ambos nitebantur, potuerunt evadere. Mense Julio reduces ex
Romano itinere duo Principes Boij Philippus Ratisbonensis Episcopus
ac Ferdinandus Frater Ratisbonam sunt ingressi, excepti ab universo
Clero, ob viam progresso, sonantèque omni Catholicorum templorum
Campano ære. Blduo pòst Collegium, Gymnasiūmque subjérunt, in
hujus aula dialogo ad communem hilaritatem exaugendam apposito ab
juventute scholastica salutati. Salutatum eosdem Ingolstadio venit Ar-
chidux Austriæ Ferdinandus, quocum dein mense Octobri, & ipsi An-
glipolim redierunt, intermissa tantisper severiorum literarum studia re-
sumpturi.

245.
Ingolstadi-
um repe-
tent.

246.
Oeniponti
Carolus
Leopoldus
miro cum
accursu &
fructu con-
cionatur,

Oenipontano ex Collegio datus Urbi novus è sacra Parœcia cathe-
drâ Orator Carolus Leopoldus egregiam in populo pietatis formam ita
expolivit, ut nova videri posset. Argumenta tractabat communia,
quæ ad vitæ normam dirigendam facile à quo vis capi, inque usum redu-
ci possent, non eruditionis intexere phaleras, non sibio exquisitæ elocu-
tionis uti solitus; id unum satagens, ut, quæ vera, salubriaque diceret.
Clara etiam plebi redderet, altèque penetrantia animos. Addidit
DEUS dicentis voci vocem virtutis lux. Nullus antehac, quod inem-
nissent cives, Concionatorum, pari aviditate, & concursu auditus fuit
ex vicinis juxtâ, & remotioribus pagis: à ternis usque milliaribus gre-
gatim affuebant coloni; unde, ne ab his occuparentur templi spatio,
solebant Oppidani, æquè Oratorem audire cupidi, matutinis statim
horis confertim festinare in sacram Ædem, tempusque dictioris admir-
abili cum silentio inter sacras precationes opperiri. Neque hæc Leo-
poldi fama in vulgus duntaxat valuit, Magnates quoque & Doctos:
quod haud prensabat, faventes, quod unicè quærebat. obsequentes
habuit innotionibus, quas inculcabat saluberrimas.

247.
Sed ob ali-
orum que-
relas mitti-
tur Mona-
chium.

Mutationes morum consecutæ sunt multæ omnino, ac notabiles.
Notabiliter auctus sacra Mysteria frequentantium numerus, quorum viro
exemplo commotus, ad Cæsarem Oeniponto transiens Hetruriaz Ducis
Ferdinandi Legatus, etiam ipse cum plerisque è suo comitatu, ante-
quam Oeno fluvio se committeret, publicè in templo nostro Angelico
Pane refici voluit, dubium reddens, potiusne Religionem Oeniponta-
norum imitatus fuerit, an suæ incitandæ monumentum Oenipontanis
reliquerit. Tam læte adolescentem ex Leopoldi cultura sègetem in-
tempestiva uredo vastavit. Qui alios colebant agros, diffluere veluti
aristas à suis arvis, & in peregrina transvolare conquesti, Domi nostræ
forisque aures invenerunt, in quas lamenta quicquidantum descenderent.
Moderatores arbitrati, haud oportere, ut virum optimum diutius va-
pulare sinerent, post aliquot menses in Bavariam transtulerunt, ubi
pari, ut evenit, fructu, & minore Societatis invidiâ quietius multò felici-
ciusque laboraret.

248.
Hale disce-
pitur, an
Societati
perfiden-
dum in spe
rituali ad-
ministra-
tione Par-
thenonia
Regij.

In Halensi Collegio magno Sociorum commodo, quietè tamen in-
usum deducta sunt, quæ nuper post biennij disceptationes pactis fuerat
Claudius Aquaviva, Societatis Præpositus. Decesserat, quod suo lo-
co exposuimus, Magdalena ex tribus Ferdinandi Filiabus, quæ Congre-
gationem Virginum Haleæ instituerant ultima, cuius obitu finem quoquo
accepit Divi Francisci Borgiae stipulata concessio, quæ earundem Virgi-
num

num curam spiritualem è Societate tamdiu solum habendam receperat, quamdiu una ex ternis Reginis superstes viveret.

Claudius itaque intellecto, defunctam esse Magdalenam, quæ natu-
quidem Sororibus, Margarethâ, ac Helenâ Major, morte tamen poste-
rior extitit, negotium Ferdinando Albero Provinciæ Præsidi dedit, ut
Ferdinandum Archiducem, Reginarum fratrem edoceret, sperare se, ut
finantur posthac, utique bonâ Principis veniâ, Halensis Collegij incolæ
frui Societatis totius Instituto, quo à stabili Monialibus Sacra-
menta ad-
ministrandi obligatione solverentur: constare quidem Parthenonis Vir-
gines Monachas haud esse, solicitor tamen pro Familiæ suæ commodis,
suntque Borgiam providisse, ut administratiōni, de qua sermo esset,
memorata pæctio adderetur, idque propterea, ne vel eminus normæ,
ad quam Virgines vitam componerent, ignari, aut in maleficentiam
prohi, Societatem calumniandi, vel ejus leges, ac privilegia subruendi
ansam arriperent.

Successerat Magdalenæ in gubernando Cœtu Regina Fölsia ex nobis-
issima inter Italos Columnarum stirpe; Hæc, ut fuit & pro Virginum, Comari-
quæ his literis plurimū consternatæ fuerant, emolumentis maximopere
re studiosa, & Societatis non minus amans, facile impetravit, ut Ferdi-
nandus Archidux, adnitente Wilhelmo Boorum Duce, cujus Archi-
dux avunculus erat, Aquavivæ postulata retunderet; quin id obtinue-
runt à Pontifice Clemente Octavo, ut is Halensem Virginum Congrega-
tionem ab Austriacis Reginis institutam, totâ jam Italiâ, Germaniâque ex
virtutis fama celeberrimam, vellet esse perpetuam, perpetuam illius in
spiritu, & conscientiâ moderandâ, penè Societatis Homines curam, &
disciplinam. Quin, ut nobile id, piùmque Gynæcum de stabilitate, Socii ce-
sua certum magis redderetur, favente Pontifice, ac lubenter obsequen-
te Claudio, cesserunt Socij in perpetuum iure omni, quod ex conven-
tione, ac tabulis, ante annos unum & viginti, à Magdalena, & Helena in-
novatis, post Reginarum mortem adepti erant ad templum, ædes, hor-
tum, queis Virgines adhuc fruebantur, aliâs Collegio obuenturis. Mul-
tum probata est Virginibus gratificandi hæc voluntas, quapropter & Ex adver-
ipsæ lubentes consensere in nova Claudijs, eaque terna postulata, nimi-
rum, ut, quamdiu novam Aedem sacram, quæ pro solo Collegio, uti
promissum fuerat, struenda erat, Socij non habituri essent, Virgines
posthac non in Sacello domestico, uti haec tenus, Divina frequentarent
Myteria, sed ad ea in templum egredierentur publicum. Ut ex Ora-
torio, in quo Divinis Rebus vacare solebant, prospectus in templum
ad tria duntaxat priora Altaria protenderetur, ut templi demum, Su-
pellestilis sacræ, ornamentorum, (quæ aderant pretiosissima) curam,
cūstodiā, tractationem Socij à se removere sinefentur, alteri cuvis,
quem Virgines deligerent, committendam. Neimpe præventum his
cautelis à Claudio fuit, ut, qui vel de Virginum, vel de Nostrorum in-
tegritate, & abstinentiâ suspicari secūs, & loqui auderet, temeritate in
potius impudentissimam, & maleficendi libidinem suo ipsius summo
dedecore palam objiceret omnibus detestabilem.

Et verò, uti haec tenus nonnisi optimi de Parthenone, ac Socijs vi-
guerant rumores, ita multum creverunt ex conditionum, quas Clau-
dius posuerat, observantia. Quanquam Archidux ratu, ipsa hac
ultrò excogitatâ sermonibus præcavendi solertia, quæ opus nemini vi-
deretur,

deretur, obtrectatores occasionem arrepturos esse, malignas concipiendi, vulgandique suspiciones, iteratis literis prohibuerat, ne in templum oxirent Sacra menta recepturæ Virgines, idemque etiam ex Archiducis

154. sensu mandaverat supremus Patriæ Magistratus. At videlicet, quæ regimenterat Coetus æquè fortiter tenebat Fölsia, opportunitatem prehendit multis post hac litibus uno iactu funem præsecandi. Reposuit, neque Reginas, neque earum Sodales unquam subjacuisse Domino ulli, aut Magistratui laico, ita Cæsarum, Regumque privilegijs statutum esse; corundem voluntate Congregationem hanc in omnia privilegia, jura omnia, quibus Conditrices potuisse essent, successisse in perpetuum; his ut excitant, uti nunquam se quidpiam commissuras, ita nec permissuras, ut ab ullo spolientur. Cæterum tam suæ Congregationis existimationem, quæ bonum Societatis nomen ita sibi cordi esse, ut quidquid illi tuenda idoneum fore Aquaviva censuerit, æqui bonique consulant, cùmque se alias spirituali Societatis auxilio, contrà, quæ Reginæ ante omnia statuissent, carituras se intelligent, malle se politis conditionibus prolixo animo subscribere, quæ vel ad momentum tam salubri animorum subsidio destitui. Ad animosum hoc responsum filuit Curia, siluerunt

255. Magistratus cæteri. Ubi porrò in templum prodire, ut Confessionem peragerent, & sacram celebrarent Synaxin, conspectæ sunt Virgines, ingens primò homines cœpit admiratio, & concursus, brevi post imitatio; procumbentium in genua nobilissimarum Virginum demissæ ordinatâ serie, bis minimūm quâvis hebdomadâ, erectis ad Divinum Mensam palmis, accendentium toto vultu emicans pietatis sensus, modestissimus corporis habitus, spectantium accedit pectora, ut & ipsi maiore Divinissimæ Dapis in ardescerent desiderio, cultuque. Ex eo tempore auctus ita est in Collegij Halensis templo sacram Synaxin frequentantium numerus, ut quorum tunc vix quina intra annum numerabantur millia, nunc annuatim facile decuplo plura censemantur.

256. Templi etiam ipsius crevit religio; pedum vitio claudicans nonne-
mo ad sacram Aëdem, nunc Parthenonis propriam, Matris Virginis Eli-
sabetham invisentis, prouti voverat, ex longinquo aliquot dierum inter-
vallo, difficiles gressus moliens, invisit, spe nequaquam irrita: persoluta,
quæ avida sanitatis pietas suadebat, solidari plantas, noxiosque humo-
res, & cum his tumorem omnem evanuisse advertit; unde expeditus
jam viator facillimo itu domum revertit.

257. Alterius etiam pia voti nuncupatio pariter ad valetudinem nuncupantem
Votum in- prosuit. Decumbebat civium quispiam morbo gravissimo, ut vix longior
eundæ So- vita sperari posset; fiduciam itaque omnem in Matre Misericordiae repo-
dialitatis
Marianæ
morbum
pellit.
ravit: hujus opem ut impetraret, sancte DEO promisit, flagitaturum se, ubi
primum convaluisse, ut in Sodalitatem, Virginis DELparæ cultui devo-
tam reciperetur, ex ejus deinde legibus studiosè vitam ordinaturus: vix
promiserat, levari morbo cœpit, paulò post liberatus integre. Petijs
mox, obtinuitque facile, ut Mariano Coeti adscriberetur, voti quo-
que, si sapuit, alteram partem, bonique Sodalis officium rite exsecutus.

Fuit & aliud Clementissimæ Virginis memorabile beneficium. Vir-
ges tis muneribus de universa patria, & privatum de Societate per quam
bene meritus, longâ contabescens ægritudine morti appropinquant.
In æterna providus, Confessarium è Collegio petiit, coram quo de-
totius vitæ erratis se accusaret: quò minus id, ut cupiebat, faceret, defen-
clus.

Eius obstat memorie, quæ ita serè omnis exarcerat, ut ne quidem, quæ ante horam dixerat, egerat, recordaretur. Itaque & æger, & Sacerdos ad Matrem Divinæ Gratiae preces effundunt, ut à Filio, Confessionis eo, quo oporteret, modo exponendæ facultatem exoraret. Exoravit Sciscianti minutatum Sacerdoti (ita namque ægrotus ipse petierat) per omnes, quibus unquam peccari posset, locos, modosque tempora, circumstantias tam exactè, distincteque confitens, jam, uti conscius erat, affirmando, jam negando, respondit ad singula, iisdemque responsis saepius, & quidem post aliarum quæstionum intervalla expeditis inhæsit, veluti singula ex tabulis ob oculos positis lecta explicaret. Res mira! Explicatione hac peractâ, & impertâ à noxis absolutione, sublatus est illico omnis memoriae vigor, ita ut rursus quemadmodum antea, quantumvis crebro de præteritis interrogatus, nihil omnino meminisset; in quibus etiam felicibus utique, ut spes est, vitæ obliujs diem extremum obiit.

Facultas tñ
tē confiten-
di ope Di-
vinae Mariæ
Imperata.

Quæ trans Rhenum sunt Domicilia partim eximios, in quos jam matuerant, edere pergebant fructus, partim in eosdem prosperè adolecebant. Lucernatum erga Sacra menta pietatem, quæ magna jam erat, multum auxit eventus omnium ore celebratus. Civis non infimæ fortis cum diuturna vi morbi haberetur pro desperato, ut beatum tam sperare obitum posset, morientium præsidijs juvari petiit: ecce tibi, ut primùm his adjutus fuit, sensit, corporis etiam adjumenta esse validissima simul, ac celerrima, stupescientibus universis, ac latum gratulantibus disparuit morbus, rediit valetudo. Amor erga Familiam nostram, & munificentia Prætoris Pfiseri, qui cum Magistratu, & hunc imitatâ Urbe totâ Collegio magnopere favebat, in Friburgensis quoque Domicilij Socios se extendit. Dedicaverat illi Petrus Canisius, scribendo laborans pro bono publico, secundam Partem Notarum in Evangelia, quam hoc anno typis edidit. Pfiserus, quam gratum id honoris haberet, ostensurus, non modò omnibus Divi Augustini operibus venustâ compaecturâ scite ornatis Bibliothecam locupletavit, verum etiam mille coronatos mutuos submisit, reddendos tamen à Senatu post triennium. Subsidium hoc fuit prosequendæ rursum Collegij fabricæ, quæ eousque perducta est, ut muris, quæ totum ædificium nititur, parietes etiam cubiculorum intergerini ante hiemem perficerentur. Perstiterunt tamen Socij, ut in antiqua sede, sic & laborum industriâ, quin & novi accesserunt.

258.
Lucerne.
moribund
momento
fanatur
post perco-
pta Sacra-
menta.

259.
Pfiserus
Prætor Lu-
cernensis
in Collegi-
um Fribur-
gense Nui-
thonum
beneficiis.

260.
Unde per-
rectum in
Collegij
fabricâ.

Petiit Vicarius Episcopi, ut Gallico iterum sermone diceretur ad rudes linguae Germanicæ, Germanico vero in primaria Urbis Aede sancti Nicolai, non Festis tantum, ut hucusque Divorum, sed Dominicis etiam diebus. Præter Gymnasium, quod hoc anno plures multò, quam alias, discipulos habuit, schola Spiritus, quam sanctus Ignatius virtutem ex piis commentationum Exercitijs sanctius instituendæ aperuit, præter alios nacta est dociliissimum omnino discipulum, qui ipse Theologæ Doctor erat, Joannem Michaëlium, Coenobij Patrum Franciscanorum Moderatorem, qui paßim deinde contestatus est, se, uti multa suis Magistris, quos habuisset eximios, ita longè plus Divo debere Ignatio, à quo scientiam Sanctorum, sine qua omnis eruditio ignorantia esset, ac fatuitas, solidissime edocitus fuisset.

261.
Resumpta
concio Gal-
lica, addita
Germanica
etiam die-
bus Sancto-
rum festis.

262.
Joannis Mi-
chaëlli
Franciscan
Theologia
Doctoris
sentus de
Exercitijs
S. Ignatii.

Ad eandem scientiam condiscendam, omnique subin vita laudatissimè, ut olim memorabitur, exercendam, ad Societas tirocinium 263.
Gustavus
Mundbro-
ius Socies
Ebor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

tatem ingreditur.

264. prosectorus est Gualterus Mundbrot, nobili, sed quod modò desit, apud Constantiensis stemmate oriundus. Bruntruti aliquot annis literaturæ mansuetiori vacaverat. Florebat quippe Bruntrutanæ Sedis Gymnasiūm extraneâ etiam, & nobili juventute, cùmque ea esset discentium copia, quam scholæ non caperent, Urbis Magistratus extra illas aulam concessit, in qua literariæ exercitationes commodiùs exhiberentur.

Illustrius paulò post beneficium toti Sociorum, qui haec tenus Bruntruti colebant, Cœtui obvenit. Comparati jam eousque sumptus erant, ut Domus tandem statui posset, quæ Collegij titulum aptè videretur sustentatura;

cùm undecim, qui jam aderant, Collegis paulò post plures ad jungendi sperarentur. Itaque, ubi Alberus Provincialis sub exortum Veris Bruntrutum venit, Princeps Episcopus, Dominicâ tertiatâ post Pascha, eidem legitimas tabulas in manus traxit, quibus Collegij à se fundati institutio, pactionésque firmabantur. Alberus vicissim Claudiij Aquavivæ Generalis concessu Sedem Bruntrutanam inter Collegia Provinciæ, ac primum, qui haec tenus jam Socijs præfuerat, Rectorem novi Collegij Georgium Witweilerum renuntiavit.

Ut gaudium ex felici cœptorum successu testaretur Princeps, donum adiecit insigne, multos pro Bibliotheca libros, Ejusdem verò germana Soror multam ex tela linea suppellectilem.

265. Quò minùs Constantiensis Domus in Collegij magnitudinem progrederetur, non optimi Cardinalis Andréæ voluntas, nihil magis, quam plurium Sociorum copiam optantis, verùm aliæ obſtituit causæ geminæ, acciſæ in primis facultates Episcopatûs, utpote à quo Provinciæ in Helvetia, & Suevia, aut integræ, aut magnam partem, defectione ad Lutheranos, Zwinglianósque avulſæ erant, dein etiam Sociorum in Germania Superiore paucitas.

Ducenti duntaxat, & duodecimoginta per tredecim, quibus tunc Provincia nostra constitit, Domicilia dispertiti erant, è quibus centum, & sexaginta in quaternis tantummodo Bojarizæ unius Collegijs degebant, iisque ut plurimum vel Landspurgæ, intra tirocinij, vel Ingolstadij intra Academicorum adhuc studiorum limites arata: ireslabant ergo centum & duodeviginti: ex his si demas, quos fratres in œconomia auxiliares habemus, atque illos, qui vel Augustæ Rectoris, vel Dilingæ severioribus adhuc literis condiscendis vacabant, quantulus ultra hos remanebat Sacerdotum numerus? quibus tamen novem adhuc Sedes reliquæ maximopere egebant. Constantiæ profecto ita missis crescebat sub manibus, ut Hellerus, Pelecyusque metendo succubuisserent, nisi de modicis saltem suppetijs provisum fuisset. Unus duntaxat è Collegio Lucernensi mitti potuit Georgius Rennerus.

267. Horum itaque triumvirorum industriâ centenis plures è Constantiensibus illorum, qui quamplurimi haec tenus ad Ecclesiam reversi jam annis prioribus fuerant, intra hunc annum accessere numero, Laboribus verò accessit Catechesis in Sacello Palatij, quod Episcopus Constantiæ habet, explanari cœpta, inter cujus utilitates non postrema extitit librorum hærelin docentium ultronea comportatio, cā quidem copiâ, ut unus duntaxat aliquis ex ejusmodi libris quadringentorum florenorum pretio buſtum fecerit, salutari omnino flammâ, quæ ordinarium adversus pestem publicam remedium est.

268. Reducti ad fidem ultra centenos. Cœchesis in Palacio Episcopali. Libri herezici combusi.

Ut Horum itaque triumvirorum industriâ centenis plures è Constantiensibus illorum, qui quamplurimi haec tenus ad Ecclesiam reversi jam annis prioribus fuerant, intra hunc annum accessere numero, Laboribus verò accessit Catechesis in Sacello Palatij, quod Episcopus Constantiæ habet, explanari cœpta, inter cujus utilitates non postrema extitit librorum hærelin docentium ultronea comportatio, cā quidem copiâ, ut unus duntaxat aliquis ex ejusmodi libris quadringentorum florenorum pretio buſtum fecerit, salutari omnino flammâ, quæ ordinarium adversus pestem publicam remedium est.

Ut Sacramentorum usus redderetur celebrior, etiam hic, prout alibi factum sèpè jam diximus, Divinæ Dexteræ effectum est potentia. Ci-

vis cuiusdam ædes molestissimi infestabant lemures : qui hos pellerent, adhibiti fuerunt homines benefici ; sed patuit, nequaquam, ubi de mortalium pernicie agitur, divisum esse Regnum Sathanæ, quin videri potuit, alios potius assumptissime spiritus nequiores fe, adeò in domo illa facta sunt posteriora detèriora prioribus. Cùm nulla jam dic, nulla de nocte, quies sineretur, accurrit tandem paterfamilias ad Nostros, consilium petit, ac amuletum fortius. Nullum hi potentius fore afferunt Divinißimâ Eucharistiâ, suadere se, ut ipse, domesticique omnes animo prius Confessione mundato, sese adversis præstigias communiant, spe pleni, fore id omni antirrhino efficacius. Paruit civis, paruerunt inquilini, desitum est tumultuari, quod cùm in Urbe vulgatum, gemini cives, quorum in ædibus par à lemuribus erat vexatio, ad idem ubi cùm Domesticis consugerunt remedium, idem protinus invenerunt auxilium.

670.
Eucharistiæ
usus fugan-
dis spectris
salubriter
adhibitus.

Sub majoris jejuni⁹ hebdomadas Præful Andreas Cardinalis Hellerum ad se evocavit, ut Marispurgi, oppido in adverrà Constantiensibus Potamici lacūs ripâ sito, in quo habitare Episcopi majore anni parte consueverunt, pro concione diceret, præsente semper ipso Cardinale, dum interea eodem tempore Pelecyus Constantienses, vicinósque pagorum incolas de Confessionis Sacramento rite suscipiendo, discendi, si usquam alibi, tam indigos, quam avidos, atque idcirco undique concurrentes è suggestu utilissimè erudiret.

171.
Marispur-
gum & Ar-
bona oppi-
da ab Hel-
lero excep-
luntur.

Marispurgo post Pascha Hellerum Cardinalis Arbonam deduxit, modicū, sed pervetustum oppidum, eidem lacū adsitum, Episcopis 172. quidem Constantiensibus subjectum, sed magnam partem Zwinglianā Leo pre- tunc infestum hæresi : non illepida memoratu hīc res evenit : Voluit dicans Ar- Cardinalis, ut suā in Urbe noster de Fidei controversiis sermones habe- bonē Zwinglia- tunc eodem templo Catholici, qui residui erant, ac heterodoxi, parti- nus publice se rifiui lepi- tisque horis unā ex cathedra & veri Evangelij insonabat tuba, & Zwing- lica reboabant cornua : ut primum loci Prædicans adesse intellexit pe- rigrinum Oratorem, & quidem è Societate, illico in templum provo- lavit, an, ut ex ambone deturbaret dicentem, an, ut saltē occlami- taret, incertum, Ex vultu certè, oculis, & caperata fronte turgere apparebat rabie, sed quæ mox irridetur ab omnibus. Leo nomena- erat Prædicanti, pervulgatum ubique in vicinia, & nemini haud nouum perbene, atque enī dum spirans minarum Leo, irāque plenus in templum irrumpit, Hellerus, quin irruentem cerneret, totus ardore, ut solebat, dicendi absorptus, illa, ut argumentum aptè cerebat, Divi Gentium Apostoli verba intonuit : *Fratres, sobrij estote, & vigilate,* quia adversarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit, qua- ren̄ quem devoret. Utque Diaboli, habentis iram magnam, imaginem Auditori profundiū imprimeret, illa identidem verba, quibus Sathanæ similitudo exprimitur : *Diabolus tanquam leo rugiens*, auditori inculcabat. Hīc enim verò omnium ora, oculique in Prædicantem ver- ti, ridere omnes, atque adeò ægre sese continere, quin effusè cachinarent, Leo contrà, ad improvisum velut galli cantum consternatus, ac pudore suffusus, & non modò non rugire, sed nec mutire potens, cādem celeritate quā venerat, domum repedavit. Indagavit Orator, cùm è suggestu delcendislet, importuni, ut rebatur, sub concione risus causam.

causam, quā intellectu nihil se de Prædicante scivisse, nihil nonnisi mente optimā protulisse sibi conscius, optavit, ut eodem animo Prædicans dicta suscipiens, studeret mōrīgeræ ovi, quām leoni rugienti, & Christiano homini, quām illi, quem Paulus cum leone rugiente comparat, evadere similior.

273. Überlinga & Brigantum. Crevit interea Sociorum præstans fama propinquas per oras tam insigniter, ut Brigantium, & Überlinga ambæ ad Lacum Acronium Urbes Catholicæ Religionis tenacissimæ, vehementer Societatem expetent. Societatem gent. Sed nempe, ut nuper ajebam, ob hominum pecuniam satisfici expertunt, quin possit votis haud potuit, & æquius visum est Domicilij Constantiensis perfec- tione insistere, cujus cura ne omitteretur, Antistitis favor, Collegij Cathedralis, Cleri, ac Religiosorum benevolentia, ipsorum civium major quotidie erga Familiam nostram propensio, indicis vide- batur magis depositulare.



HL

HISTORIA PROVINCIAE
GERMANIAE SUPERIORIS
SOCIETATIS JESU.
PARS SECUNDA.
DECADIS SEXTÆ
ANNUS QUARTUS,
SEU
CHRISTI MDXCIV.

S Y N O P S I S.



Omitia Ratisbone. n. 274. Rudolphus Caesar immunitatem
Collegio concedit ab onere excipiendi hospites externos. n. 275.
Nova Collegij Confirmatio à Clemente Octavo Pontifice n.
276. Maximilienus Bojus, Principibus epulum solemne
prabet in Collegij triclinio. n. 279. Cardinalis Madruetus singulari
Gymnasi Scholas invicit. n. 282. Ferdinandi Archi-Ducis & Fbiliippi
Ferdinandi, Alberti, Bojaria Principum exempla pietatis, Ingolst. ibide
n. 280. Jacobus Rbemus auctor Colloquij Mariani. n. 288. Ejusdem Lea
ges. n. 289. Guilielmi Ducis nova in Collegium Monacense beneficentia:
n. 290. Caspari Obergasser Elogium. n. 295. Dominicus Menginus
Principem Confessarius munere liberari petit. n. 298. Petri Branzig
solerter in impetrando aditu ad Societatem. n. 305. Pauli Laymann
in Vocatione contra suos constantia. n. 307. &c seq. Fabula de Nostris
Augusta pellendis. n. 313. Predicantis filius fit Catholicus. n. 314.
Bojoria Princeps providet, ne sui subditi abstrabantur à fide. n. 315a
Theobaldi Storii Elogium. n. 317. Predicantis convicia adversus So
cietatem ab Elvaciensibus retexere coactus. n. 322. Friburgi pestis
n. 326. Magistratus in Collegium beneficentia. n. 327. Ab Eodem
depulsa adversus unum, e Nostris calunnia. n. 328. Ludovici Pfiferi
mors, &c. Elogium. n. 331. &c seq. Jacobus Fuggeras nostras fun
ctiones sacras Constantia promovet. n. 338.

274.
Comitia
Ratisbonæ.



Ubsequentis anni gesta ad Danubium, mediāmque Germaniam respectare jubent calamum, ex quorum universalī tractatione pars aliqua, & fructus ad Societatem quoque pervenit. Evocaverat in Mensē Majū Rudolphus Cæsar omnes Imperij Ordines Ratisbonam ad habenda illic gravissimis de negotijs Comitia. Prævide-

275.
Rudolphus
Cæsar im-
munitatem
Collegio
concedit
ab onere
excipiendi
hospi-
tato-
res exter-
uos.

batur immensa hominum ventura multitudo, ex qua ne Socijs, vel religiosæ disciplinæ, vel laborum in templis, scholisque turbamenta nascerentur, anno jam præcedente, obtinuerant libello supplice, ut innovaret Cæsar pro Collegio etiam Ratisbonensi privilegium, ante annos viginti tres à Maximiliano Rudolphi patre, omnibus Provinciæ nostræ Domiciliis non absque Societatis diserta laudatione concessum, atque ab ipso Rudolpho ante annos duodecim pro Augustano Collegio rursus confirmatum. Cavebatur hoc diplomate, ne Domicilium nostrum teneretur Comitiū tempore extraneos admittere hospites, hospitare equos, & impedimenta. Haec inutilis fuit haec provisio; nec enim Cæsari hospitorum metatores, qui saepius pro sua veluti potestate diversores immittere Collegio attentarant, exhibito Imperatoris decreto ausi fuerunt ultrà importuni esse.

276.
Nova Col-
legij con-
fimatio à
Clemente
VIII Pont.

Ipse ad Germaniæ Principes Legatus Pontificis Hieronymus Portia, qui Comitiis interfuturus Ratisbonam venerat, hospitari apud Socios noluit, ne malevolentorum querelis anfam daret, quamvis pro amantissima erga Familiam nostram voluntate nuspam mallet esse libentius, ac simul gratissimi omnino esset nuntij bâjulus. Literas tulit à Sanctissimo Patre Clemente Octavo, quibus ab ipso pariter, uti quondam à Sixto Quinto, Monasterij Virginum ad Sancti Pauli in Collegium Societatis mutatio in omne posthac ævum stabilitiebatur. Jussus est Hieronymus diplomati cum authoritate publicando viros adhibere conspicuos, qui de auditu Pontificis verbo testes forent, rogati sunt Administrator Diœceseos Jacobus Mittlerus, Decanus item Cathedralis Capituli Wilhelmus Holdingus, Joannes Ungenemius Consiliarius, urbis transponitæ Præfectus, Façhincus Jurisconsultus, ij decimū, qui à consilijs Episcopi erant.

277.
Congrega-
tio Delpa-
re confir-
mata.

Vix clapsa est hebdomas, cùm aliæ Româ perlatae sunt literæ, quibus nuper congregatum Delparæ Virginis Sodalitium approbatum à Patre Claudio Generali, & cum Primaria Congregatione Romana sœdaturum est. Subsecuti dein varij Imperij Proceres, Principesque, inter quos Maximilianus missus, ut Parentis Guilielmi Boiorum Ducis partem ageret, vini, pisciūmque lagenas, quas Magistratus Ratisbonensis morte in Germaniæ urbibus recepto, magnis hospitibus offerre solet, Collegio donum submisit, postridie ipsus invisit Socios, ducto secum Carolo nostro Peutingerio.

278.
Tempore
comitio-
rum quin-
que ex ca-
thedris No-
stri concio-
nabantur.

Hunc, petenti sic Principi ex cathedra Oeniportana, ab urbe redux novus Provincie Praes Otho Eisenreichius miserat in ejusdem aula conciones habiturum, quemadmodum Cardinali Ludovico Madrucio, Tridentinorum Antistiti, & Pontificio ad Comitia Legato concessus fuit ex Anglipolitana Academia Gregorius de Valentia, ut coram illo in Aede sancti Emmerami dictiones Latino sermone haberet, unde factum, ut hoc anno quini de Societate, varijs in suggestis Oratores sacri dicerent in Urbe, majorem partem Luthericâ.

Cum

Cum Rudolphus Cæsar pridie, quam Christi Ascensionem Ecclesia recoleret, Ratisbonam intrasset, ipsa mox die festa Ferdinandus Alberus, Provincialis munere nuper defunctus, jussus est in Principe Canonorum Cathedralium Aede; Populum ad celebrandos Redemptoris triumphos pro concione exhortari, quo ipso die in Collegij templo Freckariensis Episcopus Octavius Frangipanes, Sedis Apostolicæ ad Ubios Nuntius, Rem Divinam perpetravit. Quin toto Comitiorum tempore permulti, sive humanarum, sive Divinarum rerum potentes, jam Sacrificium celebrarunt in Aede Nostrorum sacrâ, jam ad Collegium, Gymnasiumque inviserunt.

Præ cæteris illustre amoris erga Nostros, & benevolentia specimen dedit Maximilianus Bojus. Memor instruci quondam Augustæ à Parente Guilermo in Societatis Collegio Comitialis convivij, cui ipse tunc undennis Princeps adhibitus fuisset, pariter nunc Ratisbonæ, cum vicces convivandi pro more comitiatorum Procerum ad se pervenissent, ad Collegij eos invitavit triclinium. Quinto nonas Julij, infra Octavas Divorum Petri, ac Pauli Ferias, in quem diem Dominicatunc post Pentecosten tertia inciderat, Sacrificium ritu Pontificio peregit in templo nostro Josephus Rutassus, Jaurinensium in Hungaria Episcopus, accimenteribus Maximiliani Musicis. Intervenerunt rei Divinæ Ludovicus Cardinalis Madruci, Wolfgangus Dalbergius, Archi Episcopus Moguntinus, supremus Imperij Romani per Germaniam Cancellarius, Elector item & supremus per Italiam Cancellarius, Ernestus Ubiorum Archi-Episcopus, Maximiliani patruus, Theodoricus Raitenavius Archidiœcesis Salisburgensis Antistes, Abbas & Princeps Fuldensis Balthasar Dernbachius, Carolus Marchio & Princeps Badensis, Georgius Landgravius Leuchtenbergæ, Legatus demum Burgundicus Marchio Davæsus. Hos omnes, ut & Rutasum, ac Millerum Administratorem, finitis sacrificijs, in Collegium deduxit Maximilianus, hospites habiturus ad epulum, quod regali planè sumptu, structore Joanne Wolfgango Rorbachio, apparaverat. Voluit porro Convivator, ut eodem tempore iniquilini omnes pranderent in communi triclinio, in quo Principes, & quaterni quidem, Georgius Everhardus Collegij Praeses, Gregorius de Valentia, Carolus Peutingerus, Christophorus Marianus, qui eodem, ut ordinarius in Aede nostra Orator, dictionem habuerat; primæ Convivarum mensæ fuerunt adhibiti, cæteris ad mensas alias accumbentibus. Diu ante Maximilianum de hac benevolentia tessera Socijs palam exhibenda cogitasse, argumento est, quod trimestre jam abjerat, ex quo moniti fuere Socij, amplius triclinio spatum addere, tantis vide licet Pransoribus olim decentiis recipiendis. Ornamentum extemporate, & Hospitibus magnopere jucundum superinductum à Musis fuit: carmina vario numero, artèque suspensa ex parietibus, quorum deinde sententiæ, ad agendas grates, & Convivarum humanitatem, clementiamque collaudandam accommodato sermone, Everardus Reator luculentet omnino, & eruditè illustravit.

Ut Societatis osores hæc Principum usit benevolentia, ita multò magis foderunt causæ, quæ illam comparavimus; studia nimirum promovendæ Religionis Orthodoxæ. Esacris Oratoribus duo præcipue, Gregorius de Valentia, & Conradus Vötterus ad Divi Cassiani nunc in plano Cathechesin, nunc è suggestu dictionem instituere solitus, Fidei controversias dilucidandas sumpererunt, multos naçti auscultatores ex iis etiam,

etiam, qui se plebis Lutheranæ Scribas, & Sacerdotes serebant, multos insuper lectors geminorum voluminum, quæ de eodem arguento Vötterus edidit. Luculentus ex his disputationibus emanarunt fructus, quadraginta duo ab hara abducti, adductique sunt ad Boni Pastoris Ovile. Fuere inter hos Philippus Stadelius, Reipublicæ Augustanæ ad Comititia Legatus, alias item vir spectatus, & matrimonio junctus, qui multis ab Oratore ex Luthero sententias sibi invicem manifeste adversantes afferri audiens, in libris Lutheri ipsis monstrari expetij, quas cum inventas suismet oculis inspexisset, damnato protinus nugatoria potius inconstans, quam Evangelicæ Veritatis Magistro, id sc. evitaturum professus est, ne inter illos haberetur, qui præ ipso Lutherò fontes magis forent, si fidem porro haberent viro, qui tam sapè, quæ paulo ante, ut vera pronuntiarat, nunc falsa assereret, uti nuper editus à Vöttero liber ostenderat, hanc ob causam haud insulsâ argumentatione *Lutherus constans* inscriptus. Nec ipse hic paterfamilias solus melius sapere didicit, sed conjugem, liberos, familiamque omnem ad viam, quam lucerna supra Catholicæ Ecclesiæ candelabrum posita commonebat, posthac tenendam traduxit, geminos simul filios è Gymnasio Lutherico in Nostrum transtulit, eam maximè ob causam, quod Græci sermonis, cuius peritiæ hæretici, si vel modicum balbutire sciebant, pertulanter id temporis contra Catholicos gloriabantur, studium magnopere in scholis nostris urgeri, fervereque intellexisset.

282. Accedit hæc studia Madruclius Cardinalis haud dignatus Gymnasium subire, & singularum scholarum juventam exhortari, ut, quam bonas literas, bonosque mores condiscendi opportunitatem habebant paratissimam, nequaquam segniter uterentur: cum ad aulam Gymnasij ascendisset, legenda lese obtulerunt non modico prosectori specimen carmina Latino, Grajique idiomate; exceptus etiam Dialogo, quo utpote eleganter composto, ac venustè recitato, multum fuit oblectatus: plus non ita post solatij accepit, ubi resciit, duos è Gymnasio nostro juvenes cum vera Ecclesia fuisse conciliatos. Missi fuerant è superiori Rhætia (Grisoniam appellant hodie) ut literis quidem erudirentur in Icolis nostris, sed non ante, quam adolescentiæ annos egressi spem relinquerent parentibus, neutquam eos à Zwingliana hæresi defecuros. Et vero nec blanditijs illecos, nec velitationibus exagitatos trahabantur Socij perhumaniter, idque curare videbantur unicè, ut præter literas ad morum quoque honestatem, ad quam indole proni erant, gnaviter educarent. Ac patuit prosectori, quam verè olim sanctimoniam venerabilis Petrus Faber, qui primus è Societate Germaniam excoluit, documentum reliquerit Socijs, ut, quos ab hæresi ad Fidem revocare cuperent, non illoco vexare disceptationibus, sed abducere primùm a perniciose, si quæ inesset, vivendi licentiā, & solidò honestatis, Deoque placendi studio niterentur imbuere, tum enimvero eventurum, ut iam molliore jam glebâ, veritatis sationi locus pateat, & benigniore DEO incrementum dante sperata leges maturescat. Ambo certè, quorum fit mentio, juvenes, judicio admodum jam potentes, ubi & æqualium exemplis, & Magistrorum institutione ad veræ pietatis amorem fuerunt incitati, erudiri etiam de forma DEUM piè, recteque colendi ultero petierunt, quam, ut, expensis omnibus, apud solos Catholicos vigere perspexerunt, amplexi sunt tam firmiter, ut si ex hæredari ejam contingeret a parentibus, vel patriâ expelli à Magistratu, potius hæc perpeti, quam ab agnita, coepitque veritatis viâ recedere decreverint.

Cardinalis
Madruclius
singularis
Gymnasij
Scholas
invicte.

283. Duo egredi juvenes Zwingliam converst.

Et

Et hæc quidem in Urbe Ratisbonensi, ac luce Comitiorum sunt gesta, frustra infrenente hæresi. Foris Orcus etiam, non indignatus tantum, sed ad vindictam omnino querendam irritatus fuit, quippe, cùm Michaël Hederus, & Collegij Minister Emmeramus Welserus, viri ambo salutis alienæ sitientissimi denuo in Bojariæ træctum, qui à Silva nomen habet, profecti, eadem, quæ à Socijs domi fructuose agebantur, strenue facerent, accidit, ut Welserus castrum quodpiam subiret, captivis, qui illic variorum crinatum rei detinebantur, Confessionem persuasurus. Persuasit plerisque, sed regularum una, beneficiorum insimulata, malam viro optimo gratiam regalit; à tergo repente immensis, demulcentis, & velut hospitem amicè salutantis specie dexteram ejus apprehendit. Ille quidem quantocumq[ue] manus cum severa increpatione urbanitatis admodum indecora audacis retraxit, sed nempe attracto, jam, & in viscera transusto beneficio, codem pene momento terminum laniatus sentire coepit adeò graves, ut itineris, quo Ratisbonam reportaretur, jactationem perferre baud posset. Straubingam igitur propiorem Silvæ urbem delatus est, ubi aliquamdiu coactus decumbere, Medentium tamen diligenti peritia, intra hebdomades aliquot, vires ita resumpsit, ut resumendis etiam pristinis laboribus parceret.

Emmeramus Welserus ex beneficio Straubingae aliquamdiu decumbens

Quam irrita fuit tentata adversus Dei servum vindicta ab inferis, tam salubris esse constevit ultio, quam Cælites de immorteris mortalibus sumunt, utpote, qui etiam, cùm irati fuerint, misericordiae recordantur, Ingolstadij solutionis vitæ juvenis à Sodalito Mariæ Virginis descivit, eam unicè ob causam, quod legum esset impatiens, quibus ad probiorem vivendi norinam restringebatur: abire subin decrevit alio, jamque iter equo ingressus fuerat minimè cæteroquin sternaci; cùm is subito in posteriores calces eret usus sessorem vi tantâ humili dejecit, afflitusque, ut miser spiritum vix retineret, quassato dirum in modum corpore, tamque luxatis cum vehementissimo dolore artubus, ut chirurgiae, medicæque artis admodum periti triennium omninoabiturum esse affirmarent, antequam cruciatusabituri, redditurique artus ad compages pristinas, utilesque forent. Sapuit tum ietus graviter, meritumque se fuisse agnovit, ut caballo excuteretur, qui suave Mariani servitij jugum excusisset. Votum itaque concipit, quamprimum supplicandi Sodalibus, ut inservi denuo cœtum se recipiant: quo facto, res mira! vires etiam ac sanitatem recepit quantocus, Clientelæ Magnæ Matris tanto jam arctiore nexu, quanto recentiore beneficio obstrictus.

Ingolstadiensis Mariæ Sodalitatis deseritor punitus & emenda-

Et verò parebat, neminem nisi quem licentia, ac petulanter vivendi pruritus absrahheret, à Parthenio Ingolstadiensem Cœtu abhorrere posse: adeò quemque, si non pessimus foret, attrahere debebant multa, illustraque virtutum exempla, quæ in hac Sodalitate edebantur. Aderant etiamnum Ferdinandus Archidux cum lectissimis in Aula sua Viiris, & juvenibus, Balthasare, ac Friderico Schrottenbachis è Styria, Ferdinando Muggenthalio è Bavaria, Joanne Georgio Khuenio, & Joanne Guilielmo Pairspergio, Philippus, & Ferdinandus Principes Boii ad Academiam anno priore reduces, secum adduxerant Albertum fratrem natu minimum, in quotum aula eminebant Wolfgangus Conradus Rechbergius, summus Aulæ tergeminæ Præfector, ejus filius Guilielmus Leo, ac Joannes Razenriedius Stuvi, Carolus Freibergius, & Wolfgangus Guilielmus Hundius Boii, Alphonsus Portia Purlilius Foro-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

286. jælichis, lucidissima omnes Congregationis Sidera, inter quæ tamen Ferdinandi Archætis, & Philippi, Ferdi- nandi, Alberti Bojarie Principum exempla Pietatis.

ipsi maximè effulgebant quaterni Principes. Quam enim præclarum fuit pietatis specimen, quod, cùm majoris Jejunij tempore in Collegij templo singulis hebdomadis extra ordinem haberentur conciones, semper illi cum omni comitatu adfuerint, quorum frequentia ita urbis, & urbi viae cinum populum attraxit, ut templum præ affluentium multitudine plene angustum evaderet. Lætulentius multò fuit, quod, cùm eadem Quadragesimâ contra Othomannos, Hungariæ, aliisque provincijs imminentes, horarum quadraginta Comprecatio ad Superioros propitiandos in templo nostro instituta fuit; Principes, hactenus non visa pietate, ad primam, ultimamque Supplicationis Horam comparuerunt, super nuda saxa genibus nixi, super nudam carnem, setoso, hirtoque vestiti cilicio. Suppar profundæ coram DEO humilitatis exemplum dederunt in sacro Circuito, quem lugubri Parasceves die Sodalitas Marianæ peragit. Cærulea ex vili telâ amicti tunica (vestem Congregationis appellant) DEI Hominis è Ligno regnantis sublime Simulacrum, mutuâ operâ, mutatisque ordine vicibus, velut quaterni Cherubini Divinæ Glorie triumphalem currum, circumuentum agmini prætulerunt. Quod factum cum Author libri, qui Sodalis Parthenius inscribitur, post viginti, & unum annos dein vulgati, recenset, hæc adjungit: *Jam tunc omnino auspiciatissimo, invictissime Imperator Ferdinande, tibi acclamari poterat: in hoc vincas, Christo Duce, Bavarico Socio.*

287. Presertim inCompre- catione & Supplica- zione pub- lica.

Illustria hæc pietatis exempla, quæ tam illustres ediderunt Auctori- res, ne unquam emorerentur, Jacobus noster Rhenus effecit, Dilingæ Monachium, atque inde Ingolstadium translatus. Quod in priore utroque loco munus habuit, hoc & Anglipoli gessit: ut nimirum regendis juvenib⁹, uti Dilingæ in Collegio Sancti Hieronymi, ac dein Monachij in contubernio Sancti Michaëlis, ita Ingolstadij ad sancti Ignatij Martyris supremo Convictorum Moderatori adjutor, seu, ut appellant, Regenti Subregens adesset. Notaverat Vir piissimus, & juveniles animos tra- Etandi longo. usq; apprime peritus, esse quosdam ex adolescentibus eræ instar ad omnem virtutis disciplinam flexiles: in sententiam itaque venit, ex his, quemadmodum primitus inter Convictores Sancti Hieronymi Dilingæ Sodalitatem, ita arctiorem quandam ad DEI, DEIpares que cultum confociationem excitandi, spes fretus magni post breve tempus incrementi. Neque spes cum frustrata est: ut virtutum semi- ta, quam Anglipolitanæ juventuti tam præclaræ imprellis vestigijs præ- signarant memorati Principes, nunquam desereretur, ex ipso de legit Sodalium Marianorum Coetu quospiam, qui, & simul in ea Congregatione permanerent, & insuper tamen in peculiares convenientes ratio- nes, grata supremo Numini, ejusque Matri servitia certius, perfectius que exhibendi. Cohortem diceres, qualem Persæ quondam, Immor- salē: quod in ea nemo toleretur, quamdiu, si lethiferā se obstrinxit culpā, coram DEO perseverat numerari inter mortuos. Reclite & Tri- riam nominabis, tum ob celebratam in Triariis fidem, & constantiam servandi militiæ, in quam jurârunt, leges, audendique pro his omnia, tum, quod nonnisi tria manipulus hic, si ita vocare placeat, initio nu- meravit capita, qui in tam numerosum, ut hodie est, excrevit Agmen. Quod verò magis admirandum: adolescentes admodum fuere, quibus hæc

288. Jacobus Rhenus Author Col- loquij Ma- riani.

Illustria hæc pietatis exempla, quæ tam illustres ediderunt Auctori- res, ne unquam emorerentur, Jacobus noster Rhenus effecit, Dilingæ Monachium, atque inde Ingolstadium translatus. Quod in priore utroque loco munus habuit, hoc & Anglipoli gessit: ut nimirum regendis juvenib⁹, uti Dilingæ in Collegio Sancti Hieronymi, ac dein Monachij in contubernio Sancti Michaëlis, ita Ingolstadij ad sancti Ignatij Martyris supremo Convictorum Moderatori adjutor, seu, ut appellant, Regenti Subregens adesset. Notaverat Vir piissimus, & juveniles animos tra- Etandi longo. usq; apprime peritus, esse quosdam ex adolescentibus eræ instar ad omnem virtutis disciplinam flexiles: in sententiam itaque venit, ex his, quemadmodum primitus inter Convictores Sancti Hieronymi Dilingæ Sodalitatem, ita arctiorem quandam ad DEI, DEIpares que cultum confociationem excitandi, spes fretus magni post breve tempus incrementi. Neque spes cum frustrata est: ut virtutum semi- ta, quam Anglipolitanæ juventuti tam præclaræ imprellis vestigijs præ- signarant memorati Principes, nunquam desereretur, ex ipso de legit Sodalium Marianorum Coetu quospiam, qui, & simul in ea Congregatione permanerent, & insuper tamen in peculiares convenientes ratio- nes, grata supremo Numini, ejusque Matri servitia certius, perfectius que exhibendi. Cohortem diceres, qualem Persæ quondam, Immor- salē: quod in ea nemo toleretur, quamdiu, si lethiferā se obstrinxit culpā, coram DEO perseverat numerari inter mortuos. Reclite & Tri- riam nominabis, tum ob celebratam in Triariis fidem, & constantiam servandi militiæ, in quam jurârunt, leges, audendique pro his omnia, tum, quod nonnisi tria manipulus hic, si ita vocare placeat, initio nu- meravit capita, qui in tam numerosum, ut hodie est, excrevit Agmen. Quod verò magis admirandum: adolescentes admodum fuere, quibus hæc

hæc debentur incrementa; sed nempe, quorum præ nobilitate quæ
tumvis magnâ, indolis tamen suavitas, & maturitas, ac in primis exi-
mia morum innocentia delectabat adeò, blandèque attrahebat Conto-
bernales, illos etiam, qui annis maiores erant, ut non sequi erubelce-
rent, quæ tenera hæc amabilisque ductaret pietas. Ut hos porro ante-
signanos nominem, fuerunt hi Joannes Rudolphus, ex antiquissima
Kuohniorum Baronum, Comitûmque Familiâ, quæ Comites Habspur-
gicos, seu Archiduces Austriæ, postquam hi Tyrolim obtinuerunt ex
Helvetia illuc secuta, Belasi, Vallis Ananienlis Castro, sedem fixit,
atque inde Liechtenbergam arcem, Gandeggiâmque naçta, Archi-
piscopos hodie, Episcopos, aliosque permultos sacris, & profani
meribus conspicuos Gentiles recenset. Fratri, qui tunc Poëfus for-
diosus erat, frater se junxit Joannes Degenhardus supremæ Grammaticæ
Discipulus. Hos insecurus est Christophorus Fuggerus, Octavianus Se-
cundi, tum in Augustana Republica Duum. Viri filius, illius nem-
pe, cuius, uti & fratris Philippi Eduardi munere, Domos, quas hodie
incolunt, Socij Augustani acceperunt. Iisdem annis, quibus Gregorius
Roseffius, Collegij postea Augustani Rector, in Collegio Germanico Romæ
Convictorum, & Alumnorum disciplinæ moderandæ praefectus adetur,
Octavianus quoque in eodem Collegio cum geminis fratribus Eduardo,
ac Antonio morati fuerant. Quapropter, quod in omne tempus sibi
profuisse expertus est, idem & filio profuturum esse arbitratus est pa-
rens, si nimirum sub cura Societatis adolesceret, ac in primis sub disciplina
Jacobi Rhemij, qui sub eadem tempora, quibus Fuggeri in Urbe erant,
absolutis. Dilingæ mansuetioribus literis, ad severiores condiscendas Ro-
manam profectus, & aliquanto post Societatem ingressus fuerat. Haud
dubie is cum Octaviano, ut fieri solet, cum ex una gente oriundi in ex-
teris plagiis convenient, notiæ haud parùm contraxerit præsertim,
cum Jacobus, eti Brigantiae ad lacum Acronium natus, oriundus ta-
men Augusta fuerit, in qua Urbe antiquitus jam Rhemorum Familia in-
ter Nobiles Patrios, eosque Orthodoxos censetur; ut probabile sit il-
los eo tempore, quo sub annum sesqui millesimum tricesimum septi-
mum, & sequens decennium, turbatissimo Religionis statu multi Nobil-
ies Augusta tantisper migrarunt, Rhemos quoque Brigantiam, quæ Urbs
Austriacis subdita & Catholica est, se recepisse. Ac sanè luctari potuit
Jacobus tam docili, ad omnem probitatem Alumno, & multum vel
ex eo commendabili, quod, cum Sodalitas Mariana, quæ Monachij est,
primum Sodalem simul, & Congregationis Praefectum habuerit ex Fug-
geris, Joachimum scilicet, ita Ingolstadij ex eadem gente Christophorus,
virtutis suæ & innocentissimæ vitæ apud contubernales præjudicio ad
tres primos pervenerit, qui Immortalem, ut suprà dicebamus, Cohor-
tem sub Marris ter Admirabilis vexillo colligerent, ducerentque. Re-
dibit secuturis annis ampla de hoc Coetu dicendi materia. In præsens de
illius legibus, ac instituti scopo, aliquid ut afferamus, videtur rei series
exposcere.

Prima constitutio, & reliquarum constitutionum caput est, ut, qui
jam (quod modo ajebamus) in Sodalitatem alicubi Marianam, Prima-
riæ Romanæ fœderatam adscripti sunt, integrus, ac ad plenius meri-
tum Sodalium officio satisfaciant, conscientiam ab omni lethifero pec-
cato conservent, nōrintque, eo ipso momento, actuque admissi talis
peccati, eti nullus mortalium sit conscius, exterminatos se tamen esse
coram DEO, penes quem solum Liber vitæ absconditus servatur, ex

Colloquistarum (cur ita vocentur, mox dicemus) numero, ita, ut privati maneat meritorum, quæ cæteri Colloquistæ, in celo sibi accumulant, communione, ut & precum, ac Indulgentiarum fructu, quas Apostolica Sedes impertiit, durareque hanc privationem, quamdiu suâ culpâ Numinis gratiâ spoliati persistunt; reviviscit tamen velut novum Colloquij membrum, unaque reviviscunt, privilegia universa, ac merita, quamprimum, qui se illis indignum fecerit, sacra Confessione animum rite expiarit, & Hymnum, quo Almam DEI Matrem Maris Stellam salutamus, pro Colloquio recitaverit. Nec tamen est hodie, cur quisquam ex eo, quod quam saepissimè hæc fese cum DEO, sanctissimâque Matre reconciliandi formula usurpetur, argumentum ducat, quidquam lequius de altero suspicandi, tum, quia, quem statuta ad hanc reconciliationis formam obligant, id & claram, & ubicunquam libuerit, praestare possit, tum, quia hoc religionis exercitium per quam frequenter pientissimi quique, flexis ante Aram Matri ter Admirabilis genibus, in publico Conventu obire, ac post illud, receptissimo jam ritu, quem nec Viri Principes omittunt, terræ osculum libare solcant: ut profecto longè maiorem causam habeas, sanctissimam hanc conscientinem commendandi, & imitandi, quam temerariâ nimis suspicione in deterius signum interpretandi.

Aliud longè efficacius contra noxam mortalem præscripsit antidotum. Colloquij Author, sacram videlicet Confessionem ab ijs quidem, qui intra sancti Ignatij contubernium vivunt, quovis octiduo, qui extra illud Collegium degunt, quovis saltem mense peragendam, deque peracta scriptum à Confessario testimonium exhibendum: cuius legis executio, ut in primæva pietate continuetur, accurate singulis hebdomadis urgetur; quavis nimis sextâ feriâ illico post meridiem in Sacellum, seu Oratorium congregati post recitatas, quæ ab Aede Lauretana nomen habent, Litanias, Colloquijs suis initium faciunt, atque ab his Colloquijs quavis hebdomada uitatis Colloquistæ appellantur, cui voci, si non Grammaticorum Latinitas, pietas certè suffragium dedit. In his Colloquijs disquiritur, quis vigor servandi statuta, quis neglectus, à quo commissus, qui emendant modus; admonentur, qui defecerint, audituntur excusationes, recitantur Epistolæ aliunde à Colloquistis missæ, conduntur, si necesse vilsum fuerit, novæ leges, & cautelæ. Sequitur mox iteratus conventus die Sabbati, ac iterata collocutio, sed alternatis vicibus, ita ut uno Sabbato loquatur Præses continuata exhortatione ad Colloquistas, altero Colloquistæ cum DEO, vel ad DEUM, in meditatione vide, licet, cuius duo bisfariam proposita capita brevi sermone à Præside explicata, postmodum in silentio per quartam horæ partem expendenda sibi sumunt, qui intersunt: neque ut absint, qui interesse possunt, cuique permittitur; nempe & hanc, & leges cæteras cùm observant accurationes, ut, qui Ingolstadio absunt, nisi annuatim de vivendi secundum constitutiones, tum habitâ eousque diligentia, tum habendi in posterum voluntate, rationem, promissumque scripto reddant, sancto hoc fœdere omnibusque ex eo emolumentis ultro se abdicasse judicentur, atque protalibus, qui se abdicaverint, & quamdiu vivunt, & postquam mortui sunt, tractentur. Unde fit, ut annis singulis ex remotissimis usque Europæ regionibus non unæ literæ veniant, Nobilissimorum ex Ecclesiastico, profanoque statu Virorum, quibus testentur nihil sibi magis cordi esse, ac desiderio, quam vivere, morisque inter associatos Matri ter Admirabilis perpetuos Clientes, & Colloquistas.

Cur

Cur hoc præcipue titulo MARIAM Colloquistæ venerentur, sūtis erit post aliquot annorum acta recensendi locū. Interim sat fuerit præsignificāsle, ortam ex tenuibus adeò initij sacratam hanc Cohortem, prope modum sexcentos quotannis complecti, atque in tanto numero tot intra annos nihil remissis servorem, quem ad servitudinem DEO, DEIque Genitrici serviendam, Jacobi Rhemizelus, monita, statuta, & in primis sanctissima exempla inspirarunt, ita, ut credere juvet, plorosque in Colloquio, & statutorum Colloquij observantiā perseverare cum jucunda potius animi voluptate, ac lubentia, quam metu pœnarum in deser tores, ac transgressores; quanquam & harum funesta non desit memoria. Extat epistola à Carthusiano quodam Religioso jam ante annos centum, & plures Molshemio ad Colloquium Anglipolim missa, in qua affirmat, permoveri se, ut in Colloquio, in quod olim adhuc literarum studiosus fuisset receptus, legum tenax persistat, atque ad omnem torporem animo excutiendum se excitet calamitosis eventibus viginti duorum, qui postquam Colloquio fuissent ejecti, gladio, peste, undis interiissent, unum penitus ab Orco in sublime raptum, DEI tamen, ac Divinæ Matris inclamata operurus dimissum fuisse.

Cæterum ut Serenissima, de quibus suprà dicere institui, Lumina, Austriaci, Bojaricique Principes, quos nominavi, quemadmodum pri mos splendores eriendo peculiariter Convictorum Colloquio impertiti sunt, ita secundos Academiae pariter Ingolstadiensi illustrandæ suppeditârunt maximis ad virtutem simul, ac literas incitamentis. Quan quam enim Archidux Jurisprudentiaz, Philosophiaz, quam noster Mathias Mailius tradebat, Philippus, ac Ferdinandus, Albertus demum politioribus disciplinis intra domesticos ut plurimum parietes imbuerentur, per sepe tamen ad Academiam, Gymnasiūmque ventitabant, publicis illic Disputationibus, scholasticisque exercitijs præsentiam commodatu ri, quâ præcipue Joannem Pawlowsckium Cathedralis Ecclesiaz Olomucensis, Brunensisque in Moravia Canonicum honorarunt, cùm is Philosophiaz tunc discipulus sub Joannis Salleri nostri Magisterio, publicas de Anima positiones propugnandas suscepisset.

Iudem Principes invisentem ad se, utpote agnatos, Fridericum Wir tenbergiaz Ducem permoverunt, ut, quanquam Lutheranus, ad inspe candas Gymnasij scholas, aulāmque veniret, in quo, uti non fuit diffi cilis, ita multūm insuper exhilaratus, ubi se perquam venusto carmine, multoque alio venerabundæ eruditionis genere salutari conspexit. Guilielmus porrò Dux, cùm Gasparem Torrentinum, uti pòst dicemus, ex Academia Monachium avocâisset, véluti compensaturus jaqturam, quam ex tanti viri abitu Collegium faciebat, non modo rectigal annum, quod ex recens coemptis Menningensis pagi decimis pendere oportaisset, omne remisit; verūm abolitis cum ipso nomine Feudi oneribus inter cætera Collegij libera, propriaque bona in perpetuum deinceps legitimo decreto adnumerari voluit.

Prout eodem interea tempore in ipsa Urbe Monacensi curas, summa ptusque intendit, ut Collegij, atque in primis Templi ædificium absolu tionem acciperet. Stimulabatur ad hoc urgendum tanto amplius, quanto amplior in annos singulos, in sacra Æde nostra concursus fiebat, Divina Mysteria usurpare cupientum. Incenderat Monacensium pietatem Jaurini amissio. Fortissimum hoc in Hungaria, Germaniæque Histor. Prov. Germ. Sep. S. J. Tom. II. Dec. VI. finibus

290.
Guilielmus
Ducis in
Collegium
beneficium
tua.

291.
Idem Dux
Monacen sis Templi
& Collegij
fabricata
urget.

Monachij ob bellum Turicum Compunctiones. finibus propugnaculum Sinanus, Othomanorum supremus Dux, incertum, an defensionis ignaviā, an proditione, occupaverat; jamque haud in Austriam modō, sed Bojariam quoque Austriæ vicinam, penetratūrū metus erat. Trepidè igitur ad sacra concurri Tribunalia, frequen- tari Supplicationes, vota, precesque ad DEUM fundi. Geminam Com- precationem Guilielmus Princeps Urbi universæ certas in classes distri- butæ, indixit, denis quotidie horis per quatriuum continuandam. Huic

In his conspicua Princeps pietatis. peragendæ novam Divi Michaëlis Aëdem, quanquam Encæniis necduim celebratis, delegit. Confertissimi adsuere Clerus, Religiosi, Popu- lis: nec mirum, utpote Principum stimulati exemplo, qui & primain semper, & ultimam Comprecationis horam, inspectante multitudine, in genua prostrati explebant, pij verè, fidique Duces, qui dom agmina sua Cælo, sanctâ precum violentiâ expugnando admovent, non Ducum magis, quam militum partes, nunc in prima, nunc in postrema acie instanter subjetunt.

Ernestus Elector Coloniensis Monachum venit. Adfuit sub eadem tempora Monachij Ernestus Guilielmi frater, haud pridem Ratisbonæ Comitiorum tempore ab ipso Rudolpho Imperatore Septemvirali Electorum Imperij dignitate, amictu, insignibus coram Augustissimo Germaniæ Procerum Cœtu, Pompâque summè magnificâ exornatus. Mansit cum Fratre sesquimensem, Spectator Tragœdiæ, quam Raderus noster sub studiorum renovationem cum plausu, qui tantæ viri eruditionem, & ex hac famam æquabat, de Divo Cassiano Mar- tyre exhibuit.

Obitus P. Caspari Obergasseri. Accepit interea Collegium haud modicam lugendi materiam ex obitu Gasparis Obergasseri, Brixinæ apud Tyrolenses nati. Spiritualis adjutor quadraginta annos in Societate vixerat, tantò illustrior, cariorq; universis ab eximia virtute, quanto obscurior ipse, ac despiciator quærebat delitescere. Humilia domi, forsique sectatus officia, quanquam sermone valebat non mediocriter, sublimioribus tamen suggestis indignum se professus, magnopere exhilaratus est, ubi impetravit, ut erudiendæ Catechismo puerisæ, plebisque rusticanæ vices sibi relinquenterent; sed nitirum vel in plano docentem sequebatur multitudo, non plebis tantum, sed virorum etiam nobilitate, & officijs, quin & doctrinâ insignium: adeò voci, quam nulla infucabat politura eloquentiæ, virtutem addidit fer- vor dicentis, ac fortitudo spiritus. Jam nullæ tam humiles erant pauperum casæ, quas non subire, nulli tam periculosis, fœdisque mor- bis oppressi, & ulceribus, quos non visere, imò & per tenebrisca in- vestigare tuguria volupe Galpari fuit. His ut de vietu somentisq; provide- ret, non erubuit Magnatum ac opulentiorum civium circumcursare domos, ac stipem emendicare pro egentibus, atque, si unquam, tunc certè totâ, quâ plurimum pollebat, utebatur eloquentiâ, cui cùm elu- cens ex toto ore caritas, sincerâque humilitas accederet, nemo fuit, ne tenacissimus quidem, qui non lubens stipem erogaret.

Ex hac quidquid comportarat Gaspar, ad pauperes ægrotos de- portabat, aut illos, quos verecundia palam mendicare prohibebat, præsertim, quos à morum honestate viciniæ testatio reddiderat com- mendabiles. Quod manebat in zonula residuum, statis diebus, di- spertiebat in mendicabula. Fecit hæc toti urbi perspecta caritatis so- lertia, ut summis non minis, ac infimis Gaspar cum eximia laude in- notesceret. Ut rescutum est, cum decumbere, vota mox, & preces pro

pro ipsius incoluntate sunt factæ à plurimis: non Proceres tantum, sed ipsi adeò Principes Guilielmus, & Renata inviserunt ad ægrotantem. Ubì mortem oppetit, habitæque fuerunt exequæ, modestæ, quam Societas observat, sepulturæ celebritatem insolitam addidit populi universi concursus. Fluebant lacrymæ ubertim, resonabat templum gemitibus, & lamentis, pauperum præcipue, patri pauperum (sic enim vulgo appellabatur) extincto indolentium. Multis post annis celebrata est apud Monacenses gloria viri memoria: Domesticis verò tam eximiè pīj Sodalis oblivionem haud sinit obrepere monumentum, quod reliquit. Paucis ante obitum diebus scriptum uni è Socijs tradidit obtestatus, ut, siquidem videretur, Domus Moderatori exhiberet. Fecit is, quodpetebatur, & Collegij Rector, ut primū Gaspar decesserat, circumstantibus illud Socijs prælegit, ex quo syncerissimè elucebat, qualis & ipse, qui scriperat, fuerit, & quam sancta, & Spiritus Divini plena simplicitate desiderium suum aperuerit, quales ex mente sancti Parentis nostri esse universos è Societate percuperet. Verba scripti hæc sunt.

Ecce Reverendi Patres, Fratresque carissimi, ego, ut videtis, ingredior viam universa carnis. Ecce, quem amatis, infirmatur, & ut appareat, est infirmitas hac ad mortem. Tempus resolucionis meæ instat. Utinam possem cum Divo Paulo dicere: bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitæ, quam mihi reddet justus Iudex! sciat tamen cui credidi. Si in hac Societate JESU, ut bonus Socius JESU, ut bonus Religiosus vixisset, Christum dilexissem, præ oculis habuissem, mundo, & passionibus mortuus fuisset, libenter, & securius jam morerer. Si proximo bene servivisset, paenitentiam egiasset, nec mihi tam diuturnum purgatorium congregasset, tatiusè bac vita migrarem. Peto igitur à vestra Caritate propter Christum, ut mibi ignoscatis, & pro me Deum oretis. Fodere quidem non valeo, mendicare tamen non erubesco. Vici immo ego omnibus & singulis ignosco, & pro eis rogo, & rogabo Deum. Gratias præterea Caritati vestra ago pro maxima in me caritate, benevolentia, humanitate, ac patientia, quæ meas imperfectiones tolerastis. Sint vobis commendatae virtutes: obedientia, & oratio: deinde pauperes, & agroti, & simplices, eos omnes ea humilitate prosequamini, & zelo pio, patientiaque, atque illis virtutibus, quibus nostri primi Patres praluxerunt, & gaudebit cor vestrum in ultima bona. Dic sincerè, & latus moriar, & confidenter, & perseveranter. Si tandem extra Societatem morerer, nescio, quæ fiducia, immo summâ pusillanimitate id fieret. Nibil, vel parum egit, si verò aliquid per me factum est, quantumcunque illud sit, non ego, sed Gratia DEI id factum est, & meritum Societatis. Benedictus DEUS, qui in Societate hac sancta, me usus est instrumento aliquati. Non nobis, Domine, sed nomini tuo da gloriam! Ego tantum præcedam, vos, Fratres carissimi, brevi sequemini: Orate pro me, ut minuatur mihi purgatori-

196.
Epistola P.
Caspari
post huma-
pietate
plena.

um diuturum. Concedat mihi Capitaneus noster JESUS Christus contritionem, perseverantiam, fidem firmam, & patientiam, feli- cemque bujus consumationem vita, JESUS MARIA! Amen.

297.
Eius sepul-
tura in Sa-
cello san-
cte Marie
Magdale-
ne.

298.
Dominicus
Menginus
Serenissi-
morum
Confessa-
rius, mun-
re liberari
petur

299.
Qui Succes-
furus, Ga-
spar Torre-
tius tanti-
sper no-
sros Theo-
logiam Mo-
rali do-
cet, Fede-
rus exter-
nos

300.
Oettingæ
veteris la-
bores.

301.
Prodigiosæ
pax redu-
cta inter
conjugæ.

302.
Dorum
Cenobio-
rum Reli-
giosi par-
tim nostræ

Testamentum hoc pauperis quidem Religiosi, sanctis tamen sensibus dives, visum est dignum Socijs, ut asservaretur, expendendum post hac Nostris, qui Divi Patris Ignatij Exercitijs spiritum quotannis renovaturi essent. Datum est memoriae singularis cultus, quo vivens divam Magdalena semper est prosecutus, ut defuncti cadaver non in crypta nostris sepeliendis destinata, sed in Sacello Divæ Magdalena tumularetur, quod templum ingredientibus ad lævam primum occurrit. Porro nequaquam male stupicabitur, qui putet ex Gasparis obitu occasione sumptam fuisse, ut alius pari virtute conspicuus in Monacense Collegium adveniret. Dominicus quippe Menginus magnopere jam annis fractus, & laboribus, unicè posthac id curandum sibi judicavit, ut cæteris expeditus negotijs æquè feliciter sibi viam expediret ad Superos, quæ præcessisse Obergasserum præsens viderat. Rogavit itaque tum Guilelmum, & Renatam Principes Conjuges, à quorum Confessionibus, permultis jam annis fuerat, ut officio se hoc levarent, tum Moderatores, ut mitterent, quem muneri huic aptum putarent. Et hi quidem Ingolstadio Gasparem Torrentinum misere; at Principes, quanquam suminopere Torrentinum probarent, aliquot adhuc menses exaudire Dominici vota cunctati sunt; unde factum, ut interea Torrentinus nostris aliquot intratimis tanti Collegij parietes Theologiæ Morali erudiendis præficeretur, extraneis eandem disciplinam edocendis Georgio Federo, viro pariter doctissimo relictis. Missi ex Collegio Monacensi Oettingam Veterem Coloni, ruralem do vicinum omne indies frugiferum magis laborarunt efficere.

Oettingæ novæ bis in Quadragesima, singulis hebdomadis, habitez sunt conciones. Vir erat, ac foemina juncti quidem conjugio, sed pessimè dissuncti animis. Prudentior maritus, & concordia amantior, de modo reducendæ pacis domesticæ cogitare coepit; sed in hoc imprudens, quod veneficos consuluerit: dederunt hi nescio quid superstitionæ massæ, quod è collo suspenderet. Verum inflamatæ magis ex eo die sunt Furiales rædæ; itaque meliori consilio vir Oettingæ Veteris querere statuit remedium. Eo prosector, sacrâ que ingressus Aediculam, & Confessionem peracturus, circumspexit, num quæ Tribunal sacrum, num quæ sedentem pro Tribunal cerneret. Et aderant quidem ambo, verum advena, quamvis angusto admodum loco, neutrum oculis potuit deprehendere. Circumspectanti anxiè in mentem venit cera, quam superstitionis characteribus inter punctam collo gestaret. Protinus igitur, longeque extra Sacellum abiicit, & ecce! mox obiicitur oculis suo in Sedili confidens Sacerdos è Nostris unus, apud hunc noxas deponit animi, remedium ex poscit mali domestici, consecratam Ecclesiæ ritibus ceram accipit, & domum redux, uxorem recipit mitem penitus, & placatam: stabilisque deinceps perniciabili, longoque dissidio successit concordia,

Memorabile & illud, ac insolitum. Cœnobij cuiuspiam Praetorius cum undecim suo ex Monasterio Religiosis ad Dominiculum nostrum peregre advenit, ut unâ cum illis Sancti Patris Exercitia obiret, plures secum adducturus, nisi ædium angustiæ obstatissent, quod ubi alterius.

ritus Asceterij Moderator resciit, enixè flagitavit, obtinuitque, ac Nost-
frorum unus ad se mitteretur, quo videlicet dirigentes omnes, quos
sub se habebat, Coenobitæ, sanctæ huic meditandi formæ sele faci-
lius possent impendere. Exercuit se ijsdem commentationibus Gaspar
Ortnerus, illis præcipue, quas sanctus Ignatius de eligendo vita statu
ordinavit, quas cum accurate commeditatus esset Gasparus, ad So-
cietatem animum adjecit, anno jam vita undetricesimo. Quod ta-
men Curionis munere magna cum laude, Trostburgi, Boariæ infe-
rioris urbe, haec tenus esset functus, & eximia concionandi facultate
prædius, atque insuper ardentissime oraret recipi, missus tandem
Landspergam est, viatorus post hac triginta tribus in Societate annis
magno Juventutis Gymnasiæ, quam rexit, magno populi, quam cele-
brioribus è cathedris Orator erudit, commodo.

Cæterum haud uno duntaxat Ortnero Novitio gloriari hoc anno
Landsperga potuit. Alios quoque alia Gymnasia submisserunt ad Ti-
rocinium insignes Juvenes, ac nominis sui famâ egregiè aliquando Pro-
vinciam illustratos, Monachium quidem Georgium Holzhajum in
Suevia natum, & ante hunc Dilinga Jacobum Bidermannum itidem
Suevum. pro quantos viros! Matthæi Raderi ambo quondam fuerunt
discipuli, ac de Bidermanno circumserunt, at hic anni jam Magistri
sui elogium:

Tres ego discipulos habui de mille trecentis
Stengelium saltum, Drexellumque pium,
Atque Bidermannum, qui nunc est alter Aquinas,
Atque Stagyrites, Tullius, atque Maro.

Petro Pranzio, ac Paulo Laymanno Anglipoli missis multas per fa-
lebras eluctandum fuit, donec terminum attingere, ac deinceps tenere
daretur. Pranzio, qui paulò antè Ingolstadtij Catholice Religioni no-
men, ac Dialeticæ operam dederat, nihil, quod minus Landspergam
ire concederetur, obstatbat, quam debita, quæ viœ solvendi causâ
contraxerat, itaque ut pecunias, quantis opus erat, à parente impetra-
ret, Schiltachium Silvæ Herçinæ oppidum patriam suam rediit. Exci-
pitur priùm per amanter; verum, ubi de mutata religione, atque insu-
per de animo Societatem amplectendi indicium fecit gnatus, fratre
enimvero genitor, detonare convicia, jubere, ut in crucem pessimâ
pejorem abiret. Siluit initio filius, tum, ut primas iras deseruisse cre-
didit, mixtâ demissioni animositate rogat, ne moram poneret pijs,
quæ nunquam mutaturus esset cogitatis, metum, si hoc fiat, injicit de
gravi indignatione Alberti Comitis Fürstenbergij apprime Catholici, è
cujus toparchijs aliquam parens, ut Præfectus administrabat. Inopina
hæc de incurrenda Comitis offensâ mentio haud modicè vim retudit ira-
cundiaz: respondet jam mitius pater, passum se forsan, ut iret, quod
vellet Petrus, sed scrupulum sibi moveri ingentem, liceretne submini-
strando pecunias ad expungenda debita viam simul complanare, quæ
filius ad Sodalitatem evaderet hominum, quos toties è suggestis pelli-
mos proclaimari Sycophantas audiret. Consultaturum se proin cum
patre suo spirituali, & quod is suaderet, facturum etiam. Nec mora:
epistolium raptim scribit, nulloque munitum signo, ipse Petro deferendu-
m tradit ad vicini oppidi Prædicantem; Hunc enim vir simplex con-
scientiaz arbitrum venerabatur. In itu explorat Petrus, quid aperta in

domi pes-
tim sua.
Exercitia S.
Ignatij si-
mul obeut.

303.
Gaspar Or-
tnerus Tro-
spurgi Pa-
rochus So-
cietatem
ingrediens.

304.
Celebres
olim evas-
irviri So-
cietatem
incaunt, Ge-
orgius Hol-
zhaj, & Ja-
cobus Bi-
dermannus.

305.
Petri Pran-
zii solertia
in impe-
trando adi-
tu ad Socie-
tatem.

306.
Ipsa Pre-
dicante Lu-
therano
præter vo-
luntatem
opus pro
movente,

charta scripsisset pater. Legit, invitari Prædicantem in diem tertium ad epulas, ad quas enodatio dubij expectaretur, de solutione debitorum, quæ filius contraxisset, de transitu filii ad Catholicos. De cogitato ingressu Societatis nullam fecit mentionem epistola, quod crederet parentis, ab ipso latore codicilli omnia coram expositum iri. Opportunè in rem suam hoc silentio uti constituit Pranzius: ubi ad locum, quo tenet debat, pervenit, mittit, qui Præconem parentis nomine per quam amicè in cauponam, ad quam Petrus diverterat, invitet. Gratissima fuit Prædicanti invitatio. Nihil humanitatis, & officij omisit Pranzius, nihil etiam liberalitatis, quæ virum demulceret. Extemporalis merenda ponitur, dumque Petro blanditer provocante generoso haustu, sapientisque feruulis, haud segnior propriæ carnis, quam alieni spiritus nutritor cuticulam probè curat, tractabilis sanè, atque ad omnia, quæ pretères, facienda flexibilis efficitur. Rogat itaque Pranzius, altum celans, quæ animo volveret, bene potum jam præconem, quain prium Genitori persuadeat, nemoram traheret in pendendo, quod debetur; ære; atque en! protinus spiritualis pater, arreptâ schedulâ, spirituali pariter filio suo in hac verba rescribit:

Bene vivere & valere, vir spectatissime. Quem invitas, babebis post triduum; ut vero ad ea, quæ sciscitari, responsum jam nunc babeas, mei officij, tua interest conscientia. Quid, obsecro, in mente tibi venit, difficile esse in solvendis filij debitibus? justum est, quod exigit, ita liquidissimè mibi compertum est modo. Aequalis contra iustitiam noxa est, mercedem, cum possis, non rependere operario, & creditori debitum. Suaserim ego, ut vel hodie pecuniam numeres, querela ne deferantur ad Toparcham nostrum, si procrustes, fama sua, fama Petri tui ne laceretur apud exseros. Vale ac tui in spiritu patris, Christo te iterum parturientis, salutaria, quamprimum potes, exequere monita.

Lætus hoc responso Pranzius domum eodem adhuc vespere secum id abstulit, & parentis jam religione sibi ducens, ne vel momento venerabili Patri suo immorigerus esset. Petro, quem fideliter cuncta Præconi aperuisse credebat, petitam confessim pecuniam exhibuit. Nec petijt ille plus, quam opus fuerat. Ne tamen Prædicans, quem in tertium diem adfore sciebat, re omni, ut acta erat, penitus cognitâ, texturam bene coeptam male retexeret, maturè discedendi facultate, quam Genitor concésserat, utendum arbitratus, in viam se dedit oxyüs, & Anglipolim rediit, ubi, repræsentato ære, simul & fidem suam liberavit, & à Moderatoribus, quibus constantiam solertiāmque abunde comprobārat, abeundi Landspergam ad tirocinium copiam obtinuit, evasurus utique idoneum aliquando promovendæ Numinis gloriæ instrumentum, nisi collibuisset Superis adhuc tironem è vivis evocare, ut altero post hunc anno referemus, ubi & alia, quæ de memorabilibus ejus ad fidem Orthodoxam conversione pertinent, adducemus.

Per graviora multò obstacula ad montem sanctæ Crucis, in quo tirones nostri Landsbergenses habitant, elutandum fuit Paulo Laymanno, Oenipontana in urbe natus, sed literarum condiscendarum cau-

sā Ingolstadium missus. DEO se consecrare in Societate statuit studiosus
tum Dialecticæ. Enimvero ut receptum, jāmque inter Novitios ad-
missum rescierant Domestici, Mater, frater, affinis illico jurati ad ever-
tendum hoc propositum faēti sunt inimici. Et Mater quidem, et si non
auderet prætendere indigentiam, utpote opulenta satīs, necessarium
tamen orbitatis solatium, quod mortuo marito unicum in filio haberet,
missis, quas lamentis, precibus, minis repleverat, literis, filij undevi-
cesimum agentis annum prima arietare aggressa est animum. Cūm
epistola nil proficeret, venit ipse Pauli frater Landspergam usque, vit
prudens alias, & eloquens, atque jam inter Archiducis Ferdinandi Con-
siliarios adlectus. Permitti sibi postulat, ut soli cum solo fratre
liceat agere: permititur, & quidem iterato. Quid hīc non eloquentiæ
suggessit fratris è tironum Coētu abstrahendi fortiter præconcepta spes,
& cupiditas? gravissima, ut oppugnatori sunt visa, proponuntur argu-
menta, miscentur blanditiæ, junguntur preees, ubi nihil hæ penetrant,
succedunt demum comminationes duræ, objurgationes asperæ: incā-
sum omnia; modestè simul, ac animosè respondet Paulus, decretum sibi
esse in Societate vivere, in eadem mori, spe fretum, adsoe sibi Nu-
men, ut ne unquam admittat, quo mereatur ex felicissimo hoc portu in
tumultuosos seculi fluetus denuo ejectari. Commotior jam antè Con-
siliarius, ad hæc dicta penitus infrenuit, ac, ne vale quidem dicto, ne-
scio quid acerbi minitans, ex domo se proripuit.

Haud inanes fuisse minas, nec prorsus expugnandi juvenis spem Dein affinis
evanuisse, tum patuit, cūm validiores paulò post adhibitæ sunt catapul-
tæ. Lapso dierum aliquot intervallo, adest Oeniponto alias, Paulo
Novitio affinitate junctus. Erathic ab Epistolis Ferdinandi Archiducis,
ac eidem perquam carus. Præter geminos, quos adduxit, caballos,
ternas ab ipso Principe deprompsit literas, quarum unæ Schwicardo
Helfensteinio Urbis Præfecto inscriptæ petebant, suā ille curaret au-
toritate, ut quamprimum Paulus cum affine Oenipontum rediret.
Idem postulârunt exaratæ ad Novitiorum Magistrum Bonaventuram Pa-
radinas: tertiae ad ipsum Paulum, imperiosius multò celerem cum affine
urgebant reversionem.

Et Paradinas quidem copiam abeundi, siquidem liberet, prolixæ
obtulit, sed neutquam acceptavit Paulus; provolutus in genua, ma-
dēnsque lacrymis, præsente sororis Marito, ut retineretur suppliciter fla-
gitavit: Ultimum arietem admovendum ratus affinis fore denuntiat; ut,
nisi juvenem reducat, duos ex Oenipontano Collegio in publicam cu-
stodiā duci Ferdinandus jubeat. Territis, qui circumstabant, saga-
cior Paradinas, nec ocyùs dicto crederidum ratus, percontatur ho-
minem: itanc à suo Principe disertè jussus esset edicere? obmutnit alter
sæque hoc demonstravit silentio, ulterius se loquendo, quām affirmare
posset, processisse. Quin, cūm Paulus multò jam robustius causas ex-
plicaret, cur DEO magis, quām ulli hominū obedire vellet, infraacta
est ipsa affinis importunitas, ut conspicatus, admiratúsque Pauli con-
stantiam, sedato animo Oenipontum reverterit, Socriū sitæ loco filij
nuntium relatus, quām infeliciter & ipse legatione functus esset pro
mundi spiritu apud eos, quos Spiritus Divini gratia jam totos rerum ter-
renarum contemptu plenos, procul à carne abstraxisset, & sanguine;
cælestibus ex adverso innexuisset, ac æternis. Ingentem porro cūm
hac tentatione proventum fecit triumphator Novitius. Hic enim Pau-

311. *Pauli in Societate gloriatur, & ruit, quanti vero apud Superos meriti evaserit, tum licebit conjectare, cùm post vitam annis quadraginta in Societate transactam posthumæ viri laudes referentur.*

312. *Otho Eisenreichius post Alberus in Provinciae Georgius Schrevelius Collegij Rector. Interea, postquam Ferdinandus Alberus octo annis permagna Nostrorum juxta, & externorum commendatione Provinciam rexisset, Otto Eisenreichius Romæ mandatum à Claudio Aquaviva accepit, ut ex Conventu totius Societatis Generali reversus in Germaniam gubernandi Socios onere Alberum Successor liberaret, regendi vero Augustani Collegij munus, & se in Georgium Schrevelium transferret, quod Mense Mayo factum. Haud diuturnam Georgio rectiopem fore ominata est nova fabula, quâ denuō sparsum tota in urbe fuit, intra paucas hebdomades Jesuitis migrationem indicium iri: conciderunt brevi inanissimus rumor, & rumori innixa spes, ac vota religioni tum Catholicæ, tum privatim nostræ adversantium. Ut stetisse Collegium hodierna etiamnum conspicunt tempora, sic ille ipse annus conspexit undetriginta è Babylonie nostris duotoribus, transmigrasse Jerosolymas, factosq; suis cives, ac Doineusticos DEI in Civitate supra montem Orthodoxæ veritatis positâ.*

313. *Fabula de Nostris Augusti pellendis.*

314. *Predicantis Filius fit Catholicus.*

315. *Bojariz Princeps providerit, sui Subditus ne abstrahatur & fidei.*

Prætereundus ex his non est præconis Lutherani Filius, profundi Juvenis ingenij, qui postquam diligent consideratione dogmatum Catholicorum axiomata altè animo combibisset, ausus est ipsis prioribus Magistris crebra congreßione in faciem objectare, quā turpiter discipulos suos falsis imbuerent affanijs. Ex adverlo publicis, privatisque hortatibus laboratum fuit, ne, cùm ingens omnino Augustæ sit numerus hominum Catholicorum utriusque Iesus, necdum matrimonij vinculis ligatorum, qui Lutheranis heris famularem operam addicunt, ex convictu illorum, & contubernalio in confortium quoque Religionis attrahantur. Ad hoc impediendum præclarè excogitatum est, ut Boj Principes certo stipendio civem alant, cui incumbat, si quos ex Bojariz subditis, ancillas præsertim, circa quas crebrius est periculum, transfugio ad hæresim propinquos implicitosve jam esse intelligent, omnem curam adhibere, ut discriminari, ac ruinæ perpetuæ subducantur, vi etiam adhibitâ; siquidem extra territorij Augustani limites deprehendantur.

316. *Jacobi Köplini Abbatis ad S. Udalrici pietas in promovendis Exercitiis S. Ignatii.*

Jaçobus Köplinus Imperialis Cœnobij ad Divorum Udalrici, & Afræ ex Ordine Sancti Benedicti in Urbe Augustana per decem & amplius lustra Antistes, vir exercitâ difficillimis temporibus, casibusque prudentiâ, tolerantia, fortitudine, longè magis vero religiosis virtutibus, ac disciplinæ post restitutos ab exilio in Monasterium subditos, unâ reducendâ studio, atque in præfens usque tempus, uti palam est, perpetuandâ laudatissimus, posteaquam prioribus annis iterato sacris ad normam à Divo Ignatio præscriptam commentationibus animum excoluisse, hoc anno earundem usum cæteris etiam Cœnobitis suis permagno cum fructu communem fecit, missio, qui, ut eadem methodo piè commentandi Magister fieret, ad obeunda domi nostræ sancti Ignatij Exercitia viro quopiam è suis insigniter dæcto & religioso.

317. *Mors Theobaldi Stozi. Ejus obitum.*

Tertio idus Novembbris è Sociorum numero morte sublatus est Theobaldus Stozius, is, cùm antè annos duodecim, ut tunc meminimus, ad præsecandam litem à Mylio Prædicante intentatam, Oenipontum fuisset missus,

missus, postmodum Mylio ipso ob molitiones contra Magistratum urbe pulso, Augustam redire jussus est, moxque antiquo nomine patris pauperum, quod secum abstulerat, celebrari denuo cœptus, adeò confessim, ut intra Domum religiosæ disciplinæ, & profundissimæ demissio- nis exempla, ita foris indefessæ caritatis repetitæ studia, erga ægros præcipue, inopes, & carcere, vinculisque detentos, quos afflidius consolator Theobaldus, corrogata stipe, & somentis recreabat. Si qui ad supplicium educendi erant, paratus jam ille ad comitandum adfuit, ut animæ mox ad æterna migraturæ felicem procuraret abitum. Fuitque in hoc officij genere factum insigne diu omnium ore celebratum. Condemnatus ad rotam latro fractis cruribus ac lacertis, sed integris præcordijs spiritum trahebat inter cruciatus acerbissimos: æstus erat propè intolerabilis, cuius evitandi causâ, omnes umbrarum opaca quæsiverant: perficit solus Stozius non absque valetudinis periculo inter ardentissima lolis spicula, idque unum sollicitus, ne quâ homo miser dolorum vehe- mentia in desperationem; & impios contra DILEM questus ageretur. tamdiu ad patientiam, constantiamque in sufferenda pœnâ ferventissi- mus hortator extimulavit, donec post ternas denique horas homicida expirasset, relicta prope modum indubitate spe de malefactis bonâ mor- re expiatis. Sero tandem ingraevescente, & corpusculo afflidiis labo- ribus fracto, in morbum incidit vir optimus minimè diuturnum, aut alio- rum judicio mortiferum, qualem tamen ipsemet præsensisse judicatus est ex eo, quod ubi pane vitali refectus est, illico extremæ etiam Un- unctionis Sacramentum sibi administrari flagitaverit, quo impetrato cir- cumstantes prium ad exactam legum de oratione observantiam brevi- ter cohortatus, erratorum veniam petijt, simûlque summo sibi solatio esse, quod in Societate moreretur, attestatus est, ac velut in asser- tionis firmamentum, formulam, quâ Religionis nostræ vota nuncupa- mus, innovavit, tum placide, ceu obdormiscens, paulò post vitâ, sed non ex hominum memoriâ excessit. Ingens Catholicorum multitudo ad sepulturam convenit: funeri Parentis sui egentes, nutritoris inopes scholarum discipuli, consolatoris ægrotantes, hærentesve in carceribus, omnes demum solerti Operarij, magnopere, diuque indoluerunt.

Longè pluribus imminutnm est capitibus Collegium Dilinganum, non tamen mortis falce, sed obedientiæ jussu, quæ homines Societatis emortuo cadaveri similes fieri condocefacit, in omnem partem, locumque versatili Rectorem Collègij, & simul Academiæ loco Andreæ Silvij esse jussit Claudio Aquaviva Mathiam Marium, seu Mayrhoferum: 318. Ex Dili- gano Collègio Socij nonnulli mitruntur alio.
Julius Priscianensis Academiæ Cancellarius, Socium agere Othonis Ei- senreichij Provinciam lustrantis est jussus. Jacobus Frejus, cum quater- nos, quibus supremam è Philosophia lauream nuper imposuerat, Land- spergam ad Tirocinium deduxisset, ibidem in subsequens etiam tem- pus ipsemet substitit. Denique undeni, addicendæ scientiæ, quâ mores Christiani informantur, addiciti ex hoc domicilio Monachium fue- runt traducti.

Quæ fuerit Academiæ per vicinas Provincias fama, exinde conjectes; quod ex duobus, ac triginta Cœnobis plures quam septuaginta diversorum Ordinum Religiosi in Divi Hieronymi contubernio fuerint numerati, in Academia verò plures, quam quingenti literarum studiosi: sexies omni- no è sola Philosophia disputatum est publicè, ubi inter eos, qui positio- nes suas eruditissimis responsis propugnaruunt, eminuit Hippolytus Wol- ken. 319. In Collegio S. Hierony- mi septua- ginta & plures Re- ligiosi, Scholasticæ quingenti.

320. kensteinius, vetustissimā in Tyroli prosapiā editus. Templi Acadēmici ornementis amplificandis Catharina Neuneckia ex Equestri Buonhöfforum apud Suevos Familiā, trecentos florenos donavit, ducen-
tos penui Wolfgangus Elvacensis Ecclesiae Princeps, ac Præpositus.
Hippolytus Wolken stainius theses publicas pro-pugnat.

321. Descendit ad hunc, novus Rector, tum ut grates diceret, tum, ut, quos prioribus anniis alij ex Collegio suo missi ferè quolibet trimestri in animarum coīmoda suscepérunt labores, ipsius hoc anno subiret.
Præpositus Elvacensis & Cathari-na nata Buobenho-fia in tem-plum & Collegium benefici.

322. Fructum ex ijs etiam cum incremento retulit. Pessimè id habuit Prædicantem Lutherani in vicinia oppidi, ut dolorem cum oculis com-municaret, è suggestu omnem, quam animo conceperat, rabiem inter assueta his hominibus in Societatem convicia expectoravit. Postulatus de calunnia, quod male sibi etiam apud suos metueret, judicū se Tribunali clām subduxit, atque Nostrum pagos obeuntem affec-tus ve-niam rogavit, quam is quidem facile indulxit. Non ita Elvacenses dissi-mulandam existimārunt proterviam: cùm præco, velut re jam penitus composita, ac Nostrate Dilingam̄ reverso, Elvacum fortè ingressus fuisset, tentus, est, & quod hospitem Religiosum non nisi ex odio officij, quo is veræ fidei, & probitatis dilatandæ causâ gnaviter pieque functus esset, gravi læsisset injuriā, coram honestissimo Cleri, Magistratū, ac Civium confessū mendacem se fateri, ac reludante necquicquam gut-ture, palinodiam canere compulsus fuit.

323. Horridior, ut quidem nonnemini videbitur, eventus Oeniponti in Mirabilis occasio de-cidende controver-sie in favo-rem Colle-gii Oeni-pontani. Tyroli jura nostra, famaque tutatus est. Venerat in urbem hanc Alexander Fabri, Andreæ Cardinalis Austrij, qui Brixinæ simul, & Constantiæ Episcopus erat, Vicarius Generalis, vir doctus admodum, probusque, sed cui res Societatis, juraque, & privilegia prorsus adhuc erant incognita. Hoc ut exploratum fuit urbis Parocho, qui jam sa-pitus sub Thoma Spaurio Antistite, bono quidem, ut credidisse juvat, animo, sed irrito semper conatu, agendi cum proximiis ex instituti nostri ductu ratione oppugnarat, cum interquievisset hucusque potius, quam acquiesceret, opportunitate virum, qui facultates nostras ignoraret, præoccupandi usus, novam, haud tamē nisi veteribus querelis instructam litem Collegio movet; Rectorem itaque Joannem Fabrum ad colloquium accersit Vicarius, & quid Curio conqueratur, indicat. Promptè reponit Joannes argumenta, quibus & Societatis causam hactenus integrum conservavit, & porro etiam conservandam esse confidat. Sed præformata jam erant Fabri unius judicia tam profun-dē, ut à fabro altero facile in aliam formam recudi posse non appa-reret: verū ecce! dum hic pro vetere potestatis, hic pro novae facul-tatis à summis Pontificibus concessæ usu, ac vigore disceptant, re-pentinus affertur nuncijs, Parochum suis in ædibus apoplexiā taetum, & subitanea morte, velut in momento extinctum fuisse. Obstupuit hoç auditio uterque, Joannes præ admiratione, Alexander præ terrore, atque is quidem mitior illico, sedato jam animo, Rectorem dimisit pollicitus, expensurum se, quas audisset rationes, neque moturum quidpiam contrā, si deprehendisset solidas. Et verò deprehendisse ex eo ostendit, quod non modò adversus nostrum in animarum causis tractandis morem quidquam statuerit, verū perpetuus exinde privi-legiorum fautor, defensorque fuerit.

324. **Ratiō fuscipendi Sa-** Consecrato sub idem Tempus Chrismate, Confirmationis Sacra-mentum populo impertitum suit, cuius sanctitatem, fructumque mul-tiplicem

tiplicem cùm Socij è suggestu, & in catechesi gnaviter declarássent, non adducta solùm est pueritia, verùm & adulti, atque inter eos etiam nobilitate insignes ad Mysterium hoc salubriter percipiendum, expiato Confessione animo, feso apparaverunt.

Fuit unius ex his memoranda conversio. Tam obstinato, tam-^{225.}
que feroci in eos, à quibus injurias acceperat, æstuabat odio, ut (quod
forsan inauditum) integro triennio impiissimè mutata, quam Christus
ipse docuit, DEI orandi formulâ, verborum loco, quibus ut dimittan-
tur nobis debita nostra, precari jubemur, has voces inscruerit:
da mibi, Domine, occasionem, ut me ulcisci queam de inimicis meis.
Tam efferatum peccatum quis speret cicurari posse? Enimvero multis pre-
cibus implorato, quod unum supererat, Numinis auxilio, afflatuque,
Nostrî cautem hanc mollire aggressi, fregere tandem hominis pervica-
ciam, ut, positis ex animo diuturnis iniuricijs, serio malitiæ lux pœ-
nitens, serian quoque cum hostibus inierit concordiam. Porro tam
Oeniponti quam Halæ multum quidem negotij, optati tamen & iucundi
di Nostris dederunt milites, qui à Ferdinando Hetruriæ, alijsqûe Ita-
liaæ Ducibus missi suppetias veniebant Cæsari adversus Turcas bellum
molienti in Hungaria. Naði enim Confessarios linguae italicæ gñaros
illorum hortatu permulti Confessione priùs animum relevârunt, quam
naves concenderent, secundo Oeno in Pannoniam delapsuri, & se-
cundiora simul habituri omnia, sive triumphos ipsis, & victorias, sive
æternitatis portum destinarent Superi.

Geminavit pariter labores geminis in Helvetia Collegijs latè pro-^{326.}
pagata pestilentia, quam peregrinus institor Friburgum Nuithonizæ ^{Friburgi}
intulit; minùs tamen urbi noxia, quam ijs partibus, in quas ex Fribur-
gensí urbe feso effudit. Unde quamvis non pauci discipulorum metu
contagij alio migrarunt, scholæ tamen nunquam clausæ, nec intermis-
sa sunt à cæteris literarum exercitia privata, ac publica. Favit Socio-
rum industriaæ, quam sanandis lue infectorum corporibus perinde, ac
animis inter assidua pericula impendimus, tam benignè supremum Nu-
men, ut omnes servârît incolumes: Magistratus quoque, ut æstimari à
se agnoscerent Socij, quam in eo communi urbis periculo necessariam,
tam prolixam Societatis operam, non uno duntaxat comprobavit be-
neficio. In Lausannensi valle, nescio-qui, vineas Collegij, jurâque
alia vendicare sibi sunt adnisi, depromserunt Nostrî tabulas, queis li-
quidum fiebat, bona illa Collegio deberi, ocyus, lite in perpetuum se-
ctâ, quielcere adversam partem Senatus jussit, & quietam Societati
possessionem relinquere, tophos item pro ædificio, vechuras, asseres
liberaliter suppeditavit, demum gravis ut amoveretur calunnia, foli-
cità providit.

Impudens Mulier dissipare famam per urbem cœpit, Concionato-^{328.}
rem cum honesta matrona turpi usum esse commercio, ex quo conce-
ptum fœtuum scelestæ mater arcano maleficio depulerit. Vicarius Epi-
scopi de mendacio certus, non tam ut innocentiam infamati defenderet,
quam simul ut fœminæ proterviam castigaret, petijt à Curia, ut cam e-
quuleo subjiceret; fecit hoc absque mora, facileque extorsit, ut coram
judicibus mendax lingua infamiam, quam intusset, merum esse figmen-
tum confiteretur. Ulteriora supplicia infamatus ipse magna religiosæ
mansuetudinis commendatione est deprecatus.

329. *Lucernensium urbem, viciniā inque eadem, quæ Friburgensium lues
corripuit, eadem Sociorum in omnes locos sese exporrexit animas in
tanto discrimine juvandi sedulitas, ex his unum, quem sancta universis
commodandi aviditas & ipsum denique lecto affixit, DEI tamen ca-
ritatem hanc remunerantis servavit benignitas, ac restituit valetudini.
Usitatūm haec tenus, nescio quā ex causa, fuerat, ut ad illos, qui carce-*

330. *te tenebantur etiam cùm ad mortem condemnati jam essent, nullus ho-
minum quorumcunque admireretur, nisi die ipso, quo ad supplicium
ducendi erant. Effectum bona Magistratus venia, ut Sacerdotibus fal-
tem aliquot ante diebus permitteretur aditus miseris præparandis, ut
toleranti magis, purgatóque animo fatalem horam, terminūmqne subi-
test.*

331. *Cum multa alia prosperè agerentur, una res acerbitatē, dolorēmq;
attulit. E quatuor columnis, quibus erectum haec tenus, sultūmque stetit
Collegium, primariam mors dejicit Ludovicum Pfifferum, virum de-
quo jam à primo Sociorum in Helvetiam adventu præclarām sèpius men-
tionem fieri ejus in Societatem beneficentia jure suo postulabat. Præ-
cipuis in urbe functus officijs, quin & supremus diu Reipublicæ totius*

332. *Eius officia
& virtutes. Prætor, ingentem à prudentia, ingentem à bellica fortitudine au-
toritatem, famāque est adeptus, sed longè maiorem à propugnandæ Re-
ligionis imperterritō zelo, æqui, rectique tenendi constantiā, & largā in-
egenos liberalitate. Erga Societatem amoris fuit planè eximij, & pro-
fusi. Quantis consilijs, curisque cum tergeminis fratribus Joanne,
Jodoco, Rudolpho institerit, ut Societas in Helvetia, ipsaque Lucer-
nā coloniam figeret, olim conspeximus. Quid deinde cum ijsdem*

333. *non egit, ut Respublica, varij Principes, Ordinesque suppeditandis
Collegio opportunitatibus, necessariisque subsidijs præstò essent? quanta
non suo ex ære subministravit? triginta facile florenorum millibus æsti-
matur summa. Expensas certè ædificando, ornandoque Collegij tem-
plo solus ferè sustinuit: auditusque persæpe est dicere, nil optatum sibi
magis fore, quām ut absolutam spectare posset hanc fabricam: specta-
vit, videruntque diu adhuc ejus nepotes, donec longis post tempo-
ribus nova splendidissimāque Aedes Divo Francisco Xaverio tum Reipub-
licæ, tum multorum primæ in Republica dignitatis, atque inter hos e-
tiam Pfifferorum collatione constituta fuit: quod ideo factum, ut habe-
retur opportunitas ampliandi veteris Collegij angustias, atque ad has
tollendas, quod summè necessarium erat, etiam veteris templi spatio
occupandi. Vivit, florētque adhuc & Ludovici, & Fratrum posteritas,*

334. *ex qua Superioris Germaniæ Provincia nostra non solum continuæ haec te-
nus beneficentia monumenta, verū, haud secūs, ac Lucernensis
Respublīca, viros habuit, habetque hodie gentis præclarè muneribus,
rebūsque insignes. Cæterūm in exornando templo adjutorem Ludo-
vico se addidit germanus frater, qui florenos numeravit quadragin-
gentos, ut collucentis ante Aram, in qua Eucharistia sacramentum
asservatur, lampadis nutrimentum ex olivo perpetuari posset.*

335. *Bruntruti coepit augeri scholarum incrementa, ut quadringentis
plures, & ex his novendecim diversarum familiarum Religiosi jam ades-
sent discipuli, quorum numerum haud omnino quidem fustulit, mul-
tum tamen diminuit pestilentia metus, quæ propinquas terras infesta-
bat. Socios tamen amor, cupiditasque animarum lucra conquirendi ti-
more multo potentior, non semel in circumiectam viciniam expulit. Ad
Bur-*

Burgundiæ finitimos limites proœctus unus, ut frumentum, quos ex auditis sicutissimè concionibus, & Catechesi retulerat, conservationi pro-^{336.}
videtur, incolis persuasit, ut Sodalitatem conflarent Divinæ Crucis Titu-
lo Sacram, in quam qui adscripti essent, primarijs legibus tenerentur
suas, alienasque linguis à diris execrationibus, ac blasphemis vocibus
compescere, curæ suæ commissos Catholicae Fidei præceptionibus im-
bucre, ante nocturnam quietem diurna recte, malève acta revocare ad
examen, necnisi conciliato DEO somnum capere.

Pro Collegij Constantiensis fundatione crebra quidem fiebat consul-^{337.} Constantia
ratio, sed multis implexa difficultatibus, quin tamen pauci, qui illic
agebant Socij, se impediri sinerent, quò minores mentis præclarè agerent, labores, &c
pro salute proximi. Octogenos in Ecclesiæ communionem restitu-
runt, neque minor in Catholicorum salutem incumbendi ardor ambo
lacus Acrionij littora pervagatus est: inde factum, ut indies fiducia erga
viros tam navos, & industrios, numerisque amicorum cresceret. Viri
nobilissimi Alexandro Hellero spiritum pijs, quas à sancto Parente suo
Coetus noster accepit, Meditationibus excolendum tradiderunt. Ca-
thdrales Canonici savebant prolixè admodum, unus ex his luculentam
librorum Theologicorum vim dono misit. Jacobus Fuggerus summæ
Ædis adhuc Præpositus, verni jejunij diebus singulis, in Sacello Episco-^{338.} Jacobus
palis Palatij, nostris usibus commodato, quinquagesimum Psalmum, Fuggerus
magno concurrente populo, suis impensis decantari curavit. Adeò nostras
quacunque Fuggeri habitabant, Fuggerianæ liberalitatis in So-
cietas nomen, & functiones promovendas circum,
ferri deprehendimus monumenta.





HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA. DECADIS SEXTÆ ANNUS QUINTUS.

SEU

CHRISTI MDXCV.

S Y N O P S I S.



Eniponti mors Ferdinandi Archiducis, n. 339. Ejus beneficentia erga Societatem, n. 341. Engelbardus Wölckensteinius, & Balibasar Schrottenbachius in Collegium Oenipontanum benefici. n. 344. Elisabesba Maximiliani Ducis Conjux, Confessarium, & Concionatorem è Societate deligit. n. 349. Scelerati hominis per spectrum convercio. n. 353. Domini Mengini elogium. n. 357. Mors, & Elogium Baptista Confluentini, qui fuit Author condenda. Domus sancti Gregorij. n. 363. &c seq. Mors, & elogium Bonaventura Paradinas. n. 367. &c seq. Ingolstadio discedit Ferdinandus Archidux, postea Imperator. n. 379. &c seq. Discedunt pariter Principes Boij, Philippus & Ferdinandus n. 392. Ante discessum publicam disputationem ingenti cum laude subeunt. n. 393. Libri editi à Gretsero, Valenzia, ac Vöttero n. 398. & 399. Vötterus vita periculum incurrit n. 346. Hylinus insignis Concionator Ratisbone. n. 400. Pagus Löders ad Ecclesiam reductus n. 419. Christophori Scheineri elogium. n. 427. &c seq Fuggerorum Conjuges beneficæ in nostrum templum, & Sodalitatem. n. 435. Incendiam Arcis Dilingana, Eucharistiâ è templo Collegij prolatâ, remittit, & extinguitur. n. 436. Urgente Hieronymo Portia Nuncio Apostolico, Antistites Cœnobiorum in superiore Suevia 15000. florenorum ad Collegij Constantiensis fundationem ponte offerunt. n. 441. Constantiensum erga Religionem propensio, ac progressus. n. 443. Brun-

trutti

eruti instituta Sodalitas Mariana n. 449. Lucerna pectoris. Socij frugiferi simul, & incolumes. n. 452. Templo Friburgensis Collegij ex Bavaria usque Dux Guilielmus submisit pretiosa donaria. n. 454.

PRÆCIPUUM Domieilij Constantiæ firmandi fulcrum Car. 339.
dinalem, & Episcopum Andream tristis nuncius, qui Oenipontani Tyrolim universam, atque adeò Collegia illic nostra mors Ferdinandi A. lucretu implevit, Oenipontum abire compulit. Mensis chiducis, Januarij die vicesimo quarto Andreæ Parenz Ferdinandus Archidux Austriae, Tyroleos, ac Provinciarum, quæ Austriae anterioris nomine veniunt, Dominus, mortem oppetit, exactis vitæ annis quinque, & sexaginta. Heros fuit ornamenti omnibus, quæ in magno Principe desiderare posset, terræ orbe universo inclytus. Bis in Hungaria supremus Copiarum contra Turcas Ductor, fortitudine bellicâ, & victorijs claruit, tertio cum eadem potestate ab Rudolpho Imperatore fratris filio præficiendus castris, nisi ad acriorem 340. un., illum pugnam pugnandam dolores ex hydrope, & calculo vehementissimi, morsque ipsa adegissent: illos toleravit patientissime, hanc obiit pessimum in palatio suburbano, quod ab jucunda requie noimen habuit, brandis Lure rebus Tyrol. concessâ utique in perpetuum à bonis Superis. Ita confidere nos jubet ritæ tenor ab iustitia præcipue, sollicitè administratâ, sacrarum Aedificiū structurâ, & ornatu, precationibus denique ad DEUM continenter insistendi frequentiâ plurimùm commendatus, Religionis præterea Orthodoxæ in subiectis Provincijs propagator, ac defensor vigilansimus.

Cum Societatem nostram tum Patris Imperatoris Ferdinandi judicio, Erga Societatum & Collegium Oenipontanum beneficium proprijs experimentis ad sanctas hasce curas esse videret nequaquam inutilem, amare cœpit, & continuis afficere beneficijs, præsertim, ubi liquido ipsi patesactum est, querelas, quæ contra Socios nonnunquam delatae fuerunt, solidæ veritatis inanes, ex meritis conflatas esse calumnijs. Tumulum adhuc vivens sibi ipse construxerat in Sacello Aedi Aulice apud Patres Franciscanos adstructo, quod à copioso argenti ornatu argenteam hodie Capellam vulgo appellant. Graves tamen intercesserunt causæ, cur non nisi post sesqui annum cadaver sepulchro huic illatum fuerit, ut loco suo recensebitur.

Persticit in Aula Oenipontana cum memoriâ & veneratione sui nuper Principis, studium quoque imitandi illius benevolentiam adversus Collegium. Luculentis hanc demonstrarunt beneficijs, ipsa in primis Anna Catharina quandiu in statu viduitatis aliqua penes eam rerum potestas fuit. Ordinem deinde Servarum Magnæ Domini sub tertia, ut appellant, Regulâ, unâ cum filia (Annam Eleonoram, alij Annam Catharinam vocant) non solum est amplexa, verum etiam amplum domicilium, templumque ædificavit, suæ filiæ, ac Nobilium, quas ad idem vivendi institutum exemplo suo attraxerat, habitationi per quam accommodum, ubi mores, quos domi sub cura Societatis à Matre Eleonora Austriaca, principe pientissima, ad educationem adhibitæ hauserat innocentissimos, ad religiosæ vitæ perfectionem provexit, formamque disciplinæ impressit, hodie dum in Regulari illa, ut vulgo appellant, Domo, vividam, vegetamque.

Jam

344. Jam & Procerum Oenipontanorum benevolentia fovere pergobat Engelhardus Wolkensteinius & Balthasar Schrottenbachius in Collegium benefici.

345. Parthenonis Regij pro Societatis in Gallia calamitatibus avertendis opeim è Cælo devotare contenderunt. Quanquam præjudicata apud exteram gentem adversus Societatem caula non eousque valuit, ut in Germania quidquam in eorum, qui tam Divinatum, quam humanaarum rerum potentes erant, animis de judicio, & amore, quo in Ordinem nostrum serebantur, posset immutare, quin commiserationem ciebat potius, & beneficentia incrementa, atque iterum gaudia, & gratulationes, postquam potentissimi rerum omnium Arbitri auxilio, & nunquam sat prædicando Regis Henrici quarti beneficio, Gallia univerla, quatenus tunc à Calvinio, hodie penitus exterminato, non stabat, Societatem in antiquas, quin & novas postmodum sedes, suis velut humeris plaudens, exultansque retulit.

346. O Templi Monacensis fornix clausus. Bojorum certè Principes vix unquam magis perspicue commonistrarunt, quam stabili Socios completerentur benevolentiam. Guilielmi Ducis advigilante continua stimulatione, præaltum templi fornicem eò perduxerant Architecti, ut pridie nonas Maii claudi potuerit vasti, mirique operis concameratio. Sæpè ipsus adfuit Rei Divinæ Princeps Genitor, sæpè Filios secum adduxit, qui etiam, ex peculiari erga DEI param pietate, in Sacello Templi, Virginis honoribus dedicato, palam ad Divinum accesserunt Epulum. Decreverat Maximilianus Guilielmi Primogenitus, iter in Lotharingiam, bonam Pontifice legis Ecclesiastice veniam indulgente, nuptias peracturus cum Elisabetha Caroli Austrasiorum Ducis, Avunculi sui, filia. Itineris Comiti Gailbergero id temporis in Aula Cancellario Socium tunc nostrum Christophorum Marianum adjunxit. Ut auspicato tractaretur negotium, Guilielmus Parent Sacerdotem è Nostris Christophorum Zehetmairum pretiosis cum donarijs in Italiam misit, Laureti ad Aram DEI Matris, Romæ ad Tuinbam Apostolorum offerendis. Et verò felix evenit coniugium, licet enim prole infœcunda futura esset nova Nupta, fœcundissima tamen, extitit uberrimis Sanctimoniaz exemplis, quæ Domus Bavariae posteritati, subditisque omnibus reliquit, memoranda fusiùs, cum de illius obitu dicendi tempus advenerit. Ubi Monachium attigit Confessarium, ut petierat,

347. Maximilanus Pater caps in Lotharingiam abiens, co. item è Nostris assumit. Christophorus Ze- ducban- reym cum domo mix- titur. Opportunè quoque militibus Italis cecidit, quod Sacerdotes domi habuerimus, qui linguam callerent italicam. duodecim facilè illorum millia fuerunt a varijs, ut jam anno superiori, Principibus missa in Hungariam. Integræ ex his cohortes, prosequendo expeditius tum futuro itineri

348. Elisabetha Maximiliani uxoris Jacobus Man- ragum Confessarium, & Concionariae Socieitate deligit. **350.** Italia mili- tibus in

Opportunè quoque militibus Italis cecidit, quod Sacerdotes domi habuerimus, qui linguam callerent italicam. duodecim facilè illorum millia fuerunt a varijs, ut jam anno superiori, Principibus missa in Hungariam. Integræ ex his cohortes, prosequendo expeditius tum futuro itineri

itinéri, tum sacro contra Othomannos bello, conscientias peccatorum onere levârunt. Ut par sibi levamentum pararet, quanquam ad omne virtutis studium expeditus semper & pervagil, Bartholomæus Schollius Episcopi Frisingensis Suffraganeus, pro ea, quam habebat, animum ab omni nævo mundum procurandi, servandique solicitudine, aliquot in Collegio dies posuit, ut intimas mentis latebras ad retexendam, purgandamque generali Confessione vitam scrutaretur. Orthodoxæ Religionis veritas, Divino operante Spiritu, Nostris facem admoventibus, vginti tribus illuxit.

Ex ijs, qui rectè quidem ajebant se credere, sed abnormen penitus agebant vitam, decretum uni cuiquam erat sacris posthac abstinere Mysterijs, ut vitijs, quibus innexus erat, indulgere posset licentiūs: triennium abstinuit, triennium sese in scelerum luto volutavit. Solus aliquando cùm iter saceret, audit à tergo vocem, velut defuncti quondam parentis, quocum male, dum viveret, sibi convenerat, commotus hoc sono respectat, & en! spectra horrifica inconditæ magnitudinis, oris tetri, coloris nigerrimi, nec verò muta illa, Quousque, exclamant, feremus scelestissimum hoc probrum terras obire? quin abripimus ad inferos aternis cruciaribus pridem dignissimum? cum his vociferationibus abire tum quidem; at binis, quæ insecuræ sunt, noctibus redeunt eadem larvæ, repetuntque minationes pridianas, ille tremefactus implorare Superos, detestari admissa, seriam spondere tum scelerum Confessionem, tum vitæ emendationem. Quæ cùm secum actaret, illico ad lucem toto cubiculo diffusam spectra sunt fugata, atque tum evenit, quod misericos Numen tot spectavit aut visis re ipsa objectis, aut terroribus, quos perturbata tot criminum laniatæ conscientia sibi met ipsa excitavit. Consurrexit homo quantocytus, atque inter algidos sudores Monachium remeans, nihil prius habuit, quæ, ut Nostro, quæ accidissent, trepidè enarrans, aures sibi mox confessuro flagitaret præberi, & peccatorum, ad quorum pœnitentiam tam mirabili Servatoris sui bonitate perduceretur, ejusdem nomine veniam indulgeri.

Venit quoque Monachium vir aliis summo loco natus, nec minore honestatus officij dignitate. Spes eum recuperandæ valetudinis huc adduxerat, sed cùm hanc ingravescens morbus omnem sustulisset, apercitur Noster, ut paulò post morituri Confessionem excipiat: mirum! quasi cum noxis animi morbi malum omne, absterrisset, se ipse vix capiens totus convaluit, moxque ad Ædem nostram se contulit, summo DEO debitas, ut par erat, gratias persoluturus.

Non minus admirationis habuit sanatio alterius. Violentiâ dolorum rationis usum amiserat, evocatus è Collegio Sacerdos, omnibus cubiculo exesse jussis, fusâ ad DEUM prece, compotem sui ægrotum invenerit, audit rite confidentem, sacro Viatico refici, atque extrema Unctione liniri curat. Expestatabant omnes ultimum moribundi anhelitum, cùm ille caput erigens, levatum se doloribus, levatum morbo gaudens affirmat. Non ipse, non alij postea dubitârunt quin receptam valetudinem Sacramentorum virtuti gratissimo animo attribuerent.

356. *Valeudina-
rium stru-
cum pro
infirmis.* Ipsum tamen interea Collegium solicitudine non caruit tum morbi-
dos curandi, tum funera, ut opportunè omnino Guilielmus Dux consi-
lium ceperit, valetudinarium struendi pro infirmis, quod interiore Col-
legij parte, quâ in hortum prospectus patet, aliquot cubiculorum tractu
hoc anno perfectum suit, in quod cùm nonnulli morbo afflitti fuissent
illati, satis factum suæ humanitati non putâscent Principes, si, quoties ad

Collegium vel triclinium venirent (& ventitabant sàpius) non etiam ple-
rumque ad ægrotos recreandos, solandosque inviserent. Cæterum
ex illatis in hoc novum ædificium, elati penitus ad tumulum magno So-
ciorum luctu fuerunt terni, magnis in Provincia in meritis, magnis intra,
extrâque Domum exemplis virtutum commendabiles, singuli magnorum
pro DEI gloria operum ferè non inceptores tantùm, sed perfectores.

Primo inter hos funestus Aprilis extitit die mensis duodecimo. Domi-
nicus hic Menginus fuit, natione Lotharingus: ab ipso sancto Patre Ignat-
io in Societatem receptus, missusque ab eodem sexto post anno Vien-
nam, ut, quem aptum judicaret, qui cùm primis illic Socijs, primi
in terris Austriacis Collegij initia poneret, speique & expectationi
Ferdinandi Regis optato fructu implendæ adlaboraret. Quod cùm
strenuè ab eo factum intellexisset Jacobus Laynesius Ignatij Successor,
ire illum in Bojariam jussit, rursum inter primos futuruin Sodales Colle-
gij, quod in Urbe Monacensi Albertus Princeps nuperrimè poni curave-
rat; creatus interea Sacerdos, ac tria Societatis vota professus, cùm quin-
tum Monachij annum ageret, tertius Collegij Rector est constitutus.

358. *Rector Col-
legij anni
quatuorde-
cim, Con-
fessoris
Guilielmi
& Renate
annis virgin-
ti quinque-* Tenuit Regimen tribus propemodum lustris; atque insuper quinto
gubernationis anno à novis Nuptis Guilielmo Principis Alberti filio, &
Renata Lotharinga ad excipiendas amborum Confessiones delectus fuit.
Statûs, quo Collegium hodiéque firmatur, ordinationem, ac fundamina
pleraque Domicilium nostrum gratâ memoriâ Dominico in acceptis re-
fert. Quanto industria, prudentiaque fructu intra annos viginti quin-
que proclives per se in bonum Principes, ad sanctimoniam provexe-
rit, venerabunda non Patria solummodo, sed universa sensit Ecclesia.

359. *Adver-
tis
concu-
sus
non suc-
cumbit* Valuit magnâ in magnis, multisque negotijs conficiendis dexteritate,
verùm quâ, uti in potentium virorum gratiam pervenit, sic eâdem alio-
rum persecutionem adversus se concitavit multiplicem, seu invidiâ, seu
hominum nimis suspicacium errore, alienoque impulsu. Concusserunt
olim, ut alibi expoluimus, nonnihil virum hi turbines, brevi tamen se se
intra patientia, fortitudinisque religiosæ clypeum recollegit, disciplinæ
ac obedientia plurimum observans, & quidquid adversi deinceps incur-
rebat, tolerantissimus.

360. *Ad agro-
tum invi-
sunt Princi-
pes.* Ex itinere Lotharingico, quod ultimum fuit,
redux, missionem ab Aula, quamquam ægre, obtinuit, sed quietem
seni optimo necessariam fuisse brevi post morbus indicavit, ex quo cùm
decumberet, Guilielmus, filiusque Maximilianus haud semel Virum
conviserunt. Pjissimè defuncti cadaver sepultum est in Sacello templi,

361. *Sepelitur
In Sacello
B. V. in no-
stro templo.* quod DEI pars honoris erectum fuit.

362. *Mors Bapti-
æ Con-
fluentini.
Ejus elogi-
um.* Vix mensis abjerat, cùm altera DEI nutu Nostrorum uni ex Aula
Bojarica indicta est missio Joanni Baptista Confluentino. Tres, ac tri-
ginta annos in Societate exegit tria professus vota. Mirâ dicendi facul-
tate prædictus Principum postulatu suggestum in aula aliquam multis annis
tenuit, magna cum audientium voluptate juxta, & utilitate. Gratiam,
quam apud Proceres permagnam collegerat, omnem humillimus ipse,
& paupertatis amantissimus, in tenuium, pauperumque derivavit

com-

commoda. Præcipue adolescentium illorum sibi curam habendam sumpfit, quos literis idoneos quidem ingenium, ac indoles, prosequendis verò impotentes egestas reddiderat. Jam concionibus universos, jam privatis alloquijs singulos aggressus, perfecit, ut tum Principes, tum opuleri Nobiles, civésque copiolam pecuniam conferrent, ex qua & domum ipse pauperculis scholasticis, in qua simul habitarent, sub Gregorij Magni nomine, ac præsidio satis amplam comparavit, & alimenta, unde vitas sustentarent; primus ipse novi, ac suo potissimum labore excitati contubernij, Inspector quadragenos jam tunc alebat, hodie ferè duplo plures numerantur. Cùm prope agonem ultimum ventum esse persenticeret, adversus coñunem generis humani hostem peculiari armaturā utendum sibi est ratus: sciebat eo maximè momento veteratorem Stygium omnes oppugnandi animum rimari aditus, etiam quos dudum obseratos crederes; itaque memor ab Hebræis se majoribus progenitum, quorum constantia in Christi syncero cultu plerumque est perdifficilis, Sacramentis ultimis ritè perceptis, rogavit circumstantes, ut jamjam luctaturo cum morte identidem symbolum Catholicæ fidei, quod Apostoli nobis reliquerunt, in aures ingererent, ut sic munitus scuto fidei tela nequissimi ignea securus arceret, & extingueret.

Excitata est ad nuncium funeris Nobilitatis perinde, ac populi vis ingens: puerorum præcipue ex Domo Gregoriana miserabiles coorti fletus, ac ejulatus, erepto patre orbitatem suam deplorantium, ita quidem, ut Dux Guilielmus, qui unà cum Renata Conjuge ex alto Spectator sepulturæ aderat, his lamentis tenerimè commotus, mox decreverit perpetuare Eleemosynam, quam haetenus temporariam subministrârat, quod dein & subsecuti Principes imitati in hanc usque diem clementissimè faciunt. Tertium Monachij quidem defunctum, sed alibi tumulatum habuimus Bonaventuram Paradinas. Virum nomino, qui inter prima Provinciæ nostræ sidera, non tempore minùs, quàm vitæ sanctimoniarum effulxit. In Hispania Segobiæ urbe celebri natus, Marci Antonij Columnæ senioris familiæ regendæ aliquamdiu præfuit: vitæ sanctioris desiderio in Societate nostra amplectendæ incensus, literis sublimioribus condiscendis idoneum se ad nostri instituti formam reddere adnitus est. Itaque cum laude magni profectus, confecto Philosophiæ & majore etiam Theologiæ curriculo, emensis jam vitæ annis triginta tribus, Cordubæ in Hispania tirocinium Societatis ingressus est, in quo sub Alphonsi Ruizij virtutibus celebrati magisterio luculentius multò in Sanctitatis, quàm eruditioñis scholâ brevi est progressus, ita, ut Franciscus Borgia Coetus tunc universi Generalis Præpositus Paradinam vix ultimo Theologici Studij anno absoluto, dignum judicaret, qui transacto in Societate non plūs trjennio, mitteretur in Bojariam, Collegiumque Monacense, Novitorum informandorum curæ præficiendus, quem Dominicus Menginus, uti postea rectione Collegij, ut liberaretur, multis precibus obtinuerat Undecim annis Monachij cum suis alumni commoratus, eos subinde Landsbergam traduxit, ubi novam Sedem à Swicardo Helfensteinio conditam fuisse, olim jam dicebamus.

Exacto illic triennio, tantundem temporis in gubernando Ingolstadiensi Collegio posuit. Revocatus ad pristinum & locum, & officium, ad extremum usque diem utrique præfuit. Incrementa Domus, in qua Novitij tenuissimâ primò, & precariâ alebantur penu, eousque

363¹
Conciona-
tor aulicus
fit author
condendas
domus S.
Gregorij,
seu paupe-
rum Stu-
diorum.
364.
Primus In-
specto-
rhus de-
mùs.

365.
Contra
tentationes
adversus
fidem feso-
muni in
agone cur-
petierit.

367.
Mors Bo-
naventure
Paradinæ.
Eius elo-
gium.

368.
Natus tri-
ginta tres
annos in-
greditur
Socia-
tem.

369.
Misus in
Bavariam
Magister
Novitio-
rum,

370.
Quibus-
cum Land-
sbergam
migrat.

proiecta fuerunt, ut ipso adhuc Præside, vietus ex stabili iam censu præberi posset. Nolim id soli prudentiae illius, & in agendo cum hominibus dexteritati, quamvis utraque per magna fuerit, sed in primis eximiæ erga Deum pietati adscribere, quam ad omnia utilem esse in hoc viro, quæ luculentissimè emicuit. Totus in Divina absorptus, ex rerum Cælestium perpetua contemplatione scientiam Sanctorum tantam haulit, quanta tam sibi meti si, quæ suis in spiritu filiis, ad virtutum religiosarum culmen evehendis, sufficeret.

371. Rerum Cælestium cognitione & de lis loquendi sua vis facundia. Rerum terrenarum vilitatem, Cælestium, de quibus altissimos nutriebat sensus, excellentiam tam efficaci, & saporatâ explicare noverat facundiâ, ut earundem desiderio, ac amore, quo totus ipse cernebatur ardere, neminem non, quantumvis torpem, accenderet. Et fuit de hoc argumento plerisque illi sermo, absque audientium nauseâ, adeò mirâ suavitatis, quidquid diceret, ageretve, condiebat aspergine. Nova si quæ occurserent, quod sæpè eveniebat, expedienda negotia, tam scite, felicitérque tractavit, ac si illis solis peritè conficiendis semper suisset adhibitus. Mira extitit viri cum lenitate conjuncta efficacitas tironibus magnos ad magna pro Dei honore agenda, ferendâque ingenerandi spiritus, quos in eorum animis, uti hortatione, ita longè magis exemplo accedit; nihil in gestu & voce, quod non modestiam, & sanctam demissionem, nihil in vultu, quod non mentem in Deo collectam, atque inter eventus quoslibet æquabili compositam pace ostenderet.

372. Nihil unquam in suu conimo dum à Prepositis petuit. A primo Societatis ingressu ad suum ipsus commodum solatiū invenit non in vietu, non in vestitu quidquam unquam à Moderatoribus petijt: quod quantò hi constantius perspectum habebant, tantò attendebant vigilantiū, ut, si re quapiam cum indigere videbant, ultro amantérque subvenirent. Plusculis annis ob humoris soporiferi defectum, è stomachi debilitate, somnum haud cepit, nisi per brevem duntaxat, multisque intercissum vigilijs: licet verò ex hac insomnia dolores subnascentur alii, sua tamen capiti perstabilitudo eatenus saltem, ut par esset, prosequendis laboribus, quos muneris imponebat ratio, quam rem Medentes, cum haud caperent, nempe Dei, hanc Societatis Provinciam singulariter amantis, bonitati adscribebant, dum ei tam utilem virtutum, quas Institutum nostrum exigit, Magistrum simul, & antesignanum prodigiosè conservaret.

373. In morbo extremo Patientia. Ingruente demum senectâ, cum dignus mercede judicaretur Numini, morbo afflictari cœptus est, quem Medici, quamvis non penitus cognoscerent, ortum tamen putabant ex aqua intercute. Cruciatus qui inde extiterunt, fuissent intolerabiles, nisi in Virum incidissent, cuius patientia nullis assaultibus superari poterat, corporis duntaxat vires infraetæ sunt: & quidem eò usque demum, ut biennio integro lecto se continere coactus fuerit, editis miræ, constantisque tolerantiæ exemplis. Ut nihil omiserunt Medici, ut valetudinem restituerent, ita omnem ipse curam intendit, ut beata morte defungeretur. Itaque ut conscientiam, quæ fieri posset, mundissimam Deo repræsentaret, noxarum omnium à primis pueritiaz annis repetita Confessione, animum copiosas inter lacrymas expurgavit. Cum vis morbi ita invaluisse, ut Medici tum Landspergensis, tum, qui Augustâ evocatus fuerat, decubentis saluti desperarent, Otho Eisenreichius, Provinciæ Præses, ejusdem communem parentem diutiù servare cupidissimus, memòrque simul, quæ nihil unquam pro se Bonaventura petere consuēsse, ultro Monachium depor-

374. Præparat se ad mortem. **375.** Monachiū defertur. Digitized by Google

deportari jussit, siquà fortè aëris mutatio valetudinem quoque mutaret in melius. Paruit quidem vir obedientissimus, sed prælagus, se brevi vitam potius cum morte commutaturum, carissimis tironibus suis extreum valedicere, & suprema simul monita constituit relinquere.

Convocatos universos per horæ propemodum dimidiæ intervallum cohortatus est, ut doctrinæ spiritualis summam, quæ suo ex ore tamdiu audijssent, in quatuor collectam capita, memori semper retinerent animo, ad quæ si deinceps vitam cōponerent, nihil in morte, quod timerent, sed plurimum, unde lætarentur, habituri essent. Primum: ut, non contenti generatim Deo in Religioso Ordine serviendi voluntate singillatim actiones cujusque diei quaslibet ad Divini honoris amplificationem referre, sanctasque reddere consuecerent. Secundò assiduum commendavit DEI orandi, præscriptumque in legibus pia meditatione, luminis, ductusque Divini ad vitam bene ordinandam è Cælo devocandi studium, conjunctum cum severa, ut Religiosi vocant, mortificatione, seu tum sensuum, tum noxiarum animi cupiditatum suppressione. Sic fore, ut subsequantur duo, quæ commendanda haberet, reliqua: æquabilitas nimurum animi, seu conformatio voluntatis ad ea omnia, quæ Numen, aut suâmet destinatione, aut eorum, quos nobis præficeret, nutu, vel obedienter à nobis geri, vel quocunque casu evenire vellet; fraterna demum recteque ordinata caritas, quæ, ceu vinculo pacis consociati, alter alterius procuraremus commoda, alter alterius portaremus onera. Corollarij loco adiecit hortationem servidam ad cultum, teneramque affectionem erga Dei Genitricem, utpote sub cuius auspiciis concepta, nataque Societas jam à primo exortu non agnosceret pro suis, qui non pariter Immaculatam Virginem, ut Matrem agnoscerent, amarentque. Hæc ubi amantissimus Pater peroravit, à carissimorum filiorum, qui largiter flebant, dígressus complexu Monachium abiit.

Verùm nihil profuit mutasse auram. Exeruit lese vis morbi, & bimestri duntaxat, nec eo integro vivendi moram indulxit, nì mavelis dicere, moriendo spitia protraxit, adeò sævi pariter, & assidui dolores erant. Interviserunt aliquando luctantem cum suis cruciatibus ipsi Baroniarum Principes, quibus, cùm humanissimè grates egisset, paulo post extremam adventare horam persentiscens, morientium Prælia expetiit. Suscepit omnia tenerrimo pietatis sensu, mentisque sibi prælentissimâ, donec placide vitam terminaret, quam universè illis feliçem esse dictitabat sæpè, qui in Societate degerent, quòd in ea vel nemo graviorem committeret noxam, vel commissam quanto cyus poenitentiâ elueret, corrigeretque. Rogaverat, antequam obiret, ut cadaver suum Landspergam deveheretur, fore sperans, ut Tirones quotidiano tumuli aspectu ad crebras pro defunctorum precess excitarentur. Factum est, ut petierat, ac Novitij quidem, non ut vulgares exuvias, sed venerandi thesauri loco exceptas, ante summi Altaris gradus peculiari sepulchro intulerunt, præsente Swickardo comite Helfensteinio, & ejus conjugi Maria, copiosoque populo, defuncti memoriam inter lacrymas multis elogis condecorante.

Summa pariter, quantum potuertint, meritis tamen inferiora elogia contextuerunt Patres Academicci Ingolstadienses, Soli suo, non quidem è vita, sed tamen magno omnium dolore ex Academia discedenti Ferdinando Austriae Archiduci. Piaculum porrò sanè inhumanum foret, nisi Coll. Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. V. 1.

376.
Ante abitu
quaterna
Tironibus
relinquit
monita.

377.
Inter grā
vissimos
dolores
piissime
moritur.

378.
Cadaver
Landspers
gam refera
tur & ante
sumnum
altare sepel
litur.

gium quoque sempiternam posteritati memoriam transmitteret præsignum beneficiorum, ac decorum, quibus hic Princeps Collegij peculiariter Socios, Templum, Scholas cumulatissimè exornavit. De quibus, cùm sparsim multa jam ineminerimus, supersunt tamen, quæ vel maximè arbitramur memoranda. Vix ante quinquennium à Carolo Austriæ Archiduce, Styriæ & finitimarum Provinciarum, seu Austriæ interioris Domino, Parente suo Ingolstadium missus, mense Martio Poëseos præcepta degustare coepérat annum agens duodecimum, condiscipulos nactus Philippum, ac Ferdinandum Guilielmi Bojorum Ducis filios, cùm tristis nuncius literas afferat, quibus indicato Caroli Patris, nunquam latis laudati Principis, ævóque longiore dignissimi obitu, à matre Maria domum revocatur.

380. Jam in reditu Landishutum urbem attigerat, dum aliæ supervenient litteræ, quibus Mater significat, gratum sibi fore, si Filius Ingolstadium, atque ad pristinam simul Scholam revertatur. Paruit Ferdinandus per quam lubenter, ingenti proœctò totius Germaniæ, & Religionis Orthodoxæ bono: unum adhuc annum in Jurisprudentia complectenda positus erat Anglipoli Maximilianus, Ducis Bojorum Primo-genitus, quo tempore inter ipsum, & Amitiæ suæ prolem Ferdinandum non tam è sanguinis, quam nobilissimæ indolis cognatione, intima, & propemodum fraterna coaluit amicitia, arctius etiam adstringenda fœdere tum affinitatis, tum bellorum pro salute Catholici nominis & Imperij multis annis, impensisque gerendorum. Cæterum toto, quo Gymnasium frequentavit Ferdinandus, triennii, & sex mensium spatio, quoties diebus Dominicis, Festisque Res Sacra in Gymnasiū aula pro cæteris habebatur Disciplulis, eidem & ipse interfuit. Pensum Scholasticum, quod Magistri dictare consuērunt, elucubrare magnâ solertiâ, quin propria manu pulchre descriptum offerre est solitus.

381. Sesquiannum Poësi, biennium eloquentiæ arti addiscendæ, ac simul etiam Dialecticæ, quatenus syllogismi præceptiones explicat, tanto impedit proœctu, ut, cum Matthias Burghenerus, supremus deinde Oeniponti Cancellarius Theses ex Logica propugnandas in Academia suscepisset, Archidux oppugnandas sumperit magna cum laude, & frequentissimi auditoris voluptate. Jam declamationes, quas solo nunc, nunc ligato sermone ab illo saepius fuisse habitas hinc inde diximus, è memoria recitavit semper. Ex Gymnasio ad Academiam ejusque Scholas publicas transgressus, Ethices, Matheeos, Jurisque scientiæ se addixit: à quo Ethicam doceretur, Professorem habuit è Nostris Reinerium Fabricium, à quo Mathesim, Christophorus Silberhornium, viros insignes; ad privata, quæ domi vix non quotidie instituit, disputationum exercitia, quamdiu Philosophiæ navabat operam, aliquos ejusdem scientiæ Studiosos expetijt è Collegio, inter quos concertatores jam tum Adamus Tannerus eminebat.

382. Quin ne prandere quidem libebat absque Eruditorum consortio, & eruditionis condimento, hinc tum alios ex Academicis Patribus, viros diversæ doctrinæ famâ celebres, Petrum præsertim Steuartium Theologum Doctorem, atque ad Sancti Mauriti Parochum, ex Nostris persæpe Richardum Hallerum, Gregorium de Valentia, & Jacobum Gretserum mensæ adhibuit. Neque hi veniebant omnino a symboli: ut qui doctos abunde sermones ad exsatiandam Convivatoris sui cupiditatem audien-

383. di,

Super niensam docta colloquia cum viris doctis instituit.

di, suaviter conferre nōssent. Quanquam demum ipsemē domi ha-
beret, à quibus ad omnem scientiam perinde, ac virtutem educari pos-
set, solerētque, ut proinde æquum haud sit, silentio illos præterire.
Fuerunt hi Joannes Bogherinus, quem nuper dicebamus Collegij 384.
quondam in Urbe Germanici alumnum, superiore anno Insulā Tergestinā In ipsa Aula
exornatum fuisse: Alter Fridericus ex antiquissima Seinsheimiorum, suos viros
nunc Principum Schwarzenbergiorum Familiā. Divinæ Mentis provi- pios, ac do-
sitione factum est, ut hic in Aula Ferdinandi Ingolstadium commigrantis etos haber
supremus Præfēctus, ille morum Magister deligeretur, viri ambo omni Joannem
virtutum ornati, ac literarum eruditione celebres. Bogheri-
um Episco-
pum Terge-
stinum, &
Fridericu-
m Schwar-
zebergiū.

Quantā hi, & quām concordi solicitudine invigilārunt, ut commis-
sa sibi Principis adolescentia ijs insisteret axiomatis, quæ sanè sanctissima
illius pueritiae à piissimis Parentibus fuerant instillata? institit enim verò:
atque ex illis Imperator postmodum talis evasit, qualem pro repræsentan-
do Germanis Sancto Henrico Bavarо magis natum, factumque haud facilè
desiderares: dignissimum, qui ut Idea Principis Christiani mundi totius 385.
conspexit palam proponeretur. Quām pie munificus olim in homi- Lamormaine
nes D.O consecratos, templaque illorum, ac Dominicilia futurus esset,
illustre prælagium fuit, quod ultimo hoc suæ in Athenæo commemorationis in vita.
anno edidit. Mille aucteos monetæ probatissimæ Austriæ anterioris Or-
dines Ferdinando submiserant, quos ceu honorarium munus Bacchana-
lium tempore sibi hilarando insumeret: insumpit, sed in usus, qui non
fibi uni, verùm ipsis Cælitibus gaudium crearent. Contemplatus Collegij 386.
nostrī templo, quod sacro sanctæ Crucis dedicatum est, Aram summam Ara statu-
eā, quæ templum hoc deceret, venustate deesse, omnes illos mille au-
reos ad novum Altare ædificandum attribuit. Proceram Crucem Altari
insertam, & pendens ex ea Christi simulacrum, ponēque stantis DEI-
paræ, ac dilecti JESU Discipuli, plurēsque in ambobus Aræ lateribus Ara statuas
imagines faberrimè sculpsit è ligno Stephanus noster Hueberus artis Sta- Stephanus
tuariæ & Architectonices peritissimus: quibus auro, quod Ferdinandus Hueberus
suppeditavit, liberaliter inductis, hodiéque venerabilis forma, & aspe- noster scul-
ctus elegans perseverat. Eo die, quo Aram ritu Ecclesiastico rite con- psit
secravit Fystettensis Suffraganeus, facundè simul Pontificio indutus ha-
bitu, de salutifero Crucis Ligno ad populum concionatus est.

Interim Parens Maria Bavaræ, cùm Filius decimum septimum æta- 387.
tis annum implēset, pietatis operibus quietè vacandi opportunitatem, Ferdiandus
viduitati solatium, fortunatam denique pro subditis gubernationem pa- à Maria Ba-
ratura, epistolam mittit Ferdinando, quā cupere se indicat, ut patriæ- varia marre
regimen aditurus Græcium Styriæ caput, revertatur. Accinxit se ille domum re-
ad abitum, ad ultimam salutationem Academia: In aula Gymnasij con- vocatur.
venit Corpus omne Academicum, magna simul è circumiectis locis Nobilitas. Prodiētæ Oratores, ac Poëtæ, qui valedicerent, subsecuti 388.
sunt, qui plurimos ob titulos plurimas grates agerent, sponderent abe- Abeunti
anti perpetuas ad DEUM preces, faustum à Superis expeterent iter, fau- valedicit
sta deinceps omnia. In eundem sensum loquebantur Aulæ parietes va- varijs sigai-
ria inscriptione, quæ omnia cùm audiret, spectaret, legerētque cir- ficationi-
cumstans numerosa Eruditorum Corona, magnam partem lacrymas te- bus Acad-
nere haud potuit. Jacobus Gretserus, Gymnasii nomine, lucubratio- mia.
nem typis editam concinnavit, quā Ferdinandi quinquennio, quo Ingol-
stadij fuit, præclarè acta, laudesque proineritas recensuit: inscriptio 389.
hæc fuit;

**SERENISSIMO PRINCIPI
AC
DOMINO DOMINO
FERDINANDO
CAROLI F.**

**Archiduci Austriæ, Duci Burgun-
diax, Styriæ, Carinthiax, Carniolæ,
Comiti Tyrolis &c.**

Per annos quinque commemorabili pietate
& incomparabili ingenii felicitate omnibus ingenuis,
ac Principe dignis disciplinis supra ætatem, ac
vires in Academia Ingolstadiensi eruditio, abituro
Quinquennalia hæc
cum votis amplissimis, omnibusque latissimis
consecrat, dicatque
Gymnasium &c.

Antequam penitus discederet, Collegium subiit, subeuntem, &
390. Socij omnes profunda veneratione exceperunt, & omnium loco affatus
Ame abi- tum ad Col- legium ve- nient amā- tissimè vale dicit. Antonius Welserus, pro benefactis, quorum plurima, & recentissi-
mum in templi Aram, succincta oratione complexus est, grates dixit,
prosperumque iter est precatus. Extemporali sermone, eoque Latino
prolixè simul, & distinctè ad singula allocutionis capita respondit Prin-
ceps tam nitidè, & eleganter, ut mirantur universi, tum singulis
porrectâ ad osculum dextrâ, sponsonem iteratò addidit, cordi se intimè
insculptam habiturum memoriam, & amorem non Collegij tantum An-
glipolitani, verùm & Societatis universæ, quod quād abundè præsti-
terit, orbi terrarum est contestatum. Ast nec sine monumentis suæ
in totam urbem propensionis, in ejus templo, Magistratum, ipsos eti-
am trivialium Scholarum Moderatores abijt. Academicæ Professoribus
391. Monimen- tu propen- sionis in A- cademiam. pretiosum ex argento vas, Academicis Scholaribus, postquam ad Impe-
rii culmen evectus, luculentas concessit facultates, & privilegia.
Urbem, templo, scholas.

Post abitum Ferdinandi, qui mense Februario contigit, discesserunt
392. etiam, quamvis non nisi post Iemestre, duo Bavariæ Principes, Philip-
pus, ac Ferdinandus, ille Ratisbonam, auspicaturus suo tempore Dio-
ceseos suæ regimen, hic Coloniam perrecturus, ubi cum nuper totius
Discédu- pariter Philippus & Ferdi- naudus Principes Boii. Collegij Cathedralis consensu, & Clementis Octavi approbatione Erne-
stus Patruus, suum in Archidiœcesi Ubiorum Adjutorem, Successorém-
que nominaverat. Utrumque Soli dixeris consimilem nunquam lucen-
ti amoëniūs, quād dum sudo cælo, ex aspectu se nostro subducit; Quam-
vis enim domi duntaxat suæ sub privato nostri Mathiæ Maylij Magiste-
rio, Philosophiae studio vacâsent, profectus tamen, ac scientiaz, quam
ijs finitis secum auferrent, specimen à Guilielmo Patre in Academia,
publicâ Disputatione iussi fuerunt edere.

De-

Descenderunt Septembri mense in arenam singuli. Primum Phi.
lippus, postridie Ferdinandus, positásque Theses tam scitè, solidéque
propugnárunt, ut haustam eruditionem nemo non admiraretur, & op-
pugnatores, postquam citius se, ingerendo argumentorum tela, quām
strenuissimos Defensores retundendo lassatos fuisse obstupuerunt, ipsi
inter se controversari jucundè cœperunt, cuinam alteri præ altero Prin-
cipi assertarum, quas impugnandas præfixerant, Positionum laudem
attribuerent. Remansit exinde solus Ingolstadij Princeps Albertus; ast
qui dum frequentare perrexit Gymnasium, tam frequentia simul edidit
pietatis, & Religionis exempla, ut quæ mirabaris in Fratribus, in uno
hoc juventutis nunc Principe, collecta crederes.

393.
Ante discus-
sum publi-
cam dispu-
tationem
ingenti
cum laude
suebunt.

394.
Remanen-
tis Anglico-
li Principio
Alberti
pietas.

Jucundissimum hoc de germano suo natu minimo intelligere fuit Ma-
ximiliano natu maximo, qui cum nova Coniuge hoc anno Ingolstadium
venit, exceptus in aula Gymnasij variâ Symphoniam, varijs. Hebraico,
Latino, Græco sermone scriptis Carminibus. Latus fuit urbi univer-
sæ antemeridianus Maximiliani adventus, sed bonis omnibus mukto
lætius, simûlque admiratione dignius spectaculum posmeridianum, quo
optimus, & pietatis, quā Anglipolitanis ante quadriennium admirandus
fuit, revocavit memoriam, & nova imitandi accedit studia. Adve-
nerat die Dominica, moxque percontatus, an Sodalitas Mariana Major,
eo die ordinarium ex more habitura esset Conventum, responsum tulit,
dubitari adhuc, & deliberari, an non tanti Hospitis Majestas postulet,
ut Academicis Patribus, ac Nobilitati spatum detur sistendi se à pran-
dio ad Palatium, præstolandique ulteriora Ducis iussa. *Et quid hoc?*
reponit Maximilianus, *Sodalis ego sum colentium magnam Dominam,*
an haud meministis, ex prescripta nobis. Formula statuisse me, nun-
quam permisurum, ut contra Eius bonorem aliquid unquam agatur.
At verò quam dedecorum esset Regina nostra, si mei causâ, qui ab
Ipsa in servum perpetuum suscipi quotidie rogo, de statutis ad illum
bonorandum temporibus quidquam decerpatur. Sic babete, Cœtu-
vestro me quoque presentem sicutam, tum, ut particeps fiam timentium
Deum, venerantium Deiparam, tum, ut audiam, ex voce Exhorta-
toris, quid Maria à Clientibus suis, inter quos numerari semper cu-
pio, porro agendum, aut omittendum imperet. Dixit hoc, & fo-
cit pariter, à prandio horâ conluetâ adfuit in Oratorio Congregationis,
& interfuit pietatis, quæ Sodalitati usitata sunt, exercitijs.

Non potuit ex tam illustri facto non oriri apud reliquos Sodales ini-
gens ardor imitandi virtutes Principis. Præcipue memoratur illorum
hoc anno erga egentes, ægrotosque in Xenodochijs, & Nosocomijs
peculiaris caritas, quos perquam crebro convisere soliti, largâ etiam
stipe, aliisque fomentis certo per hebdomadam, divisoque inter se or-
dine recrearunt. Qui pijs Exercitijs, quæ à sancto Ignatio nomen habent,
se excolerent, tanto fuerunt præter aliorum annorum morem numero,
ut vix hebdomas abiret absque sanctis his in Collegio diverloribus, ac in-
terdum bini, ternive in uno habitare necessum haberent cubiculo. Ut
Religionem Catholicam ejuratâ hæresi amplecterentur, Socij persuasè
runt quadragenis. Dedocuit quoque populos ignominiosa mendacia
contra Societatem evulgata Jacobus Gretserus, edito Libro adversus
Arnaldum, qui eas calumnias consarcinârat. Edita etiam à Gregorio
396. 397. 398.

re. & Ve-
satia.

de Valentia Pars Tertia Commentationum in Summam Doctoris Angelici, eadem luce Orthodoxæ Doctrinæ veritatem illustravit, hærescon caligines dispulit.

399.
Ratisbonæ
Vötterus
edit Luther-
rum Humi-
cam. & Ve-
ridicum-

Ratisbonenses etiam, Conradus Vötterus, qui adhuc ad Divi Cassiani Gatechista erat, luce impertiri sategit, ad quam nisi ultro cæcute vellent, clarè perspicerent, quantis fallaciarum tenebris ab Lutheru in voluta fuerit Germania. Librum rursus typo vulgavit, ac Lutherum, uti nuper *Modestum & Demissum*, ita nunc *Veridicum* inscripsit: ostendit in hoc, quam venustè hic titulus Martino conveniat, miro in contextendis sutelis artifici. Verùm enī brevi postea Conradus veritatis Catholicæ contra hærescon officias tam strenuus assertor, tristi casu fuisse sublatuſ. Homo erat in Urbe, rerum omnium pressus inopiâ, atque ideo desperatis obnoxius consilijs, quibus levandæ egestatis causâ ad defecctionem à fide impelleretur. Multam de victu illi procurando lèpè reip̄a opem tulerant Patres, parcitius tamen, lentiūsque, ac ejus patiobatur cupiditas, itaque nalo se suspendi arbitratus, statuit ludificacionem ulteriore ferro præcidere. Eo ipso die, quo velani hujus causâ Sociorum unus ternas literas commendatitias ad varios scriperat, atque uni etiam viro nobili corām commendaverat, armatus ille gladio Collegium subit, ac Sacerdotem, quem nominabat, evocari postulat quō Horarijs precibus ad finem producendis intento, atque ob id non illlico prodeunte, ire ipse in Furiā, & Iclopos, gladios, mortem minitans jubere, ut porta sibi pandatur, brevi ad ea, quæ comminatus fuisset, perpetrandā reddituro. Dum paret Ostiarius (Michaëli Hess nomen fuit) homo simplex, & tunc ne verbulum quidem mutiens, stricto alter Hessium invadit ense, trucidatur in vestigio, nisi ictus dissecto hebetatus pileo, pellem duntaxat penetrâsse, quin ipsum, quod attigerat tamen, diffinderet cranium. Proripit se dein furibundus, atque adhuc cædis, & minarum spirans; unde, cum missus à Collegij Reclatore Vötterus paulò post ad Milleri Administratoris Aedes tenderet, indicaturus, quid Domi evenisset, conspicatus cuntem cum Socio percussor, ac facile iterationis causam conjectans, nudato mox iterum ferro, ambos celeri cursu insequitur, vix, ut spatium superesset conjiciendi se in Administratoris domum, intra quam ipsam tamen nefarias irrumpentis manus haud evasissent, nisi apertam cubiculi januam nocti, eam properè obserassent. Fugâ se confessum subduxit infelix, sed deprehensus in Urbe Transponata custodiæ mancipatus est. Profuit misero, quod plaga, quam inflixerat, lethalis non fuerit, unde argumentum sumpsere Nostri, Judices, quanquam difficiles, exorandi, ne quid gravius in reum statuerent, stipe etiam postmodum à Collegio donandum, exemplo religiosæ mansuetudinis, ipsis etiam Lutheranis probabili. Ex his quadragenit

401:
Quod is-
men quan-
vis aggrē-
evadit,

terus paulò post ad Milleri Administratoris Aedes tenderet, indicaturus, quid Domi evenisset, conspicatus cuntem cum Socio percussor, ac facile iterationis causam conjectans, nudato mox iterum ferro, ambos celeri cursu insequitur, vix, ut spatium superesset conjiciendi se in Administratoris domum, intra quam ipsam tamen nefarias irrumpentis manus haud evasissent, nisi apertam cubiculi januam nocti, eam properè obserassent. Fugâ se confessum subduxit infelix, sed deprehensus in Urbe Transponata custodiæ mancipatus est. Profuit misero, quod plaga, quam inflixerat, lethalis non fuerit, unde argumentum sumpsere Nostri, Judices, quanquam difficiles, exorandi, ne quid gravius in reum statuerent, stipe etiam postmodum à Collegio donandum, exemplo religiosæ mansuetudinis, ipsis etiam Lutheranis probabili. Ex his quadragenit

402.
Hæresin
ejurant
quadrage-
ti.

fuere, qui Nostrorum operâ ab hæreſeos contagione fuerunt segregati, inter quos Schnepfij viri nobilis, quem ante annos quatuor Religionis ergo multa perpeſsum esse memoravimus, conjux & ipsa antiquæ Stirpis, ut liberius deinceps, firmiusque ex fidei regula vitam transigeret, urbe excessit.

403.
Puerulus
hæretico
Confessio-
nem. & Re-
ligionem

Illud jucundum: puerulus ex infima Grammatices scholâ interrogatus ab hominē heterodoxo, quocum illi necessitudo aliqua intercessit, eccecur Jesuitæ tam serio Confessionis frequentiam, præsertim ab omnī vita, urgerent? tam disertè, solidèque rationes. ut à Magistro audierat, primum quidem de necessitate hujus Sacramenti, tum de utilitate dispu-

disputavit, ut alter, expensâ diligentius, agnitâque dictorum veritate, & cum Nostro synceram delictorum Confessionem instituerit, & hære-^{Catholica}
fin cā, quâ oportet, formâ ejurârit. Tam facilis nimirum demonstra-^{persuadas}
tu, vel à pueris est Lucerna, quam Christus supra candelabrum posuit,
nisi obsesta pravis cupiditatibus voluntas, eousque intellectum pver-
tat, ut à vero tam in se perspicuo, ultronea, quam sibi ipsi insert vio-
lentiâ, obtutum cohibeat. Non segniūs, neque paucioribus cum tri-
umphis decertârunt pro amplificanda Numinis gloria, & Orthodoxa
Ecclesia, magni duo in sacra Eloquentia Heroës Ferdinandus Albertus,
& Joannes Hylinus: prior tamen non ultra semestre, avocatus nimirum
in Austriam, ut illâ in Provincia, quemadmodum haud pridem in No-
stra, Societatis gubernium acciperet. Hylinus ille ipse est, qui ante
annos non amplius quatuor in Societatem ingressus, nunc in eandem
Cathedram, quam tum ut summæ Aëdis, Urbisque Parochus magna
cum laude tenuerat, denuo suffeſsus est, pristinâ cum famâ, & utilita-
te, ex eo præfertim, quòd, cùm ad id temporis geminæ quidem con-
ciones, una in Templo Cathedrali, altera in Nostro, sed horis admo-
dum incommodis, fuissent habitæ, perfectum ab illo fuerit, ut omissis
ditionibus pomeridianis, una duntaxat horis antemeridianis in Aëde
summa celebraretur concio, cessante interim alijs in templis Re Divina.
Perstigit Hylinus eodem in suggesto annis quatuordecim, usque dum Cæ-
sar is postulatu Viennam est iussus descendere, futurus illic sacer in sacra
Stephani Protomartyris Aëde Orator.

Cœperat ante biennium Georgius Eberhardus Collegij Rector vir exi-
mius, adversâ tentari valetudine, ut subin necesse fuerit alteri gubernatio-
nem imponere; imposta est Michaëli Rennero, ac post anni intervallum
Christophoro Zehetmairio è sacra Peregrinatione reduci, quam missu Gui-
lielmi Principis ab eo in Italiam fuisse obitam, nuper spectavimus. Fuit
Christophorus sedulus omnino amplifier Marianæ Congregationis.
Unde illo adlaborante, quamvis non nisi ante triennium coepta, tan-
tam adepta est existimationem, ut præterquam, quòd ipse Philippus
Episcopus Sodalitati adscribi voluerit, præcipua quoque Cleri, Monaste-
riorum, & Nobilitatis Capita eidem nomen dederint. Hoc certè anno
Melchior Vischerus Collegij Canonicorum Regularium Sancti Augustini
in oppido Transdanubiano Præpositus, inter religiosa pietatis munia Præ-
fecturam quoque Sodalitij haud rite à se administrari existimavit, nisi ipse.
met aliquoties congregatos Sodales publica allocutione ad parem, quem
ipsus exhibebat, Mariæ cultum incitaret. Secutus est Melchiorem in
eodem munere eadem cum laude, & Sodalitij Profectu Christophorus
Cathedralis Templi Canonicus perillustri, & pervetus Stinglheimio-
rum prosapia oriundus. Interea Eberhardus quidem ex variorum, de
quibus antè dicebam, morborum temptationibus confirmati corporis
vires receperat, cùm Matthias Maylius suo Philippum, ac Ferdinandum
Principes docendæ Philosophiæ magisterio defunctus, missionem arden-
ter flagitavit. Exauditus est tandem vir vitæ in religiosa quiete, quam
inter Aulæ, quantumvis piz inevitabiles strepitus, transigendæ multò
avidior.

Elegit subinde Philippus Eberhardum, qui simul, & conscientiæ arbiter,
& consultationum, quæ ad enodandas in administranda Dioecesi qua-
stiones pertineant, assessor esset. Comitem quoque eum assumpsit
Philippus, quando ad sacram Eremum in Helvetia, ubi Sancti Benedicti

celeberrimum visitur Monasterium, celeberrima item innumeris prodigijs colitur Matris Admirabilis Statua, peregrinationem instituit. Circa quod tempus profectionem pariter suscepérunt duo ex Nostris, more aliorum annorum, ad contiguos Bohemiæ Silvicolas. Inter ea, quæ ibidem è superiorum temporum usu, animorum compendia uberrimè præstiterunt, memorabile bonitatis Divinæ monumentum est ostensum: duos ex Bohemia pueros Socij, dum ab uno pago in alterum tenderent, obvios habuerunt, macie confectos, & difficilem molientes gressum, ut quos orbitas, & ex orbitate suimma rerum penuria, famésque patrio solo exire, ac per locorum incerta vagari compulerat. De rebus Divinis interrogati planè infantes erant, & omni saxo rudiores. Id unum ex eorum responsis elici potuit, parentibus suis progenitos Hussiticis. Miserti parvolorum Socij, duos ex opulentioribus colonis probæ admodum vitæ, probamque habentes familiam exorârunt, ut quilibet unum ex his fusionem alendum, ac piè Catholicéque educandum recipret, quâ ex re tantam sibi voluptatem esse ortam confessi sunt, ut vel ex uno hoc eventu sufficiens obtigisse pretium suæ profectionis affirmarent, et si non alias ex ea, quos tamen collegere pluriros, retulissent fructus: Ast aliam de his laboribus, quos gratis suscipiebamus, Administrator Millerus animo sententiam conceperat; ne enim manerent indonati, in omnes Collegio beneficiendi invigilavit occasiones. Vitâ nuperrimè defunctus, qui Cancellarij vice apud Cælarem functus est, Jacobus Senstena-vius ex nobili Curtiorum stemmate, Bibliothecam libris copiosè instru-ctam reliquerat. Comperit hoc Millerus, scriptisque mox literis roga-vit Bojariae Ducem Guilielmum, ut multum adhuc librorum egenti Col-legio subsidium ex Curtianis voluminibus curare velit. Neque Is cun-ctatus, mille mox florenos ad coëmendos Curtij libros assignavit, qui-bus Curtij vidua centum nummos Philippæos ad Templi ornatum adiecit.

412.
Jacobus
Millerus
Admini-
strator E-
piscopatûs
Curtianam
nobis Bi-
bliothe-
cam pro-
curat.

Idem Millerus, ut tricas, quæ ob Sacrificia diebus Mortuorum anni-versariis in Coenobio Sancti Pauli antehac peragi pro stipendio solita, præscinderet, perfecit, ut Pontifici Clementi Octavo innotesceret, quâm rari impe-tratur dubia circa Exe-quias anni-versarias.

Idem Millerus, scriptisque mox literis roga-vit Bojariae Ducem Guilielmum, ut multum adhuc librorum egenti Col-legio subsidium ex Curtianis voluminibus curare velit. Neque Is cun-ctatus, mille mox florenos ad coëmendos Curtij libros assignavit, qui-bus Curtij vidua centum nummos Philippæos ad Templi ornatum adiecit.

413.
Idem Mille-
rus à Ponti-
fice dœcla-
rari impe-
tratur dubia
circa Exe-
quias anni-
versarias.

Idem Millerus, ut tricas, quæ ob Sacrificia diebus Mortuorum anni-versariis in Coenobio Sancti Pauli antehac peragi pro stipendio solita, præscinderet, perfecit, ut Pontifici Clementi Octavo innotesceret, quâm accuratè, ut in alijs Collegijs, sic & in Ratisbonensi, non quovis tan-tum anno, Sacrificium anniversarium, sed quavis hebdomade præter alias, quæ fratribus laicis indicuntur, preces, Sacrificium si non à plu-ribus, certè ab uno è Sacerdotibus fieret pro Fundatoribus, ac ijs, qui in Collegium benefici olim in vita extitissent, aut etiamnum existerent. Quod cum ad Pontificem relatum fuisset, rescripsit peculiari diplomate, hoc grati animi pio, & continente penso plusquam abunde satisfieri vo-luntati Fundatorum, aliorumque, quibus ob præstata beneficia petitæ ad Deum preces deberentur.

414.
Ex Augusta-
no Collegio
mitiuntur
duo Socij
Campido-
niam Algo-
væ urbem.
Christo-
phorus Am-
manus cum
Socio.
Braschius.
Crasfins. Me-
rian.

Quæ jam modò de Excursione Sociorum Ratisbonensium in Bava-riam inferiorem diximus, eadem de missione Augustanorum dicenda redeunt: Campidunum urbs est ad alpes Almangoviæ, ab annis qui-dem propè ducentis Lutherana penitus, Monasterium tamen muris penè contiguum habet celeberrimum Ordinis Sancti Benedicti, de quo varia varijs in monumentis est legere. Struxit illud, donavitque opulentè manus Ducis Suevorum filia. Saepius, nunc ab Hunnis, nunc à rusticis re-bellibus, nunc à Suecis eversum, refloruit tamen semper, cùque nunc est

est autoritate, ac dignitate, ut nemo nisi probæ nobilitatis eò recipiat, quisquis vero receptis præsit, simul sacri Romani Imperij Principibus adnumeretur. Gubernabat hoc tempore Augustum id Collegium. Joan: Albert: Hohenekius Princeps zelo tam Alceticæ inter suos Disciplinæ, quām reducendæ ad pristinum nitorem inter subditos Religionis inflammatus. Is, quod olim in Societas Gymnasio discipulus fuisse, in majorem Sociorum notitiam usumque adeptus, animatusque ab Augustano Antistite Othono Gemmingio, duos è Nostris petijt.

Missus est cum Socio Christophorus Ammanus vir singulari prudenter, & studio procurandæ salutis alienæ. Tam proficuum tempore Adventus Dominici probârunt industriam, ut Quadragesimæ etiam hebdomadis eos redire voluerit Præsul. Ait Historicorum nonnemo post vastatum ab Rege Hunnorum Attila Campidunum eam inter succrescentia illic dumeta, pullulâsse venenatorum vernium, & columbrorum, multitudinem, ut tellus illa Vermica, seu Vermicia fuerit nominata. Eni verò, postquam Religionem Orthodoxam vastavit Secta Lutherana, quanta non vicini loci verminârunt infectorum vero Numinis cultui noxiorum illuvie? in templis non solitudo tantum, sed squalor & sordes, in plebe neglectus & ruditas, nullus Sacraimentorum ulus, sed neque scientia; ut qui ferè aliam confitendi peccata formulam non usurpabant, nisi hanc, ut Sacerdoti semel, bisve in anno hæc in aures verba immurmurarent: *Domine, tu Dei, personam sustiner, ego rei: orate, à delictis, quorum poenitent, absolve me,* Voce igitur opus fuit incantantium sapienter, amanter, suaviter. Præstare id omni modo studuerunt ambo, ternis per hebdomadem concionibus, crebrâ catechesi, crebra privatas domos obeundi, & sincera familiaritate colloquendi consuetudine, ac effecerunt sanè, ut ne populus instar aspidis lundæ obturaret aures.

415.
Necessitas
culture in
vicina
Campida-
neasi.

Dietmansriedæ, qui pagus est Campiduno propinquus, quanto major extirandi errores necessitas, tanto jucundiores acciderunt frumentus, qui ubere cum proventu fuerunt collecti. Ea in plebe erat opinioutum, riturumque confusio, ut, quis antiqua fidei se staretur dogmata, quis Lutheri nova, ægrè discerneret. Mortem obierat loci Curio, nec de alio provideri ocyus poterat; quapropter quod Paschalis immineret celebritas, postulatu Principis, cui obedire in omnibus Socij à Moderatoribus jussi fuerant, unus illorum Parochi in se labores, curasque suscepit, plane initio difficiles: durus videbatur, agrestibus levitatique arduus sermo de lege Divina, quā jubebantur distinctè, & ex numerato coram Sacerdote Judice in sacro Tribunali peccatorum, quæ graviora commisissent, scle accusare. Resistabant igitur, horribant que tam rigido, ut falsa persuasione putabant, judicio conscientiae causam permittere.

416.
Dietmans-
rieda pagus
principue
exalitare.

Unus tandem veluti tentare vadum est ausus, quem cùm ex Confessionali sede redeuntem non secus, ac ab equuleo demissum circumstaret gens rustica, anxiè, avidèque sciscitans, qui ausum successisset? Ille spirituali gauvio exultans, narrat, quām leniter dulciterque exceptus, non potuerit non obsequi hortatibus, quibus ad exportenda singillatim delicta fuisset animatus, quibus absque ulla objurgatione, voculâve asperiore, expiatus nihil ultrà haberet, quām poenam exsolvere admodum.

417.
Catholica
articulatè
confitenda
forma.

dum levem. nihil videri æquius, quam obsequi paternis juxtā, ac saluberrimis monitis, quibus conscientiam, ex cuius levatione incredibili plenus esset solatio, deinceps quoque tranquillam, immunemque à noxibus conservare doctus fuisset. Respirarunt adhæc populares: ausi sunt & ipsi tam salutare tranquillandi animi remedium experiri. Timidius primum, deinde tanta sinceritate, ac fiduciâ, ut jam intima, quorum eos conscientia monebat, delicta in Sacerdotis aures articulatè deponerent, poenas graviores, quam ille imposuerat, à se ipsi reposcerent, emendationem feriam, & salubrium, quæ acceperant, monitorum observantiam fidelissimam inter suaves lacrymas pollicerentur. Sexcentis plures ex uno pago Dietmansrieda fuerunt expiati, plures milles è circumiecta vicinia. Sanè, ut in ea universâ reviruisse antiquus Catholicæ pietatis vigor, duraturus utique in ævum, ingenti Principis, ac bonorum omnium gaudio luculentissimè notaretur. Quin, cum ex urbe ipsa

418. Ex Campiduno eis qui in omnibus quinque conversi. Edictum necives concioni inter essent, aut Nostris coloquerentur.

Campiduno complures partim concionantes nostros audissent, partim in disputatione, cujus occasiones Nostri dextrè captabant, dogmatum suorum convulsam inanitatem perspexissent, quinque abdicato Luthero, ad Catholicos transierunt, quo factum est, ut Curia gravi sub multa civibus præceperit, omni ad nostros sermones publicos, privatisque aditu, omnique commercio abstinerent.

419. Pagus Leders ad Eccl. clesiam reductus, adhibente operam Societatis Jacobo Fuggero.

Alius medio ferè Augustam inter, & Campidunum itinere, pagus est, sat amplius, cui Leders nomen. In hunc etiam experta Landsperga est Sociorum opera. Dynasta loci possessor Lutheranus ante annos quinquaginta omnes pariter incolas ad Lutheri sectam pertraxerat. Emptio ne hic pagus, praesente anno, in manus Jacobi Fuggeri pervenit. Is, non minùs, quam Fratres sui, Joannes, ac Marcus, hereditarium pro Religione Catholica zelum, & erga Societatem studium ab Antonio Genitore jam olim à nobis laudato acceperat; itaque ante omnia id sibi propositum habuit, ut suos nunc Lederenses redderet Orthodoxos. Provincia hæc Jacobo Georgio Luzio è Societate demandata fuit.

420. Feita S. Jacobi Luce, primam ad Lederenses concionem habet Jacobus Luzius,

Ipsa Luce, quæ sancto Jacobo dedicata est, Jacobus Fuggerus, & fidelitatis juramentum recepit à subditis, & primam ab altero Jacobo, Luzio nimis, concionem haberi voluit. Magnâ is dexteritate rem aggressus, postquam initio novi Domini mansuetudinem, ac vigilante in semper in subiectorum commoda solicitudinem, ac liberalitatem prædicasset, utque hanc sibi quoque apertam fore Lederenses crederent, tanto facilius persuasisset, quanto hæc secundiori admurmuratione, & annutu excipi persensit, suaviter subjunxit: primum, quod toti populo præclare beneficium novus Toparcha percuperet, esse communicationem illius boni, quo majus nec ipse à DEO sibi concessum agnosceret: veræ nimis in Ecclesia Religionis. Quinquaginta annos fluuisse, ex quo illi à legitimo hujus Ecclesiæ imperio fese abjuncti fuisse, seu quod verius crederet, alienis, sed malis artibus abducti fuisse. Sanctum porro fuisse antiquâ lege, ut quinquagesimo quoyis anno rerum possessiones ad veteres Dominos redirent. Agite proin, & vos (pergit Orator) ad gremium revertimini Matris vestra, quæ possedit vos ab initio, illius denuo legem, & disciplinam audite: viam reddituris monstrant Apostoli, ac inter hos celeberrimus viator Jacobus, cui consecratum, quem agimus, diem babemus. Tenet banc semitam, præisque Jacobo cognominis, recens Dynasta uester, optatque summopere.

ut

ut non tam sué, quam unà secum Universalis Ecclesia fideles subditi bodie fieri incipiatis, gratiora ipsi Natalitia instituere, gratiora tria buta exsolvere non poteritis. Precipiti tamen violentia neminem compellit: moram ac tempus dabit, intra quod aut ipsi perspicere poteritis, aut ab alijs docebimini, in quam graves compedes sub commentitia libertatis Evangelica larvā fueritis conjecti. Nolite amabo, nolite rejicere Gedconem, quem vobis modò providit Numen, ut in pristinam postliminio, verámque afferat libertatem Filiorum DEL.

Hæc & plura cùm amantissimè perorasset Luzius, solutâ concione, 422. vix ullæ remurmurantium auditæ sunt voces. Plerique vel sanctos Eodem ad- jam ad obsequendum vocanti DEO impulsus, vel salutares saltem do- huc die non reditu- mur retulere aculeos. Id cùm intellexisset Fuggerus, protinus à me- ris intra an- ridie promulgari edictum jussit, quo mandabatur, ut unius intra anni ni spatiū indicitur migratio. spatiū Catholica- m, vel, si nollent, divenditis, quæ haberent, demigrarent alio. Eodem vesperi & Luzius Catechesin occipit, & deinceps tum Intra annū, uno exce- hanc, tum conciones irrequictus prosequi, jam universos, jam singu- pto, Lede- los hortari, docere, verlaréque suaviter, ut intra modicum tempus renses fiunt Catholici Lederenses omnes præter unum unicum, qui solum vertere maluit, jam Orthodoxi, piissima sui Toparchæ vota expleverint, etiam ij, qui ex omnes Lutherana in hæresim degenerarant Schwenkfeldij, longè foedissimam, ut quæ Nunninis cultum publicum, ritus sacros, signaque universè abrogat.

Successere pari animorum zelo incensi Curiones à Clero, qui, quæ plantaverat Luzius, studiosissimè rigarent solertiâ, ac, DEO incrementa 424. dante, ad uberes fructus percolerent. Deletis penitissimè hæreseon Floréique vestigijs emicant hodie Religionis exercitia luculentissima, viget Soda- ho die san- litas una Divinissimi Sacramenti peculiariter dedicata cultui; altera giosimè a- consecrata Magnæ Virgini consuetâ Rosarij prece crebro devenerandæ, pud Ledé- ut de statis quovis anno, mense, hebdomade, Supplicationibus, Sacri- rentes Reli- ficijs, concionibus, vespertina psalmodiâ, ac Litanij nihil memorem. gio. Ipsius ego, qui hæc scribo, haud semel præsens spectavi, quantas ad sacrosanctæ Eucharistia, & Matris Divinæ solennitates adfuerit populus, quanta populi elevatâ voce comprecantis pietas, Mysteria frequentan- tis multitudo, ac Religio, ut necesse sit plures semper convenire Sa- cerdotes, qui & aures præbeant conscientiæ onus ponentibus, & Pa- nem ministrant Angelicum, dicant è suggestu, sacros demum adornent, comitenturque Circuitus.

Verum quoniam, & jam nunc & alijs Historiæ cursus, fidésque ad hujusmodi admirabiles Religionis, morumque conversiones magnâ proborum voluptate enarrandas deduxit, ad quas in hæc usque tempora perseverantes, opem & operas Societas nostra contulit, fateor si- mul exstingulari me, ut formidinem ponam, quæ hucusque nonnihil aliquoties premebat. Verebar, ne intempestivus viderer, si expone- rem, quanta ævo, quo Lutherus invaluit, in Provincijs, urbibus, oppi- dis, pagis subsecuta fuerit, vel miserabilis penitus ab Ecclesia defectio, vel apud eos, qui etiamnum in fide persistenter, deplorabilis divini cul- tûs negligentia, ac ruditas. Nequaquam id in opprobrium cujusquam à gravissimis Scriptoribus recenseret quis existimet: palam est ijs in locis causa-

tam calamitosam infelicitatem accidisse paucorum malitiā , cæterorum simplicitate. Cùm suis Paulus Ephesiis id in memoriam revocâset : *Eratis aliquando tenebrae*, neutiquam veteres illis errores exprobratos voluit , sed incitatos animos, ut gauderent, Deoque grates agerent,

426. *Sed ut gaudentes in Domino* *Eidem gratias agamus.* quod modò audirent : *Nunc autem lux in Domino.* Ita profecto & nos , cùm tristissima seculi decimi sexti tot feracis hæreleon eventa recognoscimus , tanti cauſam erubescendi non putemus, ut non intelligamus , infinito æquius esse , ut , si nostras ætates cum funestis illis compateremus , perpetuas DEO, immensasque laudes canamus , quod tempora illius tum ignorantie , tum malitiae despiciens , viros miserit , qui subin & errorum tenebras dissiparunt , & primævæ inter Catholicos sanctimoniaræ splendorem ita restituerunt , ut plurimis in locis nullum hæresis vestigium , luculentissima ex adverso , castissimaque Orthodoxæ pietatis quotidie effulgeant monumenta. Inter quos restitutores , si minima nostra Societas suas etiam Operas censi dignas videat , ut admittantur , gratulabitur enimvero sibi coram DEO , votorumque , ad quain adspicat , apicem attigisse videbitur.

427. *Joannes Moquetius & Christophorus Scheinerus Societatem ingressi.* Cælum sanè haud omnino respuere hoc anno visum est obsequia nostra , dum , uti spectavimus , ad vicenos cum Ecclesia reconciliando Sociorum Magisterio uti voluit , atque insuper duos insignes ad Societas Tirocinium evocavit juvenes , quos magnos aliquando viros evaluisse spectavit Provincia , Joannem Moquetium & Christophorum Scheinerum. Prioris elogium , qui in Provincia obiit , reddetur , cùm ad annum millesimum sexcentesimum quadragesimum secundum pervenietur. Alterum , quod in Germania Superiore natus , Gymnasij Augustani Discipulus , Landspergæ tiro , ac diuturnus Provinciæ incola fuerit , rarâ insignis virtute juxta , & eruditissimæ famâ : æquum est , ut peregre abeundem , & obeuntem debito prosequamur encomio.

428. *Christophori Scheineri breve elogium.* Solum patrium Christophoro Scheinero Walda , vicus haud Mindelhemio procul , quæ Sueviæ urbs est. Absolutis Eloquentiæ studijs vitæ annis viginti , tirocinij duobus , Anglipolin ad literas severiores missus , in Mathematicis præfertim processus fecit admirabiles , brevi post earum de discipulo Magister , tum Ingolstadtij , tum Eriburgi Brisgoiæ , postquam novum illic Societas nacta est Collegium. Primus hic ad totius Orbis eruditæ miraculum , celebres nunc , in sole deprehendit seu maculas velis dicere , seu faculas , de quibus etiam , præter alias lucubrations typo vulgatas , doctissime scripsit , in consultationibus Astro-

429. *Scheinero apparuerunt primæ maculae solares.* Ob Mathe- logicis cum Marco Welsero , uti & in vasto opere , quod *Rosam Urfianam* iuscriptum Paulo Jordano Secundo Ursino dedicavit , Bracciani in Regno Neapolitano Principi Famâ doctrinæ ejus ad Archiduces Austriacos perlatâ , postulatus est à Ferdinando secundo Imperatore , ut Carolo Fratri , posthumo Caroli Archiducis Filio , Theologicâ simul , & Mathematicâ scientiâ informando adesset.

430. *Primus Rektor Collègi Nissensis in Silesia.* Primus subinde Collegium Nissense in Silesia gubernavit , quod idem Carolus jam Uralislaviæ , & Brixinæ in Tyroli Episcopus , ac Ordinis Teutonici Magister , paulò , antequam moreretur , considerat. Quintus post Carolum lustris extinctus est & Christophorus repente captharro , expiatus tamen , relictâ magnâ eruditionis , majore virtutum memoria. Perspicax in viro prudentia , amabili conjuncta simplicitatis car-

431. *Virtutum ejus post mortem memoria.* Primus subinde Collegium Nissense in Silesia gubernavit , quod idem Carolus jam Uralislaviæ , & Brixinæ in Tyroli Episcopus , ac Ordinis Teutonici Magister , paulò , antequam moreretur , considerat. Quintus post Carolum lustris extinctus est & Christophorus repente captharro , expiatus tamen , relictâ magnâ eruditionis , majore virtutum memoria. Perspicax in viro prudentia , amabili conjuncta simplicitatis car-

candore, qui cum ad omnes imperantium nutus obedientem præstítit: paupertatis apprime studiosus: quæ pro se ipso neglexit, rejecitque commoda, pauperculis in urbe procurare, aut transmittere solicitus fuit. Deiparam coluit eximiè, in illa ad Rosarij globulos, aut sacrum in templo illius Altare salutandâ frequens. Cætera temporis parcus: atque hinc unâ alterâve horâ, priusquam cæteri excitarentur, somnum confuevit abrumpere, ut antelucanus ad Deum precator plus de die horarum, quæ libris suis elimandis impenderet, nanciseretur.

Educavit quoque hoc anno ad magnam Reipublicæ Polonicæ spem Schola nostra Augustana Lucam Opalinskium è primis Sarmatiæ Dynastis. Quæ verò è cætera juventute Gymnastica Magnæ Virginis cultu' collocta erat Sodalitas, jucundum toti urbi edidit spectaculum. Cum iij, qui anniversaria itione ad Montem sanctum Supplicationem peregerant, inde reverterentur, Sodales Mariani obviâ extra mœnia prodierunt, scorteis omnes super humeros, brachiâque obtecti penulis, viatorio cum scipione, Marianisque corollis supra pectus è collo suspensis: ut sic ornatî procedere possent, nobiles Matronæ trecentos in conficienda ex corio palliola florenos contulerunt: nobilissimæ inter has Maria Schwarzenbergia Christophori & Anna Illsungia Jacobi Fuggerorum conjuges Templum quoque nostrum insigniter exornârunt, illa quidem pretiosis peripetasmatiæ ex Italia delatis, hæc magnæ omnino artis tabula sanctorum Apostolorum Altari inferendâ.

Dilingæ primus Januarij simul, ac anni dies, uti universæ urbi, sic & Collegij inquilinis labore, metu, & luctu fuit illætabilis ex incendio quod, nescio cuius, in arce habitantis incurâ, arcem ipsam haud pridem irriguis fontibus, & ampliato pomoerio, ac novis conclavibus recente exornato corripuit, atque uno ædificij latere jam exusto, toti castro in bustum redigendo imminebat. Accurrerunt quidem cum civibus etiam Socij, sed via modusque succurrenti non apparebat; rogavit itaque populus Nostros, ut, prolato Venerabili Sacramento, ei supplicant, qui mari, & ventis imperat, ut nunc etiam flamas, & ignem compescat. Obscurti sunt Nostri eventu optatissimo, ut primum cum decoro comitatu deportatum Christi Corpus prope arcem, dataque fuit sacra Benedicâ, remittere flamarum vis, nec aliam ulteriùs aggredi arcis partem est notata.

Accidit molestem, & Academicæ disciplinæ noxiū quiddam aliud. Ad augendam in condiscendis literis diligentiam, cum ut ante trienium fieri coepit: est, hoc rorsem anno placuisse pergere in rei ciendis ab altiore Schola, qui inferiores deprehensi fuissent doctrinâ: quod communem acuere debuisset industriam, nonnullorum exacuit iram ad rabiem usque. Ubi adfuit renovatio studiorum, quatuor ex reiectis nocte in sequente magno tumultu arietare tum Collegij, tum Professorum exterorum & Magistratum domos, diffingere lapidibus fenestrâs, ingerere convicia, neque his contenti blasphemias etiam contra Deum, & Superos voces evomere. Comprehensi tamen sunt turbatores petulantissimi, decretumque est potestate uti, quam Academæ Fundatores dedissent: ad severitatis edendum specimen supplicium ita in eos statutum est simile illi, quod Parisini in Scholis Aulæ nomen invenerit. Poena inflicta fuit publicè, presentibus Academicis, quos

Histor. Prog. Germ. Sup. S. 3. Tom. II. Decr. I.

Ff

omnes

433.
Lucas Opa-
linskius
Palatinus
in Polonia,
Augustanæ
Gymnasij
Discipulus.

434.
Sodales
Mariani
novo more
procedunt
in Publi-
cum.

435.
Fuggero-
rum conju-
ges & alii:
Matrone
benificie in
nostrum
Templum
& Sodali-
tatem.

436.
Dilingæ in-
cendum
arcis En-
charistia ex
templo
Collegij
prolatâ re-
mituit, &
extingui-
tur.

437.
Infolens
quorun-
dam Scho-
lasticorum
audacia
punita.

omnes campanæ cantus exciverat. Juramento dein spondere adæcti, nunquam se de hac punitione, aut punitoribus larvâ teclis vindictam ullam molituros, ex Academia, & urbe fuerunt relegati.

438.
Ad Eccle-
siam reversi
quadragesim.

Cætera per annum fluxerunt quietè admodum, & probè, Religiosi in contubernio sancti Hieronymi variorum Ordinum religiosè omnino diversati sunt octoginta, juvenes alij facilè ducenti. Cupierunt dudum Sodales Parthenij, Ingolstadiensium exemplo, die Parasceves, voluntarias castigationes corporis exercentium, ordinato aginine prodire in publicum: anno id præsente fecerunt, Gemmingio Episcopo haud approbante solummodo, sed postulante. Ex vicinis heterodoxorum opidis quadrageni Dilingam venerunt, ut nobis sele traderent Orthodoxâ Religione imbuendos: erant plerique valentes judicio, atque hinc ajebant, potissimum se ad ejurandum Lutherum fuisse permotos, quod eorum Prædicantes dogmatum, quæ proponerent, firmitatem non solidis argumentis, sed convicijs duntaxat adversum Papistas, Clerum præcipue, ac Religiosos, effreni imperantiâ conluissent inadficare. Ad quam infestandi sacratos Deo viros libidinem quis eorum sit instigator, ex eo intelligas licet, quod hoc anno Dilingana in vicinia contigit.

439.
Insidie Or-
cinae adole-
scenti Reli-
gionem iniure medi-
tanti stru-
cta red-
duntur ir-
ritare.

Adolescens in Cœnobio quopiam degebat Monasticam amplecti vitam desiderans. Pessimè hoc tenebrionem Stygium habuit, itaque nocturnis infestationibus matris speciem præferens, vexare cœpit simplicem puerum, dehortando, minando, terrendo urgere, ut à propenso desisteret, idque tamdiu, donec fracta sit tandem infirmi adhuc pugilis constantia, ut non syngraphâ quidem, conceptis tamen verbis pollicitus sit pessimò veteratori, procul se abitum à Cœnobitis, prout à vita Cœnobitica: Subsoluit quidpiam pijs Ascetis de mutatione hac Acheronticis extortâ fraudibus. Notratum unus, quocum necessitudinis aliquid adolescenti erat, ex Dilingano propere evocatur Collegio. Is, re omni cognita, consilium luggerit adolescenti, promissu, quod verbo dederat, retractionem scripto ut concipiat, quo simul clarè testetur, quantum ad viræ statum diligendum pertineat, manere se, ac mansurum deinceps sui semper juris, liberique, nec ulla sponsione obligati arbitrij, ita penitus, ut ad quamvis vitæ conditionem, quam sibi expedire censeat, sese applicare, prout libitum, ita etiam sit licitum. Paruit adolescentis, atque insuper sacra Confessione Numinis sibi gratiam, opemque conciliare studuit. Nocte adulta iterum, qui post data sibi promissa tantisper quieverat, larvatus sub Matris personâ mendaciorum pater, & filio, uti nunquam, ita nunc profectò minimè suo, perfidiam exprobrat, gravissima quæque minitans; ast ubi puer, uti monitus fuerat, ne verbulo quidem stridentem Umbram dignatur, nihil ultra nocere ausa, disparet illa, noctemque reliquam, & omnes deinceps dies, noctesque imperturbatas sinit.

440.
Urgente
Hieronymo
Porta Nun-
cio Aposto-
lico,

In Domicilijs, quæ Societas trans Rhenum id temporis habuit, certabat externorum cura pro Nostris cum caritate Nostrorum erga externos. Hieronymus Porta, Pontificius ad Germaniæ Principes Legatus, pro codem, quo Patruus Bartholomæus, quondam, & ipse Apostolicus in Germania Nuncius, erga Sodalitatem nostram ferebatur studio, jussu insuper Clementis Papæ Octavi, summopereurgebat, ut cœptæ jam ab anno elapsæ consultationes de Collegio in urbe Constantiensi ponendo, certi quidpiam statuerent. Quapropter ipse met cum Julio nostro Pri-

Priscianensi Dilingâ in Superiorem Sueviam prosectorus, cùm Antistites 441. Antitutes
Cœnobiorum, quæ illic sunt, adversùs Societatem optimè animatos in- Cœnobio-
venisset, perfecit, ut, instituto unum in locum conventu, deliberarent, rum in su-
an, & quantum de suis etiam redditibus ad Cotlegium fundandum con- periore
tribuere vellent. Terminata est ad Hieronyini votum deliberatio: be- Suevia
nigna liberalitate, quindecim addixerunt ex collectio zre florenorum quindecim
millia, id unum postulantes, ut quadriennium adhuc morarentur Socij, florenorum
donec summa, quam certò persoluturi essent, absque Oeconomiae gra- millia ad
vi dispendio colligi posset. Quòd tamen agnoscerent, quaternos Collegij
duntaxat Socios, qui tum ad Lacus Acronij littora, vineam Domini ex Constanti-
colebant, pondus diei, & æstus portando esse impares, subsidijs in ensis funda-
præsens tantum subministrarunt, ut quintus deinceps ali posset. spone affe-
runt.

Concessus fuit Castulus Agricola, Operarius tam strenuus, ut unus 442. Quaternis
ipse plurium vicem repræsentaret. Jucundum sanè dictu est, quàm Constantiæ
utiliter quinque hi viri laboraverint: suppresa maximam partem, quæ Sociis acce-
nuper tam foedè invaluerat, hæresi, videre erat studio admirabili cives dit quintus
ferri ad conciones Orthodoxas, Sacrificia, Mysteria, spectare mode. Castulus
sta cum veneratione ritus Catholicos, convenire ad Compreçiones pub- Agricola.
licas, privatim adeò sanctè jejunij, & abstinentiaz à carnibus leges FC- 443. Constanti-
cœlesticas tueri, ut lanjones, jam, & macellarij conquererentur suo enium er-
se damno vitulos coëmisce, & coxisse tomacula, quibus multò, quàm ga Religio-
credidissent, pauciores modo vescerentur. nem Catho-
licam pro-
pensio, &
progressus.

Inter excursiones Apostolicas, ad quas ex laboribus urbicis, quid 444. Excursio
quid poterat temporis, eripiebatur, celebrior fuit ad vetustissimum fructuosa
sancti Galli Ordinis Divi Benedicti Cœnobium. Bernardus Mullerus, ad Cœno-
quem ante biennium Dilingani fasti laudarunt, post Joachimum Opse- dium sancti
rum Principem laudatissimum, pariter & ipse æternâ memoriâ dignissi- Galli.
mus, electus nuper Antistes, in diem quo consecrandus erat, Alexandrum
Hellerum ad geminam habendam concionem evocavit, atque addi-
disse omnino decus sacræ celebritati, judicata est Oratoris doctrina,
non minùs, quàm facundia, ipsis etiam probata hæreticis, quorum per-
multos, utpote subditos novo Domino, ac simul lacri Romani Imperij
Principi, obedientia, alios ex vicinis arcibus, oppidisque tantum Præ- 445. Bruntrut-
sulem venerandi officium congregaverat. Celebre Bruntrutana quo- num Colle-
que urbs spectaculum hoc anno usurpasse oculis gavisa est: cùm ad Prin- giun &
cipem suum, Episcopum Basileensem duos alios conspicata est invisentes, Gymna-
Cardinalem unum, Archi-Episcopum alterum Andreas Cardinalis mut Episco-
Constantiensum in Suevia, & Brixinensiu in Tyroli Episcopus, à mor- pi invisi-
te Parentis sui Ferdinandi Archi-Ducis, Alsatiæ, Suntgojámque Austria- 446. Videlices
cis eo ævo adhuc subditas inspecturus, propè terras Rauracorum venit; Andreas
unde loci propinquitate illeatus, ut Principi Christophoro, qui non ita Cardinalis
pridem, ut memorabamus, Oeniponti Andream salutaverat, salutem Austriacus.
redderet, Bruntrutum petijt. Comperto Andreæ adventu properè affu- 447.
it è Burgundia Archi-Episcopus Bisuntinus, ad quem causæ sacræ, Archi-B-
juraque Urbis Bruntrutanæ pertinent. Mirum, quantâ voluntatum piscopus
significatione, ac judicio suum in Societatem animuin demonstrarint; Bisuntinus.
magna hæc Ecclesiaz Capita. Non satis habuerunt ad nostrum invisi- 448.
Domicilium, Musarum quoqne adyta subire sunt dignati. Ad exci- Et Episcop-
piendos tantæ Majestatis hospites quidquid literarij ornatùs parari potuit, Basilensis
præ opibus est adhibicu. Stragulæ pependerunt è Scholarum parie- Princeps.
tibus,

tibus, è fragulis carmina Latino, Grajoque idiomate, quibus declamationes prosa, versique sunt additæ.


449. *Bruntrudi instituta Sodalites Marianæ à discipulis Gymnasij.* Gratissima fuerunt tenuis Præfusibus hæc eruditio[n]is specimina, sed multo gratiiora pietatis; ubi nempe intellexerunt, inter Gymnasij discipulos, è quibus erat facile princeps ex illustrissima Comitum Oettingensium Familia, inde à Suevia usque Bruntrutum missus, more aliorum Gymnasiorum Sodalitatem coauisse cultui DElparæ, bonorumque morum exercitationi dedicatam. Quin Archi-Episcopus, ut ab oviculis, ad

450. *Archi-Episcopus Plautinus pro conacione Societatem confendat.* quas interviserat, absque Divini Verbi pabulo non discederet, consensu suggestu, cum multa ad eas in Ecclesiæ ovili, pascuisque contendas præmissis, sermone ad Societatem deflexo, contestatus, gaudere se, quod tales in pascendo grege adjutores relinquere, civibus, quæ animorum, quin & corporum compendia, ex Sociorum usu ad eos redirent, minimè compendiariâ oratione commonstravit.

451. *Missio Delementana.* Studuimus porro operam nostram more nostro extra Bruntrutum proferre, & hoc quidem anno Delementium. Oppidum id est sub Dominio profano simul, & sacro Episcopi Basileensis. Plebs quæ circum est, agricultori maximam partem dedita, sed tum temporis miserabili rerum, quæ ad fidem, vitamque Christianam pertinent, ignoratione depresa, tractabilis ceteroquin, & bonæ seimenti recipienda perquam idonea. Ut idoneum pariter huic sationi virum submitteret Collegium, Antistes petijt: neque is, quem Moderatores concessere, spem fecellit Præfus. Aliquot mensibus Delementium, ac circumiectas villas, quin & casas, ac gentis rem pecuariam curantis tuguria pererrans, non tam catechista, aut concionator, sed familiarum ferè singularum Pædagogus extitit, ac novam vicinæ omni vivendi scientiam, rationemque invexit, quæ ut permaneret, vel etiam politior evaderet, Curionum dein servori, industriæque gnaviter laboranti fuit tradita.

452. *Lucernæ adhuc pertin. Socij frugiferi simul & incolumes.* Lucernæ pestis nondum penitus deserbuerat, at simul neque remiserat Divini Numinis bonitas, quæ inter tot, ut facile perspectu est, Sociorum pestiferis opitulantum pericula, omnes servavit incolumes, & frugiferos: quod in hæreticis etiam ad Ecclesiam reductis patuit, quorum fuere quatuor, & quadraginta. Friburgi Nuithonum à tempore,

453. *Friburgi Nuithonū antiquo iuramento de servanda fide Catholica nouis insertus Articulus de traditis libris hereticis.* quo variarum hærescon illuvies Religionis synceritatem cœpit infuscare, statutum salubriter fuerat, ut à civibus in unum collectis juramentum ederetur persistendi in avita erga Deum fide Catholica. Hoc anno, quo pestis urbem reliquit, facile persuasum est à nostris Magistratui, ut jurisjurandi formulæ novum caput insereret de tradendis Parochio, si quos haberent, libris hæreticis; sic enim sperandum, fore, ut, quos misericors Numen videret esse tam sollicitos, ne patria noxiiorum dogmatum lue unquam inficeretur, vicissim à corporibus lethali contagione, uti nunc fecisset, imposterum quoque servaret intactos. Cùm rumor, quām res animorum prospere à Socijs ageretur Friburgi, usque in Bojariam pervagatus, ad Guilielmi Principis aures fuisset delatus; multum nostris gratulatus, gavifusque, ternas ornandis ad Aram litaturis Sacerdotibus vestes, terna contegendas Altaribus pallia, Calicemque argenteum pretiō, quod Principem deceat, consecutum dono misit.



HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA. DECADIS SEXTÆ ANNUS SEXTUS,

SEU

CHRISTI MDXCVI.

S Y N O P S I S.

Chilielmi Bojorum Ducis nova ratio stabiliendi fundatio-
nem Collegij Monacensis, n. 455. Dum Eberspergam
à Pontifice Collegio transcribendam curat, n. 456. In
translationis negotio nullam partem habet Societas, n.
465. & seq. Templi novus fornix educitur, n. 473. Sacellum S-
Crucis consecratur n. 475. In Gymnasio schola Grammatices gemi-
nantur, n. 480. Joannes Brennerius stabilit Rem Catholicam Wile in
Wirtembergian. 483. Oettinga Veteris immigratio in novam Domum,
ac Templum, n. 487. Ingolstadij uni ex juvenibus, qui se Uffores no-
minabant, justè inflcta pena, n. 493. & seq. Augustæ inter Lutberan-
nos concertatio, n. 510. Pratoris Augustani frater fit Catholicus n.
513. Joannis Welseri Duūm viri elogium n. 519. Missio Elvacen-
sis & Campidunensis, n. 522. & seq. Ferdinandi Archi-Ducis exe-
quia, n. 528. & seq. Friburgi Nutbonum solemnis ingressus Socio-
rum in novum Collegium, n. 535. & seq. Ubi & apertum novum
Gymnasium, & nova schola Rhetorice n. 538. Martini Leibenstein
primi Rectoris Collegij Lucernensis elogium, n. 542. & seq. Petri
Pranzij Novitij mors, ejusque mirabilis deductio ad Fidem Catolicam, n.
545. & seq. Religionis continua mutationes in Saxonia n.
549. & seq. Joannes Saxonja Elector moritur Catholicus, n. 551.
& seq.

455.
Guilielmi
Bojorum
Ducis nova
ratio stabi-
liendi Fun-
dationem
Collegij
Monacen-
sis.



Uam Serenissimi Bojorum Ducis Guilielmi beneficentiam erga Societatem in extremos usque Helvetiorum fines sese extendisse jam nunc spectavimus, facile credemus, majorem longè adversus propiora, atque adeò propria suarum Provinciarum Collegia extitisse, ut æquissimum arbitrer ab illa gestorum incuntis anni post sesqui millesimum nonagesimi sexti narrationem inchoare, ita ta-

456.
Dum Eber-
spergam à
Pontifice
Collegio
transcri-
bendam
curat.

men, ut, cùm de Principum munificâ in nos solicitudine plurimum habeamus commémorare, ab hac ipsa pariter benevolentia concessum nobis existimemus, ut contra nonnullorum malevolentiam afferre quidpiam liceat pro tuenda Societatis modestiâ, ac provisioñe, quâ in acceptando beneficio sapienter usa est, satis gnara, quâm sæpè benefacta, etiam non potenteribus, quin yerecundè, veluti ultra meritum collata recusantibus invidorum urant præcordia, & calamos subinde, ac linguas exasperent. Stetit olim viginti ab urbe, quæ nunc est, Monachio pa- suum millibus castrum pervetus, à Sighardo conditum, qui cùm à Carolomanno Bavariæ ac Italiæ Rege, cognato suo, amplio circa Semptam Bavariæ amnem, terrarum tractu donatus fuisset, præpotenti quondam Semptensium Comitum familie primus nomen, originemque dedit. Arcem is fossis, vallisque contra hostes quoslibet, Hunnos præsertim, Germanis tunc formidabiles, egregie munitam condidit, eamque Eberspergam, seu, ut Germanis sonat, Apri Montem appellavit, monumentum videlicet expulsi à se, ejectique è collis vicini specu apri, seu Dæmonis potius, qui portentosæ magnitudinis aprum formâ mentitus, rusticans circum accolit, & superstitione consulentium simplicitati turpissimè il ludens, porcino rictu Orcina ad illud usque temporis grunnierat oracula. Triduana venatione larvatum hoc monstrum frustra oppugnavit Sighardus, donec bestia mirabili tandem agilitate, & immani saltu retia transvolans, simul videri desijt, simul, qui silvaticus hucusque porcus credebatur, Orcum se esse prodidit. Divino monitu Sighardus eodem in clivo, quo pulsus fuerat perpetuus mortalium hostis, potentissimæ Draconum Victricis Mariæ honoribus Ædiculam dedicavit, ornatamque Sacerdotum è Clero curæ demandavit. Ratholdus Sighardi filius, paternæ pietatis perinde, ac fortitudinis hæres, ingenti ex defenso contra Hunnorum immensam multitudinem Eberspergens Castro famâ inclitus, Conrado Germaniæ Regi dignus est viñus, quem Carinthiæ, quæ antiquis Norici Mediterranei pars est, Marchionem nominaret; is, ut Deo, Deique Matri gloriæ, opumque incrementa in acceptis à se referri contestaretur, ad Rem Divinam augustius in Æde, quam Parens considerat, peragendam, circa annum nongentesimum nonagesimum, honorifice dimissis Clericis, qui pauculi aderant, Canonicos substituit, qui ad normam à sancto Augustino traditam summè commendabilem à pietate ac doctrina vitam agebant, primo eorum Præposito Huncfrido eximiæ sanctitatis viro. Eberhardus, quod virtutibus avum Sighardum, patremque Ratholdum æquaret, æqualibus etiam prodigiosè à Cælo submissis monitionibus incitari est meritus, ut novis accessionibus loci, quem Deus suo cultui peculiariter destinaverat, celebritatem auget, itaque & major Religiosorum incolarum evocatus est numerus, & habitatio parata amplior, & latifundia adjecta uberiora, & alia deum sacra Ædes à fundamentis extructa, cuius longitudo pedes geometricos octogenos, quinquagenos latitudo complectetur. Cæterum Eberhardus recte intelligens novæ Ædi venerationem multò maximam non tain ex ornatu cætero, quem sanè cum fratre suo Alberone, ac

457.
Eberisperga
Arx nomen
trahit ab
apro pro-
digiosè
pulso.
Wid. Hist.
Eberp.

458.
Ponè ar-
cem B. V.
Ædem po-
nit Sighar-
dus adjun-
quis Cleri-
cis.

Sighardus, donec bestia mirabili tandem agilitate, & immani saltu retia transvolans, simul videri desijt, simul, qui silvaticus hucusque porcus credebatur, Orcum se esse prodidit. Divino monitu Sighardus eodem in clivo, quo pulsus fuerat perpetuus mortalium hostis, potentissimæ Draconum Victricis Mariæ honoribus Ædiculam dedicavit, ornatamque Sacerdotum è Clero curæ demandavit. Ratholdus Sighardi filius, paternæ pietatis perinde, ac fortitudinis hæres, ingenti ex defenso contra Hunnorum immensam multitudinem Eberspergens Castro famâ inclitus, Conrado Germaniæ Regi dignus est viñus, quem Carinthiæ, quæ antiquis Norici Mediterranei pars est, Marchionem nominaret; is, ut Deo, Deique Matri gloriæ, opumque incrementa in acceptis à se referri contestaretur, ad Rem Divinam augustius in Æde, quam Parens considerat, peragendam, circa annum nongentesimum nonagesimum, honorifice dimissis Clericis, qui pauculi aderant, Canonicos substituit, qui ad normam à sancto Augustino traditam summè commendabilem à pietate ac doctrina vitam agebant, primo eorum Præposito Huncfrido eximiæ sanctitatis viro. Eberhardus, quod virtutibus avum Sighardum, patremque Ratholdum æquaret, æqualibus etiam prodigiosè à Cælo submissis monitionibus incitari est meritus, ut novis accessionibus loci, quem Deus suo cultui peculiariter destinaverat, celebritatem au-

459.
Ratholdus
Sighardi fi-
lius, Cleri-
cis Canoni-
cos Regula-
res S. Augu-
stini substi-
tuit.
Hand. Metr.

geret, itaque & major Religiosorum incolarum evocatus est numerus, & habitatio parata amplior, & latifundia adjecta uberiora, & alia deum sacra Ædes à fundamentis extructa, cuius longitudo pedes geo-

460.
Ratholdi fi-
lius Eber-
hardus præ-
ter latifun-
dia sacras
Reliquias
novæ Ædi
infert.

metricos octogenos, quinquagenos latitudo complectetur. Cæterum Eberhardus recte intelligens novæ Ædi venerationem multò maximam non tain ex ornatu cætero, quem sanè cum fratre suo Alberone, ac

forore

sorore Wiliburga curaverat opulentum, quām ex Divorum Offībus, si quæ illuc inferrentur, Cineribusque adventuram esse, viros, qui ea conquirerent, auctoritate, & facunda prudentia conspicuos quaqua-versum ablegavit, Romam præcipue, eventu nequaquam irrito. Stephanus Pontifex (septimum alij, alij octavum nominant) qui multa de Semptenium Comitum, ac in primis Eberhardi pietate inaudierat, tam sanctis desiderijs velificari posse gestiens, cum alias de Martyrum Exuvijs partes, tum de sancti Martyris Sebastiani Cranio superiorem testam transmisit. Quanta exultatione Eberhardus sacerdūm hoc munus exceperit, quis satīs memoret? Bojariam omnem tanti mox thesauri recēns advecti certiorem fecit, ut ficeret simul participem. Nec mora avidè concurrerunt populi, magni præcipue Sebastiani Craniū veneraturi, quod non aliter, quām Clypeum salutis intuebantur, sub quo tum adversus mala cætera, tum luem maximè, & contagionem pestiferam tutos, teatōsque se perfiduros confidebant; jam enim cōtempore Urbs Romana suo ipsius experimento orbem Christianum perdocuerat, quantum præsidij adversus depellendam pestilentiam in Sebastiani patrocinio repositum esset. Crevit tanto amplius erga loçum religio, quanto frequentiora memorabantur prodigia cultoribus quidem ex impetratis, quæ oraverant, beneficijs jucunda, nonnunquam autem prædiorum, & jurium, quibus Semptenses Dynastæ, Principesque, & Reges alij templum perinde, ac Religiōlam Domum exornarunt, violatoribus ob infictas pœnas etiam tristia, & omnibus terrifica. Inter has Craniū S. Sebastiani 461.

Intra tamen indies augescens advenarum cursus, quantum augendo Ob accursum ad SS. Reliquias abeunt in solitudinem Canonicī Regulāris. 462.

Cælitum cultui publico idoneus, tantum privato Canonorum sancti Augustini Instituto accidebat inopportunitus. Guntherus, qui post Hunefridum quartus Collegio præfuit, ut erat ipse solitudinis, in qua Cælestium rerum contemplationi vacaret, sitientissimus, ita Sodales cætros, apud quos magna, ut merebatur, sanctitatis opinione, & auctoritate pollebat, facile eodem religiosæ quietis, & cum Magdalena potius, quām cum Martha, optimam partem eligendi desiderio incendit, hanc vitæ normam ei, quam primitus amplexi essent, rationi magis congruam arbitratos. Aegrè viros, nec nisi post iteratas saepius preces in eremum abire permisit Udalricus, Ratholdi nuper laudati nepos, sanctæ Hademundæ pari sanctitate verè germanus frater, qui, ne religionis celebritas refrigericeret, idoneos sanè Ministros, consulto, & consentiente summo Pontifice Joanne quinto, subrogavit ex Magni Patriarchæ Benedicti Ordine.

Primus Monasterij Abbas Reginboldus fuit, qui ejusdem Ordinis itidem primus Augustæ ad Sanctorum Udalrici, & Afræ antea Præfuerat, iterumque Eberspergå evocatus à Conrado Salico Imperatore, atque ad Laurishemienſis Alceterij gubernacula admotus, demum Spiræ Episcopus eâ sanctitate deceſſit, ut publico exin cultu inter Cœlites honoretur. Stetit Monasterium annos prope sexcentos, multis quidem viris pietate, ac doctrinâ claris illustre; sed multâ simul eventu varietate, donec tandem situs, ac infelicitas superiorum temporum Guilielmo ansam præbereret, primum quidem administratores ex alijs Monasterijs Eberspergam accersendi, demum flagitandi à Pontifice, ut quemadmodum parenti Alberto, & avo Guilielmo potestatem Pius quartus, & Sixtus quintus Pontifices concesserant mutationes Cœnobiorum, translationesqne faciendi, ita & sibi facultas daretur Eberspergensi in Monasterio veterum incolarum vice Clericos Regulares, & quidem è 464. Primus Eberspergus Abbas Reginboldus. 465. In Translationis negotio nullam partem habuit Societas.

Societate JESU collocandi. Quæ causæ Guilielmum ad hæc consilia impulerint, nostrum haud est multis disquirere, fas tamen, imò necessarium esse arbitror afferre illa, quæ ad Societatem ab omni subdolæ invasionis notâ, quam impingere nonnemo attentavit, eximendam

466. Testantur id literæ ipsius Ducis Guilielmi.
Leyman De- fess. Bul. Pont. ac Cas.
mentum ex his quantum oportere videtur, excerptimus: *Ut porro, ait, Frater amantissime, negotij totius veritatem, ut reipsa est, intimè cognoscas, Et qua mente optima geruntur, qui, bonique consulas, scias in primis velim, neque Patres Societatis, neque me, contra, quæ malevoli spargunt, dolo, Et malis artibus id moliri, ut plura antiquiorum Ordinum Monasteria, vel ipsi ad se trabant, vel ego ad eos transferam. Commenta nuperrime, ut certò compéri, excogitata bac sunt, at veritati summe dissentanea; Sociorum ex adverso innocentia non potest non esse perspicua. Longissimè abest, ut suggestionem Eberspergam transferendi ad Collegium Monacense ab illis acceperim: me a bac primùm cogitatio, meorum, quos rectionis universa consilia rios habeo, mens bac, Et judicium fuit contemplantium, qua illic loci acta fuerunt hac tenus. Cùm, quæ essent consilia nostra, Patribus indicâsem, protinus tum Provinciae Frasæ, tum quos habet Consultores, occuperunt reluctari, scriptisque ad Generalem suum literis, sufflaminare consilium, ita ut Generalis, quod ex adverso meis ego decretis insisterem, in angustias non leves conjectus, impensè beneficium hoc deprecatus fuerit, prvidens forse, ut vir prudens, futuros, qui optent, ut esca bac comedenti tantum proficiat, quantum offa Medæ carminibus incantata, ut revera nunc evenisse comporio. At non mutavi ego, quæ decreveram, sed intellecto, Aquavirum Generalem supplicâsse Pontifici, ne ad ea, quæ peterem, consensum praefaret, fortiores longè preces opposui, ac peruersi tandem, ut silentium deinceps imperaret Patribus, juberetque sine ulteriori tergiversatione acceptare, quæ offerrentur. Obedjerunt, sed verè solo inductureverentia, ac submissionis adversus mandata summa Sedis, nequaquam tam interea sine metu commatum, quibus traducendi essent, qualia Et tum sustinere cogebantur, cùm nuper Ingolstadiensi Collegio Biburgensis Monasterij redditus fuere assignati, quanquam multis antè lustris desertus ille locus, vacuusque incolis stetisset. Hæc è Guilielmi literis enotata sufficient ad vindicandam famam, ne in rem, jurâque aliena involâsse proclamemur; plura hujus Epistolæ fragmenta allegato in libro extant.*

467. Negotium totum feliciter con- fessum.
Illorum, quibus negoti conficiendi curam Clemens Octavus Pon- tifex, & Guilielmus commiserunt, prudentia, & dexteritate effectum est, ut cum Archi-Episcopo Ernesto, qui simul Frisingæ Episcopus, Collegio Canonicorum Frisingensium, atque Alexandro Sautero Cœnobij Andecensis Abate, cui celeberrima Benedictinorum Congregatio suas in hoc negotio conficiendo partes demandarat, quietè omnia, & pacatè trans-

transacta fuerint, ipsis etiam, qui pauculi supererant, Religiosis lubeñ-
ter ad Mallerstorffense Monasterium transeuntibus, quod anno supra mil-
lestimū centesimo nono à Kirchpergæ Comitibus fundatum, soli jam rei
œconomicæ curatori alendo sufficiebat Paulo Klokerø, quem Thier-
hauptense Monasterium commodarāt, viro non probo minis, quām
indulſrio: is intra paucos annos rem familiarem ita restituit, ut simul de
Religiosis iterum inquiline Monasterio restituendis solicitus, opportunē
submissas Eberspergâ suppetias peramanter exciperet. Mitratus sub-
inde Præſul, dignitatem eadē virtutis, ac prudentiæ famā, quā post
submotos loci administratores Abbatiaꝝ luꝝ recuperavit, per annos sex lau-
datissimè tenuit. Jam & is, quem nominavi, Sauterus Montis Sancti Antistites,
cūm non potuisset, non pavidere, quām Societas haud integrā modō
ab omni appetentia, & puram manū continuisset, sed à tota hac transla-
tione retrahere conata esset, intimam cum Nostris amicitiam contraxit,
tenuitque etiam postmodum, cūm revocatus est Ottenburam, ex præ-
cipuis unum in Suevia Ordinis Benedictini Monasterium; quippe ex
eo Alexander ab Andecensib⁹ postulatus, concessusque fuerat, donec
Ottenburani ipſi, viri famā permoti, jure suo ad doinesticam potius,
quām alienam Mitram accipiendam remitti illum expetierunt.

Surrexit tamen, sed post aliquot primū lustra, Gaspar Scioppius,
qui è cœlo suo imaginario *Aſtrum* suspendit *inextinctum*, malignum po-
tiū phænomenon appelles, ac Draconem volaticum: Cūm Principes *Archæ.*
ille Catholicos, Sacrosæquè, ac laicos, qui prostrata, desertāve Cœno-
bia, quantumvis patua ad Societatem, utut reluatantem, transtulerunt
venenato ore conspurcare non audeat, rabiem quidem & iram reprimit,
quā contra Pontificem, & Guilielimum Ducem, contra Minutium de
Minutijs, quem ad hanc tractationem adhibuit Pontifex: contra Joachi-
mum item Fuggerum, Jacobum Millerum Cathedralis Ecclesiæ Katisho-
nenſis Præpositū, & Joanneum Schrenkium Supremum Principis Quæ-
storem, quorum operā Guilielmus est usus, tacite infrendet, eō pro-
terviū tamen contra Societatem, quanquam insontem, quidquid infā-
næ maledicentiæ in-rictū est, impudenter evomit; sed nil venena pro-
fieiunt, ubi inculpatæ conscientiæ testimonium, & agnita cordatis om-
uibus veritas pro alexipharmaco est. Cæterū vix non annus inter No-
strorum tergiversationes, missasque Romam, Coloniam, Monachium
ultra, citroquæ literas, abigit, donec res diu consultata ad finem perdu-
cta est. Pridie Festi sancto Wolfgangi diei, eā, in quam utrinque con-
venerat, formā consignatus est locus Monacensi Collegio, moxque
missus è Socijs Christopherus Ammanus, qui conciones haberet, & ca-
techeses, dum prius, mense Decembri, veniret Luzius quidam pic-
tate, ac doctrinā prællans Sacerdos, alumnus nuper in Academia Di-
lingana Pontificius, cui deinceps Parochi vices fuerunt demandatae, No-
stris tamen aliquoties per annum ad colligendam animorum segetem so-
ciando labori Monachio venientibus.

Non tam interea Guilielmus solis duntaxat, œconomicæ stabilien-
dæ curis se impendit pro Collegio, ut non Templo etiam ædificio tan-
dem perficiendo solitus invigilaret. Quod de Salomone sacra testa-
tur Historia, eum simul & Domum Regis ædificasse, & Domum DEI, memorari de Guilielmo potest. Proditura post aliquod tempus consilia
tunc iam tacito volvens animo, domum (ita appellabat) recipſa dignū Prin-
cipe palatium moliri coepit, Collegio vix non contiguum; nempe ut dein
Hijſtor. Prog. Germ. Snp. S. f. Tom. II Dec VI.

Hh

Temp-

468.
Mallerstorff
Cenobiua
ex transla-
tione Eber,
Spergæ re-
florescjt.
Hundium.

469.
Nominan-
tur, qui
translatio-
ni fuerunt
adhibiti.

470.
Luzius
alumnus
Pontificius
prīmus
Eberspergæ
Parochus.

471.
Guilielmus
Palatium
ædificat
Templo S.
Michælia
vicinum.

- 472.** templo vicinior esset perpetuus incola. Immigravit in novam hanc struētam mense Martio non sine studio Divina exorandi auspicia , quam ob causam sacrā in Montem Andecensem peregrinatione defunctus est. Mense eodem resumi voluit Aēdis fabricam , cui ampliandæ vastum, sub quo summum modō Altare collocatum est , fornicem educi iussit.
- 473.** Quod architecti asseverarent , concamerationem hanc præ illa , quæ reliquum omne clauderetur templum , periculosorem esse, ne similis , quæ turrim dejecerat , strages subsequeretur , multiplicatis, quæ singuli. Sacerdotes obtulerunt , Sacrificijs , precibūsque alijs , brachij Omnipotentis fulcimenta fuerunt implorata , obtentaque feliciter. Quod porrò Sacellum Cryptæ Nostrorum sepulchrali , ut jam olim memora- vimus, impositum , penitus jam ædificatum esset , evocatus iterum eſt us Frisingensis tri- Fisingā Episcopi Suffraganeus, Bartholomæus Schollius, ut, qui nuper tri- duana re- duo sacris in Collegio Meditationibus ad annuam , prouti solebat , noxa- collectione rnm Confessionem se paraverat , nunc gemina primū in novo Guili- ad Confef- elmi Palatio Sacella Aulica, dein nostrum quoque adorandæ Christi Ser- sionem Ge- nerali an- vatoris Crucis , vergente ad finem Julio , initiaret. Templi ipsius De- nuam para- dicatio , dum anterior quoque testudo absolveretur , dilata fuit , fre- re solitus,
- 475.** quens tamen , ac multiplex ejusdem usus erat; quippe præter complu- Sacellum S. ra quotidie Sacrificia , publicas statis diebus conciones , catecheses , Crucis con- præbita Mysteria , ejurations factæ sunt diversarum hærescon ter & vi- secrat.
- 476.** gesies , geminæ item Comprecationes præ alijs admodum crebris cele- Compresa- bratores : Mensa Majo prima pro felici armorum contra Turcas impe- tiones due- tranda expeditione : multò ferventior altera sub Autmnnum , ad quam celebres in Templo. tum urbis populum , tum latè omnem viciniam excivit sferalis nuncius de urbe Hungaroru:n Agriā, immanni militaris præsidij contra Ductores re- bellantis scelere Turcis proditā: adsuerunt totis diebus ferè assidui ipsi Principes , quorum voluntate duo sacri Oratores nostri , Melchior De- genhardus , & Georgius Witweiler , ille Aulicus , hic Templi , Brun- truto recens accersitus ardentissimis hortationibus concionem ad de- precanda Christianorum ulteriora mala inflammârunt.
- 477.** Non humano hortatu, sed Divino admonitu in templum venit gra- Monetur vis vir, & honestæ admodum conditionis , cui nulla haetenus cum So- quispiam ciertatis hominibus notitia, multò minùs consuetudo intercesserat : huic prodigio- Confeſſio- objecta in somno est unius è Collegio species, voxque audita, jubens , ut nūm insti- tueret.
- 478.** Inopina al- terius ad Confeſſio- nem pera- gendam conversio. Non humano hortatu, sed Divino admonitu in templum venit gra- vis vir, & honestæ admodum conditionis , cui nulla haetenus cum So- ciertatis hominibus notitia, multò minùs consuetudo intercesserat : huic objecta in somno est unius è Collegio species, voxque audita, jubens , ut die altero ad Divi Michaëlis Aēdem sacram accederet , animique labes Confeſſione expiaret: obedijt, templūmque ingressus proximo , quem naclus est, in sella Confessionaria sedenti peccata aperuit, quem subin, ubi inspexisset attentiūs, gravissimè asseveravit , virum hunc eatenus quidem sibi nunquam visum, eundem tamen esse, cuius forma sibi dor- mienti monstrata fuerit. Alium, quem neque conciones è suggestu, neque imminens ex morbo vitæ periculum , & Sacerdotis de periculo commonentis hortatus ad confitenda peccata adducere potuerant, ca- techistæ nostri vox permovit. Convaluerat, de quo loquor, ægrotus, & liberioris auræ captandæ causâ deambulans, ante fores templi cuius- piam audit Nostrum doctrinæ Christianæ capita explanantem. curiosi- tate magis, quæm pietate motus ingreditur, magno sanè commodo suo: dissertatio erat de Confessionis peragendæ ritu, miscebantur quædam de illius utilitate, necessitate, frequentiâ, in plano omnia, & forma sim- plici, ac familiari, sed quæ extemporalis hic auditor mera veluti toni- triua exceptit, quibus ita percussus est, ut insolitum æstuans, ad templum nostrum concitato cursu properans, quantocyus Confessarium evocari flar-

flagitaverit, ne horulam quidem reconciliationem cum Deo dilaturum se afferens, utpote cuius necessitatem tantam esse hodie primùm clarissimè perspexisset, quantam antè nunquam sibi persuaserat, incurius semper ad omnia, quæ de hoc argumento vel Oratores sacri auribus, vel morum Magistri scriptis voluminibus, oculis ingessissent.

Archidux Mathias Rudolphi Cæsaris frater, ac postmodum in Imperio Successor, cùm ex Tyroli in Bohemiam redux, Monachium attigisset, neutquam ire sustinuit ulterius, quin priùs templum sancti Michaëlis, de quo tam multa audiverat, præsens inspectâisset. Deduxerunt cum kalendis Decembribus Guilielmus Dux, Ducis Frater Ferdinandus, Filij Maximilianus, Philippus, & Albertus. Iustrato templo, Collegij quoque spectare fabricam, & Gymnasij placuit, novi præfertim, & novas in eo Scholas, in quarum unam, crescente semper discipulorum numero, recens denuo, velut apum examen, ad condiscendam Grammaticen ex vetere, seu majore Gymnasio necessum fuit traducere. Dum sic ad finem perducitur magnificarum molium architectio, mors ipsos decerpere occœptat architectos. Laurentius Cassalius frater auxiliaris, quod architectonicen calleret, Româ, ut structuræ promovendæ adesset, ante annos aliquot missus, gnaviter omnino laborantibus invigilaverat hactenus, & laboraverat ipse perquam strenuè. Senio tandem fractus, & viribus, exædis in Societate sex lustris, quam laboriosè egerat sanus, tam patienter morbum tulit diu ægrotus, donec intra pulmones latitans, ac primùm post morem deprehensus abscessus, abscedendi quoque è vivis necessitatè, tertio idus Junias, attulit.

Præcesserat diuturnum hunc Domicilij incolam, mensis Maji die vi-
gesimo octavo, novus advena Joannes Brennerus, cujus præsentia, & pulcherrimis virtutum exemplis, quod non diutiùs liceret perfungi, obedi-
entia, ac deinde mors impedit. Ne tamen penitus è terris abeuntem velut absque viatico dimittamus, elogium adscribimus, quo ex ejus Provinciâ di-
gressum Spirenses ad Rhenum Socij fuerunt prosecuti, paucis additis, quæ in tabulario Monacensi extant. Brennerus Luxenburgi natus in Belgio,
triginta annos, & amplius in Societate vixit: cùm Philosophicæ aliquamdiu cathedræ, ac diversis Provinciæ Rhenanae Collegijs præfuisse, exoravit Moderatores, ut conquirendo per oppida, pagosque animo-
rum quæstui reliquum vitæ fineretur impendere. Wila, quam Frideri-
cus Cæsar secundus inter Liberas Imperij Urbes adscriperat, cùm uni-
versam Wirtenbergiam, intra cuius fines sita est, Lutheranismus oc-
cupasset, magnam ijsdem erroribus partem infesta erat. Ingressus
hanc Brennerus, ubi manum evellendis admovit lolijs, majorem longè,
quam sperare poterat, fructum retulit, trimestri non amplius, illic à Mo-
deratoribus commorari permisus, comitate, solertiâ, catecheseos, &
concionum frequentia, impensa item ægrotis, ac moribundis curâ ci-
vium animos ita sibi conciliavit, ut, quæ saluberrimè fuasit, promptè
exequerentur; unde factum est Senatus consultum, ut nemo post hac
Confulatum, nemo Magistratum gereret, nisi Catholicus, qui nec jure
civitatis frueretur. Quæ sancta cùm Religiosi ex Ordine sancti Augu-
stini Eremitarum, qui eatenus suum in urbe illa monasterium, & fidem Orthodoxam difficultè sustentaverant, deinceps servanda tuiti essent, brevi integra divini cultus refloruit viriditas, manetque etiamnum, ceu
lilium inter spinas, tanto majore Wilensium gloriam, & solatio, quanto
penitus abstesit Joannes Brennerus. Quidquid enim doloris accesserat, ex

479.
Mathias Ar-
chidux ad
tempium.
Collegium
& Gymna-
sium invisi-
tum.

480.
In Gymna-
sio Scholæ
Grammati-
ces gemi-
natur.

481.
Laurentius
Cassalius
mortuus.
Eius ele-
gium.

482.
Joannis
Brenneri
elogium.
Lit. Ann.
Coll. spiren-
sis.

483.
Joannes
stabilius
Wilæ in
Wirtenber-
gia re Ca-
tholica.

Merian.
Topogr.

Paulus
Fröbel.

Joanne

Joanne Brentio, qui Wilæ Catholicis natus parentibus, Halam dein, libera-
ram pariter in Wirtenbergia Imperij urbem, saepto ad Lutherum transfu-
gio perniciosis hæreseos flammis, ac longo viginti & aliquot annorum
incendio fœdissimè bustuarius gladiator devastavit, postea feliciorē
veritatis luce Wilam illustravit, ac sanctiori religionis amore incendit
Brennerus.

484.
Postulatus
in Aulam
Polonicam.

Ut innotuerunt hæc Paulo Hoffæo Provinciæ Visitatori, ratus, virum
tanto animorum zelo, ac cæterarum virtutum varietate exornatum,
uberiorum alibi, magisque necessariam positurum operam, impetravit
ab Generali Præposito, ut eum ex Provincia Rhenana Monachium evo-
care, atque inde in Poloniam liceret mittere. Desponsa fuerat Sigis-
mundo tertio Polonorum Regi Anna ex Maria Guilielmi Bojariæ Princi-
pis Sorore, Caroli Austriæ Archiducis Conjugæ, progenita: solicii Paren-
tes, ne in filia pietatis, ac innocentiae satus, quos ex domestica educatio-
ne acceperat, latissimè germinantes aliquando exarcererent, conscienc-
iæ pro illa moderatorem petierunt è Societate unum. Idoneus Hoffæo
Brennerus est vius, quem sperabat ob singularem hærefes omnes revin-
cendi peritiam, multis, etiam extra Aulam, insigniter commodaturum
esse in regno, in quo tunc temporis cernere erat varias hæreticorum
sectas, quantumvis doctrinæ inter se dissidentes, solo Ecclesiæ Catho-
licæ adverſandi studio concordes. At ecce! Venerat Monachiūm

485.
Ex itinere
Monachij
ægrotans
pleurans
abit.

Joh. Gans.
Syn. Aust.

Brennerus, magnâ exceptus à Guilielmo Duce approbatione, cùm pau-
cis post diebus pleuriticis corruptus est doloribus, inter quos, antequam
Aulæ terrenæ sortes experiretur, ad Aulam cælestem, ut confidimus,
omnia morientium Sacra menta ad ultimum usque momentum rationis
compotem transmiserunt. Et verò nec in Polonorum Reginæ obsequijs
diu fuisset perficetus. Vix enim biennium abierat, cùm Anna ipsa è
vivis abiit, antequam educationis domesticæ lementis quidquam in ea
detrimenti acceperat, imò multis roboratam comprobârat argumen-
tis, constantiæ præsertim inter adversa, quæ unâ cum Marito, à Suecis,
aviti regni ob Religionem hæreditate pullo, invictâ animi fortitudine
pertulit.

486.
Miffo in
silvam Ba-
variensem.

Missi etiam ex Collegio Monacensi aliò fuerunt, in silvæ nimirum
Bavariensis, ut appellamus, tractu in, silvæ Boheinicæ conjunctum, dno
Sacerdotes alij Emmeramus Wellerus, & Jacobus Stizius: ille veteranus
jam in eisdem oris, ac, ut suo loco traditum est, haud absque insidian-
tis malitiæ præstigijs tentatus Operarius: hic ad lacum Acronium Con-
stantiæ natus, Sacerdos quidem, ac Theologiaz Baccalaureus, in Religio-
ne tamen adhuc tiro: & opportunè admodum, ut tirocinium simul
poneret vitæ reliquæ in Millionibus potissimum Apostolicis, ac de-
mum in obsequio pestiferis impenso transactæ.

487.
Oettingæ
Veteris in-
migratio in
novam do-
mum, ac
Templum.

Quam differre templi Monacensis, utpote necdum perfecti. Dedi-
cationem oportuit, perficere licuit in Monacensis Domiciliij colonia
Oettingæ Veteris. Quippe, cùm ad finem deducta esset non sola ædium
pro Nostris, sed Ædis etiam sacræ fabrica, rogatus Salisburgensis Diœce-
ses Antistes Reitenavius, cùm tam ipsum, quæm ejus quaternos Suffia-
ganeos cura de exigendis Salisburgo, & vicinis tractibus Hæreticorum
reliquijs, ordinandaque Provincia distineret, functionem dedicandi tem-
plum nostrum Oettingæ Veteris Bartholomæo Schollio Frisingani Episco-
pi Suffraganeo perinisit, latto admodum, gratificari posse Oettinganis So-
cij,

cijs. Quapropter cùm Octobris die quarto, novam in domum, Guilielmi impensa paratam, non absque loci sacra lustratione novos incolas deduxisset, biduo post templum quoque Deo dedicavit, ac sanctæ Mariæ Magdalenaç honoribus; haud quidem absque consilio, quòd speraretur, Mulieris hujus primùm quidem peccatricis, dein adeò sanctè poenitentis exemplo, quamplurimas deinceps peccatorum poenitentes animas templum hoc ingressuras, quæ ruptâ conscientiæ vomicâ, subin etiam fracto veluti mysticæ nardi alabastro, suavi emendationis odore non hunc tantummodo, sed omnem, quocunque devenissent, locum implerent. Inanem haud spem fuisse imò fructu re ipsa majorem futura monstrabunt tempora. Et vel is, qui describitur, annus docuit, quo sacri Sæcelli curatores affirmarunt, ab hominum memoriâ plura, quam hoc anno, Beatissimæ Virginis anathemata, donariâque oblata non fuisse. Ex quo deprehendes, majorem simul peccata confitentium eatenus numerum haud fuisse, cùm rari votivam peregrinationem Oettingam Veterem instituant, qui non Divinis illic Mysterijs velint refici. Novo pariter sanctæ Magdalenaç templo copiosa simul, ac pretiosa obvenerunt dona, quibus Princeps Guilielmus sat magnam pecuniæ summam adjecta sacram juxta, ac domesticæ supellecili augendæ. Augetur ornatius novi templi S. Magdale. nus.

Ingolstadiense etiam Collegium novam templi instaurationem ab. 489. Ingolstadiensis Col- solvit in sede, quam Biburgi possidet, à binis hoc anno Patribus, binis que fratribus habitatam. Ades illic steterat sancti Leonardi dicata nomini, situ, ac diuturno ævo vix jam publico usui sufficiens; huic novum, firmumque impositum teatum est, politius incrustati parietes, venustius ornata Altaria, exportata demum omnis generis rudera, quæ totum ferè Coemeterium obtexerant: ipsum porrò Coemeterium muro circumdata est; cùm ad hoc fossione opus fuisse, ingens sub tellure copia consectorum ex ferro diversorum anathematum reperta fuit, solearum præcipue, quibus sonipedes contra soli duritiem muniuntur, indicia Religionis, quâ rusticana gens in Bojaria jam antiquitus fiduciam erga sancti Leonardi patrocinium adversus infestos canis morbos ferrea offerendo donaria contestatur.

Collegium Ingolstadiense morte amisit munificam admodum erga 490. Nostros Annam Rheintaliam, quæ non contenta hortum olim Collegio Moritur Reinhthalis ampliando dedisse, insuper, postquam multos annos in viduitatis statu erga Collegium munificæ. Annæ, quam Evangelium commemorat, vera imitatrix nunquam discedens à templo, & obsecrationibus piissimè instans, multam ætatem traduxisset, omnem supellecilem domesticam Socijs transcripsit. Tri- stes ex Hungaria de bello Turcico nuncijs quemadmodum ubique omnis generis, ac statu Christianos ad deprecandas ab irato Deo poenas ex- citârunt, ita & Sodales Virginis Potentissimæ permoverunt, ut junctâ precibus Eleemosynâ efficaciores eas studerent reddere. Admonitæ post matutinam concionem indigentium plebi à prandio ad Oratorijs sui foræ mille sexcentos majoris formæ panes distribuerunt.

Cæterum ut pristinus in Sodalibus virtutis colendæ amor vel, in quibus vigebat, conservaretur, vel, si quæ refrixisset, denuo incendetur, multum ipsæ perniciosi hujus frigoris ultrices profuerunt flammæ.

492. **Associarāt** se invicem ,velut in contumeliam Congregationis Marianæ, improba malè feriotorum juvenum colluvio: prima inter horum leges

improba malè feriotorum juvenum colluvio: prima inter horum leges
hæc erat, ut quandocunque socienni cæteri unum aliquem è suo foedera-
torum numero, tædis armati ac facibus, circumfisterent, is, ni uestu-
lari diutius mallet, symposium bene largum ocyùs suis sumptibus ex-
pediret. Ustorum inde nomen sibi comparavit malefana hæc comesla-
torum Sodalitas. Dederat sese in hanc incautissimus adolescens quis-
piam genere nobilis, & hucusque etiam nobilior pietatis, ac disciplinæ

493. **Gymnasticæ**, quæ prodiderat, exemplis. Descivit tamen à se ipso tur-
pissimè, usque eò tandem prolaplus, ut non multum abesset, quin Prä-
fectus, Caputque in hac licentiorum republica crearetur. Postridie
Virginis Purificatæ; quod Festum Luminum Christiani Fasti antiquitus
appellabant, memorati congerrones, incertum, an, ut & ipsi pridianam
Sodalium erga Matrem, quæ Mundi Lucem templo Solymæo intulit, re-
ligionem per ludibrium repræsentarent, an, ut explorarent, num di-
gnum le hic alotus præstaret, quem, instantibus jam Bacchi orgijs, Si-
lenum sibi præficerent, sub prima lumina ardentibus farmentis, faci-
búsque juvenem incingunt, urgentque, ut ex lege sumptu luo sympo-
sium fratribus quamprimum in proxima popina parari accuret: impro-
visa ut esset hæc circumventio adolescenti, neutquam tamen molesta
fuit; lubens in cauponam properat: ciborum apponitur sati, plus po-
culorum, atque in mediam usque noctem hilaris fit perpotatio. Ubi
lassitudo potius, quam libido helluandi omnes cepit, in luum quisque
sese retrahunt contubernium. Is, de quo meminisse institui, suum in-
gressus cubiculum, cum nec vino jam, nec somno resistere potis foret,
ægre vestes extimas à se amolitus in mensam sc, & cubitum reclinat, ac
dormitare primùm, mox altum occœptat stertere: dum profundius iden-
tidem somno demersus in mensam ruit, cubitus tandem ardent, quæ
propè stabat, candelæ impingitur. Corripit diæto citius flamma in-
dusium, & brachium simul omne amburit. Excuslit dolor somnum

494. **Semiuistus**
culpam
pœnitens
daslet.
juxtap, & horrendos vociferatus. Neque perterritio, & sui vix compoti,
donec familia clamoribus excita accurrat, aliud superest, quam ut humi-
sele volutans in sindone ignem laboret extinguere; at incassum: us-
que dum adventarent domestici, absunto linteo ignum vis interioribus
sese infuderat nervis, fibrisque. Tollitur quidem vivus; at se-
miuistus.

Verùm, utut nihil contra proserpentes in ima viscera ardore mede-
camenta proficerent, ipsi tamen cruciatus ad animi saltem medelam fue-
runt proficui. Exoravit nimirum infelici Mater Clementissima, etiam,
cum irascitur, misericordiæ recordari solita, ut octo adhuc diebus
superstes agnosceret calamitatis suæ causam, ac detestaretur, dolores
vero acerbissimos ferret patientissimè, id Deum unicè rogans, ut non
tam justitiae punienti victima, quam infinitæ Bonitati holocaustum si-
mul pœnitentiæ acceptaretur. Quod etsi obvenisse defuncto firmi-
ter sperandi argumentum haberet sacra Sodalitas, ut tamen petulantissimæ

495. **Mortuora-**
men publi-
cis sepulch-
re honore-
à Sodalita-
te non ha-
bentur.
consortio, in Mariani Cœtûs turpem adeo ignominiam ex Or-
co invectæ horrorem profundius imprimeret, publicas preces, ac se-
pulturæ, consuetos alias honores mortuo non habendos esse decrevit.

Valuit tum hæc sanctio, tum longè magis omnium oculis obversans ca-
lamitosi exitus in tam nobili juvene spectaculum, ut subsecuto brevi post
Virginis ab Angelo Salutatæ festo die, Sodales Sacramentum, quo fer-
ritutem perpetuam DEO, Delparæque, iterata quot annis Religione, ad-
dicunt,

dicunt, inositato servore instaurarent, animante præsertim pios ignes Alberto, qui, cùm ex Boicis Principibus solus jam Ingolstadij literis ope-
ram daret, uti cæterorum Fratrum pulcherrima exempla jucundissime
representabat, ita Marianæ præsertim in Sodalitio pietatis, quâ Formu-
lam sanctam sanctè renovantibus clarâ voce ante Aram in genua demis-
sus prævit.

496.
Albertus
Princeps
Sodalibus
in Renova-
tione For-
mulam
prævit.

Amplior multò ad animorum fructum, & quidem exinde, quod so-
litaria magis, religio fuit, quâ Philippus Alberti Principis germanus, Ra-
tisbonensium Episcopus animum, atque ita in seipso Diœcesin suam uni-
versam excoluit, dum Biburgi quatuordecim omnino diebus sancti
Ignatij exercitationibus vacavit. Habuit ejusdem sacri negotii soda-
lem Quirinum Leoninum, suum olim Moderatorem, ac dum Philippus
Episcopalis muneris administrationem in semet recipere, atque, ut
Apostolus expetit, perfectum opus efficere satagit, Quirinus pariter
novo Decani Cathedralis officio solerter obeundo, sese aptare instituit.
Postquam non diu post Philippus, comitante Alberto fratre, haud abs-
que publica, & nobili pompâ urbem Episcopalem ingressus est, illico,
& publica, & privata affectus in Societatem propensissimi exempla e-
didit præclara, & per frequentia. Postridie adventus Collegium intra-
vit, epulum daturus magnificentum: excepere ad portam primum, quidem
Collegij Rector Christophorus Zehetmayr, adstantibus ponè Domûs in-
oolis universis, Musæ dein affixis carminibus, & emblematis facundæ,
quæ per triclinium suspensa legebantur. Sublatis epulis, Drama
subsecutum est in aula Gymnasij, priuæ apud Nos exceptioni non in-
congruum. Cœnitare subin apud Nostros, omni Aulicorum submoto
strepitu, consuevit læpius, nec rarius oeconomia etiam difficultates
relevare. Quin, cùm fortè in commercij Salinarij negotio magna lis
Guilichmum inter Ducem, populumque Ratisbonensem fuisset exorta, In pericule
ut tumultu res spectaret non modicum, qui vel maximè in Collegium tumultus
videbatur deservitus, misit ad Socios Philippus. qui eos contra metum open spon-
firmarent, indicaréntque, si plebs ad atrociora veniret, venturum & die Colle-
sc in Aedes nostras, ut, quod futurum speret, suâ prælentiâ, & audio-
ritate furentes reprimeret. Stetit quidem res intra metum, haud tamen Quidam &
citra omne damnum.

497.
Philippus
ejus frater
Episc Ra-
tisb Bibur-
gi Exercita-
S. Ign. obit
cum Quiri-
no Leonii-
no,
498.
Ratisbo-
nam sole-
ni pompa
ingressus,
499.
Ad Collegi-
um altera
die venia.

Princeps Neoburgicus Wolfgangus Ludovicus sectæ suæ conforti-
bus grati quidpiam se præstiturum arbitrans, si, quibus Ratisbonæ Bojo-
rum Principes optime vellent, ipse molestias faceret, per annos geni mole-
stiae ob em-
ptas deci-
mas.
500.
A Duce
Neobur
rum
501.
Quæ
stionis
metum
destinârat, illico per-
solverent, frivolis ex argumentis causatus, emptionem, venditionem
que hanc juribus suis adversari, unde multâ inter utriusque Aulæ Mini-
stros altercatione opus fuit, dum res componeretur. Minore Collegij
molestiâ evitatum est incommodeum, quod ab ipso Magistratu immine-
bat. Cùm in Hungariam, vigente adhuc bello Turcico, frequenter
numerose militum turmæ secundo Istro defluerent, quæ biduo, triduo-
ve Ratisbonæ solebant interquiescere; ad hos alendos quod anno super-
iore subsidijs quiddam pecuniarij, Clerus ac Religiosorum Domici-
lia sponte contribuissent, par quoque hoc anno summa, velut jure quo-
piam postulata quidem, sed negata disertè à toto Ecclesiasticorum Ordi-
nne fuit. Responsum legitimis conceptum, firmatumque est tabulis,
nequaquam prioris anni liberalitatem ultroneam trahi in titulum juris pos-
se,

502.
Aliæ trice
ex transitu
militum.

sc. ac, si porrò quidquam levamenti petendum videatur, petendos simul duos è Clero, qui ad examinandas postulati causas adhibeantur. Atque ita quidem multò sedatiùs, quàm initio credebatur, fluxit annus inter consueta Societatis officia, quibus ipse Antistes tum aliás, tum in primis Majore Hebdomade auctoritatē addidit Supplicationi, quam Sodalitas Mariana ad sacrum Sepulti Servatoris Monumentum adornavit.

504. *Philippus Episc. Georgio Eberhardo nostro comite, peregrinatur ad Ere- sum B.V. in Helvet.* Exacto Paschate Georgium Eberhardum, qui haecenius Anglipoli Theologiaz scientiam exponebat, accersit, quem deinceps non conscientiaz duntaxat Moderatorem, ac Theologicarum etiam in Episcopatus Officio difficultatum explicatorem, verū & comitem assumpsit piæ peregrinationis, quam ad sacram in Helvetia Ereum, uleriora munera administrando sanctissimæ Virginis patrocinia exoraturus suscepit. Perreverunt interea frugiferi esse in urbe, ejusque viciniâ Socij.

505. *Rustici mirabilis ad fidem conuersio-* Quadraginta fuerunt numerati, quos ex hæresi, Nostris adducentibus, Ecclesia recuperavit. Ex his unius venit memoranda reductio. Colonus ex propinquuo Palatinatu templum suburbij cum vicino suo pariter agresti subjerat eà ipsâ horâ, quâ noster Catechista de mirifica virtute, quam ceræ Agni Divini formâ insignitæ inesse experientur Catholici, disputans, ut dicta exemplo affirmaret, narravit, quàm proficuus nuper Agnus DEI puerperæ ad facilem, quocum luctabatur, partum fuisset. Vix hæc audierat rusticus, cùm narrata, ceu fabulam, elato cachino explodens, unâ cum socio ex templo se proripuit. Multo in via risu, ac fannis Papistarum credulitatem ambo traducunt: At vide, quàm non impunè! qui ex ambobus protervior, ubi domum rediit, inopinus conjugem reperit gravissimis partûs angustijs præsenti cum vitæ periculo laborantem. Levamenta adhibentur permulta, nihil proficitur. Recordatus demum maritus, quæ pridie in catechesi audiisset, risissetque, ut nihil servandæ uxori inexpertum relinqueret, Ratisbonam mittit, qui ceram illam, quam Noster puerperio laborantibus tam salutarem esse affirmâset, concedi demissè flagitaret: conceditur. Mirum! vix, quæ interim nihil remittente afflictabatur cruciatu, donum manu prehenderat, cùm evanescit momento dolor omnis, partus facillimè solvitur, prolesque mascula nascitur vegeta, & incolmis. Non potuit sustinere colonus, ut non properaret grates agere, damnare errorum suum, veniamque petere: data est prolixè, quin & optanti plenior addita de Catholica fide explanatio, quâ, lubenti admisâ animo integre Orthodoxus evasit. Ut & senex quidam decrepitus nonagenario major, & alias juvenis quidem, sed, qui plusquam virili constantiâ, postquam suum ad hæreticos, spe nimirum amplæ hæreditatis transfugium cum lacrymis detestatus resipuisset, non divitis tantum patrimonij jacloram, sed ejectionem quoque ex paternis ædibus invictus pertulit.

506. *Akerius iu- venis post conuersio- nem con- cassia.* Pertulit & Matrona quæpiam nobilis pari firmitate, superavìqac multas partim insidias, partim oppugnationes apertas hæreticorum. In ædibus cognataz, sed hæreticæ hæc decumbebat gangrænâ laborans, deterius longè malum animo ægrotantis vafer Medicus conabatur inferre spe reddendæ sanitatis, dictans, nihil profuturam artem suam, nihil medicamenta, nisi Luthericam religionem, saluti corporis recuperandæ tanto magis idoneam, quanto præ Catholica minùs tetricam amplectetur. Idem urgebat materfamilias, inculcabant domestici. Noster ex adverso, qui creber ad ægram invisebat, multò solidioribus eam rationibus obarmavit, ut ipsi etiam perniciosi suasores, quod nihil satis habet.

507. *Matrona æ- grotantis constantia in fide.* Pertulit & Matrona quæpiam nobilis pari firmitate, superavìqac multas partim insidias, partim oppugnationes apertas hæreticorum. In ædibus cognataz, sed hæreticæ hæc decumbebat gangrænâ laborans, deterius longè malum animo ægrotantis vafer Medicus conabatur inferre spe reddendæ sanitatis, dictans, nihil profuturam artem suam, nihil medicamenta, nisi Luthericam religionem, saluti corporis recuperandæ tanto magis idoneam, quanto præ Catholica minùs tetricam amplectetur. Idem urgebat materfamilias, inculcabant domestici. Noster ex adverso, qui creber ad ægram invisebat, multò solidioribus eam rationibus obarmavit, ut ipsi etiam perniciosi suasores, quod nihil satis habet.

haberent opponere, ab importunis temptationibus absisterent. Cum ob morbi vehementiam videretur extremis munienda Sacramentis, in auro, quam alias pompâ Augustissimum Viaticum visum est deferendum esse; comitati illud sunt non Sodales tantum Mariani, sed viri etiam honorati aliquam multi. Et ecce! ut sumptâ religiosissimè Eucharistiâ, Oleo etiam sacro intuncta fuit, remittere quam primum vis morbi hotata est, mansiqne vita, contrà, quam spes ulla erat, diu adhuc superstes, mirantibus ipsis heterodoxis, & vim sacratissimo Unguento denegare non audentibus.

Inoleverat inter Urbis Curialis, ut appellant, seu Transponentiae incolas, inter quos nemo, qui Catholicus non sit, toleratur, transiunctus ex vicina urbe Lutherica mos, ritusque mensam, ac cibos consecrandi prece, quam contra veterem apud vulgus Orthodoxum formantur, hodie Lutherani usurpant: nil equidem perversi hæc sensus continent, affectatam tamen novandi libidinem praefert, quâ, dum etiam bona miscent Lutherorum sectarij suis ritibus, id unum querunt, ut, cum plebs bonum semen à via nesciat discernere, hanc simul avide, ceu grana salutaria, recipiat, nocitaram utique, cum nimium quantum ex crescens, bonam dein sementem penitus suffocaverit. Periculo huic ut obviaret Noster, quem antea dicebamus in suburbio illo explanasse fidei Orthodoxæ capita tam scitè quidem, ac venustè, ut ætatis quoque adultioris homines ad audiendum confluenter, effecit, ut ritum denuo consecrandi cibos reassumerent, quem ex antiquo jam usum populi Orthodoxi adhibent, omisso illo, quem Lutherani, non nisi ut notam suæ ab Ecclesia Catholica abitionis usurparent: quemadmodum in alijs quoque DEUM precandi formis, vel genu haud incurvant, vel junctas ad Coelum manus haud levant, sed, opposito ad os pileo, palliove, nescio, quid precum immurmurant, idco duntaxat, ne ea religione, quâ Orthodoxi assolent, supremo Numini sese repræsentent supplices. Successit porro feliciter monitori consilium hoc eousque, ut jam, sicut inter Catholicos alibi, ita & Suburbanri Ratisbonenses carteris ad mensam precationibus Angelicam pariter Salutationem, à qua Lutherici abhorrent, consuērint semper interjungere.

Ut agnoscerent porro, quam incaute agant, quæ se Luthero ab antiqua Romanæ Ecclesiæ semitâ, usque seducendos permittunt, Völlerus noster, libellum hoc iterum anno vulgavit, cuius inscriptio *Lutherus verax;* nempe si veracem velis credere, cuius libri potius sunt feraces mendaciorum, quæ Völlerus in lucem protrahit, sutelas item, ac sententiarum inter se pugnantum Labyrinthos: ut ignoreas, quisnam ridiculus sit magis, an, qui, cum talia effutiat, speret tamen, se fidem inventurum, an, qui recipia, & quidem velut Evangelistæ fidem habeat.

Augustæ profectò eâdem tempestate ridiculos admodum se fecerant: Lutherici quidam, nisi miserabiles potius mavelis dicere, qui afferent, Martino Islebio crediderunt, nihil suorum dogmatum esse, quod è sa- cris Paginis comprobare non posset quod porro ex ijs adstrui non de- tur, humanas duntaxat inventiones, neutquam Divinitatis effata esse. Confederant in popina cives aliqui opificio vicitantes, inter hostex tor, qui forte dolens, eo die (Dominicus erat) quo cessare juberetur ab opere, lucellum sibi deperire, sermonem intulit de origine præcepti, ac temporis, quo statutum fuisset, abrogatâ lege sanctificandi diem Sab-

bati, lucem proximè sequentem, in memoriam Resurgentis è Tumulo Servatoris Christi, celebrare feriatam, addiditque sanctionem hanc, quantum quidem ad sacras Literas pertineret, ex ijs demonstrari haud posse, editam fuisse ab Apostolis, sed traditione duntaxat acceptam, ex qua sola dein Ecclesiæ præceptum extiterit, ut loco Sabbatinæ diei proximus, qui sequitur dies, traduceretur feriatus, atque uti nomine, ita & re, ac celebratione haberetur Dominicus. Vix non, ceu ad blasphemiam aures continuerunt, qui assidebant; At cum textor pronuntiato suo insisteret, illi verò, uti diem Dominicum ex præcepto sacram haberi oportere nunquam non audierant, ita simul affirmarent, nunquam se aliter doctos fuisse, quidquam lege præcipi posse, nisi legis hujus disertè Biblia meminisse ostendi queat; ingens coorta est disquisitio. Convenit tandem inter partes, ut certam quævis pecuniæ summam ad unum ex Prædicantibus, quem cæteris eruditorem habebant, illico deponerent, cessram illi, pro quo arbiter testamat Scripturæ verbis laturus esset sententiam. Hujus ferendæ difficultatem ut evitaret præco, responsi vice acriter litigatores increpat, textorem præcipue, quod uti sutor ultra crepidam, ita textor ipse & homo idiota inutiles ultra licium de rebus, quæ captum longè superent, quæstiones movisset, ac juria:

511. Ad quam dirimendam exquiritur ab Lutherano testen-
tia.

Advertit opificem, quâ ex causa pro enodatione dubij tam nodosa reponerentur convicia, quæ, ut erat vir animosus, non tam facile con-
coquendâ ratus, simûlque metuens pignori suo, ad Collegium accurrit, &
quid de effato suo judicent Patres, exquirit. Rechè hi locutum affirmant,
quemadmodum enim Lutherani alia credunt, ac ceu præcepta exer-
cent, de quibus Scriptura nihil definit, ita & observationem legis de
Dominico Die inter feriatos habendo frustra inquire in Apostolis, quæ-
rendam esse potius in Conciliis Ecclesiæ, quæ non post multos à morte
Apostolorum annos sanxerint, ut, intermissio Sabbatho, prima Sabbati,
scu à Sabbatho Judaico proxima, Christianis sacra celebretur, tum, quod
penes Concilium hoc sancti potestas esset, tum, quod, licet Aposto-
rum literæ sileant, vetusta tamen, ac perpetua traditio referat, ab ipsis
Apostolorum temporibus, Dominici diei religionem, certosque ritus
Sabbatinis fuisse substitutos. Scripto in hanc rem data sunt textori anti-
quissimorum Conciliorum decreta, quæ iple, cum laetus abstulisset, dic,
& loco, in quem disputatores condixerant, allatis; quæ acceperat, te-
stimonijs comparet, pignus, tum suum, tum, quæ adversarij deposuerant,
exposcit. Evidem nihil hi è sacrâ Tabulis in contrarium afferre pote-
rant, quod æquè nihil præcones, quos consuluerant, invenissent. Tri-
umphare hic textor, exacerbari adversatores: à verbis ventum ad pug-
nos, & verbera: nuntiata postridie res est Magistratui, & multa utri-
que indicta parti. At simul tota urbe viatrix contra Prædicantes prædi-
cata fuit scientia, quâ plebejus è textrina disputator instructus fuisse,
asserti sui veritatem ita evincere, ut lanè operæ pretium foret pauculi æ-
ris jaclurâ, quod in multam juberetur dependere, victoriam hanc re-
demisse. Et verò, si mens homini lœva non fuerit, ampliorem ex hac
victoria consequi fructum potuit (quod tamen monumenta non asse-
runt) parem videlicet illi, quem triginta alij consecuti sunt, quos juvit
fatuos ignes, quibus hactenus male errantes abduci fuerant, descreere,
512. De quo-
rundam
memora-
bili conver-
sione ad fi-
dem.

atque ad Catholicæ veritatis lucem gressus componere: ex quibus non-
nullos memorare postulat rei series. Senem in primis septuagenarium,
qui æternitatij jam maturus, ne perpetuò infelicem incurrit, revoca-

re, & lapsum irrevocabilem prævertere felici consilio properavit. Veneratus alias Wittenbergæ, Lutheranæ Scholæ primitiva sede, pictor, quām artis suæ peritus, tam judicio valens, & indole simul ad omnem honestatem proclivis. Ut notavit is, diversos longè ab ijs, quos in patria viderat, sacrorum ritus, diversa Catechismi pronuntiata esse, ignarus videlicet, quid discriminis inter Lutheranos Molles, Rigidos, Intermedios foret, imò ipsam hanc differentiam sapienter detectatus, ex adverso delectatus concordi, quam in se Catholicos, quacunque locorum transverat, animadvertisit, doctrinæ, ac ceremoniarum formâ, dubitare primùm de salutis, quam insisteret, viâ, ac dein à nostris, ut dubia expidirent, instituit petere. Expedierunt; ac ita quidem dilucidè, ut Religio nem Catholicam amplexus, ferventissimum se veritatis Catholicæ propugnatorem subin exhibuerit, adeò, ut nemo, præsente illo ritus Orthodoxos, præsertim, qui Magnæ Virginis, & Sanctorum cultui impenderentur, impunè auderet laceſſere.

Graviores curatu fuerunt errores alterius, qui, ut evenire solet, hæc rescon fluētibus in tam profundas abyssos, se deferri permisit, ut penè nihil amplius crederet: Fratrem habuit Augustæ urbis Prætorem, ad hunc ex Misnia, in qua natus, invisendi gratiâ profectus est. Prætor jam prius ex Lutherano Catholicus, ut erat vir in paucis alienæ salutis studiostus, ante omnia curandum censuit, ut suum ipsius fratrem Deo lucraretur; ad Socios ergo adduxit: adduxerunt hi advenam, ut agnitis, damnatisque aberrationibus suis, cùm clare intellexisset hominem haud esse, quisquis absque ullo Numinis cultu viveret, eadem in luce perspexerit non alio, quām, quem Catholici tenent., ritu colendum Deum esse, quo proinde ritu, ac fide ipse quoque vitæ melioris exordia fuit auspicatus,

Meliùs pariter, simûlque felicius vivere cœpit Raymundus ex perpetuista, nobilique Rehlingiorum inter Augustanos Patritios familiâ progenitus. Lævis hic auspicijs Lutherum, lævis dein Martem quoque fecutus, cùm adversus Turcas in Hungaria militaret, captus in pugna Constantinopolim abstractus fuit. Tenuit captivitas, ac miserrima servitus integrum septennium. Spem tamen haud abjecit libertatis: quam ut à Deo exoraret, salutari consilio, ac Luthericis inusitato, ultroneam carnis castigationem suscepit, ac sextâ quaque feriâ, licet arctus misero panis & aqua duntaxat brevis concederetur, vel sic tamen cœnulâ omni ad memoriam, ac honorem Crucifixi eâ feriâ Servatoris abstinuit. Et ecce! copiosa apud Dominum pietatis hujus respectantem officium redemptio! libertatem recuperavit corporis, imò & animi; ubi enim Augustam reversus est, quām insolitos, tenerosque ad virtutem motus, tam acerbas dubiorum de fide sua perfentis cere cœpit punctiones. Medelam quæsivit apud præcones suos: invaluit potius malum ex responsis, vel admodum futilebus, & perplexis, vel etiam inter se pugnantibus; ad Collegium itaque demum venit, ac responsiones invenit, non solidas modò, sed aptas juxtâ, quæ omnes ambiguitatum dispergerent nebulas, modò à veritatis luce oculos studiosè nolis avertere. Non avertit: quin advertit potius docilis discipulus Raymundus, & quo paratiore ad omnis honestatis, quam utique Orthodoxa docet Ecclesia, disciplinam erat animo, eō promptius vocanti Deo est obsecutus, magnumque additamentum dedit solatio nobilissimæ familij perveniendi ad felicitatem ejus temporis, quo Rehlingij in complures Germaniaz, Galliezque

partit Provincias neminem hodic numerent è stirpe sua, nisi Catholicon.

515. Sed neque illum, de quo nunc agam, à veritate multò abfuisse intelle&tu, utinam non magis voluntate! credendum est. Lutheranus quidam Doctoris insignitus gradu consultus est ab amico, quid agendum sibi, ut quietem noctū daretur capessere, quæ identidem turbatur ab objecta parentum multò antè defunctorum specie. Suadet, quod mireris, Doctor remedia, ut curaret pro defunctis, quæ Catholici adhibent: preces nimirum, & Sacrificia: paruit monenti consultor. Paruisse profuit plus, quām petere in mentem venerat: quietem reperit corpori ab insomnijs, & conscientiæ ab hæresi, à qua protinus abiit constituit. Quòd & ille fecit, quem rogaverat uxor, ut filium literis imbui tam aptum, quām avidum ad Gymnasij potius Catholici, quām Lutherici Magistros mitteret. Aegrè initio permoveri ad assensum potuit: persuaderi sibi tamen passus est denique. Ut novum Patribus stitit discipulum, comitate acceptantium, ac facilitate captus, iterato sēpiùs congressu & ipse in disciplinam multò salubriorem Socijs sece traxit, dum, quæ hi ex Ecclesiæ Orthodoxæ sensu docuerunt, amplecti, ac profiteri non dubitavit.

516.
Puella de
monis ve
xatione li
berata fit
Catholica.

Multò utique melior, faciliōrque, ac ij, qui oblatum à Deo vel prodigiosis eventibus Bonum fidei noluerunt recipere. Puella Lutherana ejusdem sectæ famulabatur dominis, eousque perducta malitiæ, ut magicis etiam integro biennio cantationibus, delicias, quibus sagaz se innipiant, venaretur, quas cepisse tamen damno ingenti stetit: nefandi commercij tedium, mox horror immanis subiit, ac laniana conscientiæ, cui tolerandæ par non esset: accessere nocturni terrores, formidabiles spectrorum formæ, ac totius domûs conturbatio: ignari pater, matérque familias, quid consilij caperent, ad Collegium adducunt miseram, & opem, si qua afferri posset, flagitant. Neque hanc denegant Socij, remedia adhibent Ecclesiæ usitata, precatio[n]es, Agnun Cereum, Catechesin, expiatam dein peccatorum Confessione, simul & veræ Ecclesiæ, & stabili mentis quieti restituunt. Creavit quidem reliquis domûs incolis manifestus antidotorum, quibus Catholici Stygem properè adeò, penitusque debellârunt, effectus jucunditatem eximiam sed obstupescas hoc, & dolcas, contra Orcum duntaxat vis ista valuit, contra superandam incredulorum hominum pervicaciam nil prosecit.

517.
Atque alio,
periculosa
supersti
tione.

Optatiorem exitum sortita est pugna adversus Orci emissarium accepta. Hominem is naclus simplicem, at simul fortunæ pinguioris percupidum vaserrimis promissis induxit, ut, si felix esse vellet, anno integrō, omni hominis Christiani signo abstineret, nullius templi subiret limina, nullas vel publicas, vel privatas recitaret preces, ne Crucis quidem figuram unquam efformaret. Paruit alter, ingenti suo periculo, & qui sponte omni se telo, scutoque incermem perpetuo mortaliū hosti expoluerat, facile ejus insultibus totus patuit. Vehementissimè sollicitari coepit, ut, datâ syngraphâ, ex professo Dæmoni se in mancipatum transcriberet: non ita clam, ad quid urgeretur, habuit, ut non amico illius commilitoni suboleret, qui hominem gravissimè dehortatus, persuasit tandem, ut ad unum è Nostris adduci se permetteret. Operosum fuit & amico, & Nostro impetrare tandem ab homine, ut calamitosum animi statum, ac initia, quæs in eum prolapsum, causasque vellet

vellet expromere; vix orsus erat, cum repente, seu horrore scelerum, quæ menti occurabant, seu Dæmonis malitiâ, ne fraudes suæ patc- fierent, præpedire cupientis, occultâ vi prostratus, humili corruit exanimi similis. Gelidâ recreatus aspergine, ubi sensum recepit confirmatus a Patre ultiro flagitavit, ut sibi totius vitæ peccata confessuro aures præberentur: præbitæ sunt perquam benevolè. Reus superstitiones suas execratus, receptâ ex adverso absolutione, ac magnâ fiduciâ venie, parique intentis solatio dimissus est.

Alij interea solo ductu instituti sui, quo ad virtutis studium pecu- liariter, ac sponte se dedicârunt, magnos in vario, crebroque pietati exercitio progressus fecerunt; Sodales præcipue Parthenij: insigne inter alia dederunt hi specimen, & sancti amoris mutui, & judicij, quanti æstimarent Mariani Clientis gestâsse Titulum: primus ex eorum Cœtu, hoc anno, mortem oppetit quispiam, non ætate, non prosapiâ sepultura, suspiciendus: satî tamen cæteris fuit Sodalibus suo illum habuisse in sodalitio, ut omnem, hâc solâ ex causa, quem possent, honorem habe- rent etiam post obitum; itaque & universi, cum efficeretur viâ sat lon- gâ, comitati sunt funus, & funebrem commodârunt apparatus, & piis etiam Congregationis impensâ ritu Catholico addidere cantiones. Modus hic laudatissimus Sodales tumulandi eo tempore cœptus in ho- diernum usque morem, legémque abiit. Secutum est tertio kalendas Septembris funus alterum, quod Augustanis Socijs Patronum serven- tiuum abstulit, luctu universæ urbi attulit, Joannem Welsserum in Spilberg, qui posteaquam filium Antonium ante aliquot annos Socie- tati permisit, absterso dolore, quem primitus ex nati carissimi jacturâ senserat, amorem, quo jam olim Familiam nostram complexus fuerat, tñnerius multò, ac munificentius, demonstravit, fontibus illis persi- milis, quos sanè opere, & arte magnificentissimos in foro vinario cum Octaviano secundo Duumviratûs Collegâ statuit, Herculis unum, Mercurij alterum, perennibus semper fluentis exundantes. Quam grata sit viri, perpetuâque in Societate memoria, satî opinor, testatum, faciemus, si illi parem esse profiteamur, quam tota civitas gloriofissimâ inscriptione his epitaphij verbis in Aede Religiosorum sancti Dominici professa est.

Primi ex
Mariano
Sodalicio
defuncti
honorifice
sepulta.

519.
Joannes
Welsserus
Duumvir
Collegij
Patronus
moritur.
ejus elo-
giu[m].

DEO ÆTERNO. JOANN. WELSERUS BARTHOLOMÆI F.

Cæsari à Consilijs, Aug. Vind. II. vir,

Remp. quam superiorum temp. motibus turbatam acceperat,
omnibus ordinibus consentientibus, tranquillatam reliquit.

Anoldus
in Praefac.
ad Welsser.

Vixit ann. LXVI. Mens. II. dies XXVII.

Præfuit ann. XII.

Ob. A. P. Chr. N. M. D. XCVI. III. K. Sept. Prudentia,
moderatione, & integritate Civium benevolentiam vivus, desideria post mortem meritus. Nullius unquam invidiam passus est.
Felix, quæ exemplum sequeretur posteritas.

Cæterum, ne tam nobilis, & antiquæ Welsserorū in Republica Augustana
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

520.
Marcus
Welserus
Collegij
Patronus.
Eius leu-
der.
Arnold.
Vita Welse-
ri.

familiae patrocinio Augustani Socij carerent, suæ in eos propensionis imitatem, uti sanguinis propinquum habuit Joannes Marcum Welserum, hoc ipso anno Senatui adscriptum interiori, cuius dum memini, prò quantu Virum nominavi. Præjudicium hominis probi juxta, & in primis docti referet, cuicunq; amicum Welserum hunc suisse dixero; nam integritatem, ut ipse coluit, sic in alijs dilexit sumopere, ac præcipue, siquà vidit cum insigni eruditione conjunctam, utpote, cuius famam ipsem et doctissimis lucubrationibus ab omni Orbe literato consecutus est maximam, in politiore præfertim antiquitatis, ac Historiæ studio, cuius in alijs quoque amator fuit minimè invidus, quin etiam propagator: multum illi coram, ac per literas commercium, & familiaritas cum Pontano nostro, & Radero, ex studiorum similitudine amicissimis; unde factum, ut, cum ita nuper Pontanus typo vulgasset Florida, Welserus impensâ propriâ recudi denuo curaverit, seceritque eam hac liberalitate libro aestimationem, ut, quem limatissimi judicii censor secundo prelo dignum judicasset, quartum deinde ad typum revocaretur.

521.
Dilingæ va-
ria type
vulgantur
opuscula.

Prodierunt ex Typographia quoque Dilingana libri complures, haud quidem pari omnes mole, incertum tamen, an non saltem aliquot maiore fructu, dum aut religionis vanæ populos, plebemque simplicem de docuerunt errores, aut sancte vivendi docuerunt formam: inter alios Catechismus haud modicâ expensâ fuit editus, quo ad rudiorum tollendam ignorantiam, quod legere characteribus expressum non licet, oculis dabatur spectandum, præcipua videlicet Orthodoxæ Fidei capita, figuris cupro incisis representata. Fructuosas hujusmodi inventiones evaluisse conjectare licuit ex illorum numero, quos Socij ab hereticis persuasionibus astraxerunt. Fuerunt hi Dilingæ quadragenit. Elvaci autem viceni, & quini, paucas nimirum inter hebdomades, quibus de more bini ex nostris agrum illum excoluerunt. Missi illuc sunt anno hoc Antonius Wolfius, & Georgius Majerus. Bini iterum ex Collegio in ditionem Campidunensem, quæ sacro Antistiti subest, evocati invenerunt multa adhuc Iolia exterminanda, quæ critico, haud dudum seminarato, supercreverant: desuetudinem in primis assistendi, ut oporteret, augustissimo Missæ Sacrificio: multi hoc vel negligebant penitus, vel, si præcipienti Ecclesiæ obtemperaturi aderant, satisfactum putabant legi, et si hæc discedendi è templo veniam neendum fecisset. Multum ad malam hanc consuetudinem abolendam, ac meliores alias inducendas contulit ipsius Celsissimi ex Ordine sancti Benedicti Principis pietas, quæ & Personæ suæ præsentiam Officijs Divinis per quam crebro commodavit, & multas libellorum sacrorum, ac Rosariorum centurias procuravit in populos distribuendas.

522.
Missio Elva-
censis, &
Campidu-
nensis.

Episcopus Augustanus Otho-Gemmingius, viso, quæm utiliter catus coluisserunt duo hi Socij Agrum Campidunensem, eorumdem operam expetit in reliquum Algoiæ tractum, qui serè totus sub dominio est Augustani & Episcopi simul, & Principis: Vastæ illic solitudines, crebri saltus, rari tunc habitabant in vicos collecti incolæ, sed hinc inde in varias disiecti villas, suos colebant singillatim agellos, ut quandam nemorum Brasiliorum, qualem hodie describunt, referre viderentur speciem. Remota hæc inter habitatores dissociatio, quantum inter mentes quantumvis naturæ bonas, attractabiles, rerum ad latutem animæ pertinentium ruditatem invexerit, facile coneturatu est. Non terruit oculis prævisa laboris magnitudo Viros Apostolicos; Provinciam omnem certis

certis partiti limitibus varias designant stationes, in quas, malevolorum sermones evitandi causâ & suspiciones, noctu sese ambo reciperent, postquam videlicet inter se divisi, suos quisque descriptos fines perlustrando emensi essent. Pererrârunt itaque silvarum lustra, montium celsa, vallium abstrusa, excepti à plerisque ut Angeli Cælo missi, neque sati capere poterant simplices homuli, venire ad sc viros hucusque non visos, cā solum ex causa, ut ægros consolarentur, morientibus assisterent, infimos quoque amantissimè salutatos, nunc singillatim, nunc manipulatim Christiane, vivendi modum edocerent, Divina demum mysteria dispensarent, atque hæc omnia præstarent gratis, absque omni plebis impensâ, parco insuper utentes vietu, & obvio ad teatum mapali.

Oppidum dntaxat invenerunt unicum, in quo collecti habitabant cives, sed maximam partem Lutherici: apud hos cùm vulgatum esset, sermonem parari ab advenis, ad Consulem cives ad volârunt protinus, postularuntque, ut Cathedrâ prohiberet Oratores Catholicos; at Consul, quanquam & ipse Lutheranus, quòd tamen inaudisset jam prius, quâm salutariter juxta, & circumspicte instituerentur hi circuitus, sapienter respondit, æquum haud videri, ut, cùm verbi ex Evangelio Lutherico Ministris aliunde adventantibus, quoties vellent, concendendi suggestum copia fieret, id negaretur hospitibus, qui ideo dntaxat venissent, ut residuis in urbe Catholicis solatij quidpiam spiritualis afferrent. Quodsi etiam Lutherani ad dictiōnem vellent accedere, sperare se, tantum illis à Cælo lumen, & robur affuturum, ut si quæ dogmata inspergerentur, quod amplexi essent, Lutheri Evangelio dissona, discernere possint, atque si libeat, rejicere. Cæterū audituros plurima utriusque Religionis cultoribus ad vitam Christianè instituendam summè utilia, certè ex vicinia cognosci, quanta in omni populo nova morum emendatio, honestasque nemini non expetenda, paucas intra hebdomades refloruerit. Nil habuere cives, quod ultrà opponerent. Admissus proinde in cathedram Noster peroravit Catholicorum quidem consolatione longè maximâ, quin & Lutheranorum, qui plurimi accurrerent, approbatione non mediocri. Fructus demum universæ Missio-
nis fuere desiderium, & appetentiâ eos regustandi sèpius.

Progradientes ex Alpibus Almangoviæ, continuatæ his Tyrolenses nos Alpes excipiunt, ac secundo Oeno ad primas in valle Oenana Urbes Oenipontum, ac Halam deducunt. Utrobique Domicilia nostra prospero utebantur cursu, rerumque gestarum fructu. Oenipontanis domesticæ virtutis jucundam, utilémque memoriam reliquit digressus è vivis Gaspar Zelofus apud Taurinates in Gallia Cisalpina natus: cùm quadraginta propè annorum esset, in Societatem receptus, pari annorum numero in eadem vixit, religiosæ per quam obedientiæ studiosus. Numinis Genitricem ut amabat tenerimè, sic imitatione in primis virtutum, qui solidissimus utique Divos colendi modus est, honorare illam studuit, misericordiæ in primis, ut à qua Matris nomen Virgini proprium est. Miras Gaspar excogitavit industrias opitulandi calamitosis, relevandi ægrotos, subveniendi pauperibus, unde, quamvis octogenarius jam esset, præmaturam tamen sibi illius mortem querebantur flentes indigi, tam nunc stipato, cùm vicefima tertia Januarij efferretur, numero, quanto prius ad Collegij portam, cùm misericors Gaspar distribuendas in opum turbæ sportellas, & artolaganos ad januam efferret, quos solicitissimè conquiserat, nunquam

quam facundior, quam cum domi, sorisque pro mendicibus suis ipse mendicaret. Parcus alias loquendi, ac, ne verbo offendaret, religiosissime cautus. Animadverterant Socij Gasparem, quoties a prandio, ac cœnâ ad animum colloquio de more Religiosis usitato levandum accederet, fixis in tabulam, quæ Judicij extremam scenam referebat, oculis ante triclinium aliquamdiu consistere; rogatus, cur id ficeret, dignum Religioso homine responsum dedit: *Cum sacra dicat Pagina, viri non refranantis linguam suam, religionem vanam esse, extremi Judicij contemplatione ostium preparo circumstantia labijs meis, ne quid modo loquar, quod Judicii probare non possim, cui rationem vel de uno etiam verbo otioso redditurum me esse sum premonitus.*

528. Proluserunt privata hæc, & religiosa funeralia publicis, ac eo, quo Ferdinandi par fuit, apparatu institutis Exequijs. Sedecim mensibus Ferdinandi Archi-Duci, superiore jam anno defuncti, Augustæ exuvia in Arce Ruelustia Oeniponto vicinâ, in qua decessit, servatæ fuerant insepultæ, quod nova identidem sepulturæ impedimenta intervenissent. Hoc demum anno, præsente Mathia Rudolphi Imperatoris fratre, instituta est Pompa funebris. Ut magnificentior hæc fieret, Senatus Consultum prodijt à supremo Aulæ Magistratu, quo & venerabilis Clerus, & Cœnobiorum omnium incolæ in suas divisi classes, ad deducendum funus evocabantur, missò etiam ad Collegium decreto. Hujus Præses Johannes Faber, gnarus officij sui esse, concessa Societati Privilegia tueri; ut & hæc conservaret, & refractarius tamen haud videretur, comprehensam scripto responsionem Aulæ Consiliarijs misit, reverenter, &

529. Cur eas Socmodestè præfatus, suæ potestatis non esse absque Præpositi Generalis præcij unum in corpus congregati non fuerint comitati? scitu, consensûque, usui renunciare magni illius Privilegij, quo summi Pontifices concesserint Societati exemptionem ab onere comitandi ordinato Suorum Corpore Proceslus publicos: cum tamen haud dubitet, quin facile Præpositus Claudius, modò indicium de hac invitatione faciendi tempus suppeteret, memor, quam omnia Augustissimæ Domui Austriacæ universa Societas, & peculiariter Serenissimo Archi-Duci demortuo Collegium Oenipontanum debeat, de privilegij hujus ulu remissurus esset, nec se, quod ita velle Claudium, velut certum existimet, quidquam cunctari, quin, ad quæ invitaretur, cum toto Collegij Corpore præsens compareat; unius tamen, quod supereisset, dubijs expediendi modus ut ostendatur, se rogare: passim constare ex prima institutione Societatis homines Regularium, non Canonicorum quidem, Clericorum tamen Ordini, quemadmodum Theatinos, aliosque adscriptos esse, quibus, si conjuncto, & ordinato agmine peculiari, publicis deductionibus, aut publicis solemnitatibus interesse habeant, universis, præscripto Ecclesiæ ritu, non alter fas esse, quam in teatis incedere; sed nempe, pauca admodum pro numero incolarum, qui in Collegio degerent, adesse in sacra supellestili ex lino amicula, multò minùs, commodatò conquiri posse, cum cæteri omnes qui in urbe essent, Canonici æquè, ac Clerici, ijsdem amiculis vestiti ipsimet, pro se quisque, ut comparere queant, indigeant. Cæterum, nihil se omisuros, quò minùs in Aedetum Aulicâ, tum Collegij, ad justa funebria tanto, tamque singulariter clementi semper, & munifico Principi piè exsolvenda, omnem, quam possent, deberentque, operam Sacrificijs, precibúsque religiosissime conferre studeant. Ad modestam hanc non minùs, quam solidè, prudenterque conformatam excusationem, ut acquiescerent Senatores,

tuim

tum Archi-Dux Mathias, tum ipse, qui Constantiā venerat, Cardinalis Andreas, Ferdinandi filius mandarunt. Quin ubi viderunt partim, partim intellexerunt, haud à Nostris solum Oeniponti, cùm Principis in Sacello sanctæ Crucis, quod templo Aulico annexum, ob ornamenterum ex argento copiam argenteum appellatur, tumulo illati parentalia haberentur; verum & per universam Societatem multa Sacrorum piacularium à Sacerdotibus, à cæteris Rosariorum millia fuisse persoluta, ambo Principes plurimam nostra sibi officia probari fuerunt testati.

Et Andreas maximè Cardinalis, ubi Constantiam reversus est, majoribus semper indicis sua erga Societatem studia augescere demonstravit; Unde factum, ut Antistitis exemplo tam Collegij Cathedralis Canonici, quam Civitatis incolæ amantiūs semper, fidentiusque operâ nostrâ uterentur. Animorum quidem medelam apud Socios invenerunt quadrageni, quos hærescon scabies à recte credentium Grege hucusque semoverat; ne lues eadem, in urbe nobili Ravenspurga latius grassaretur, Soeioruin, qui illuc evocati fuere, solers præpedij vigilantia, tanti testimata Catholicis, ut, quidquid Orthodoxi in urbe posthac mansurum foret, Societatis industriæ magnam partem adscribendam esse profiterentur. Non ita proclive ad recipiendam culturam nostram Asceterium fuit maximam partem Virginibus, sed nobilibus duntaxat habitatum; significarat Antistes quispiam, cuius jurisdictioni subditæ erant, missum à se propediem iri è Societate unum, qui ipsarum Confessiones excepturus esset: illæ, nescio, quibus persuasionibus adversus Familiam nostram imbutæ, hominem summam, quâ posset, festinatione equo, ut citius curreret, instructum, properare ad Praefulem jubent cum literis, quibus missionem hanc deprecabantur. At en! dum trepidæ, quid responsi obtenturæ sint, præstolantur, crebros ex vicinis oppidis, quorum novena, ac plures insuper vicos Patres Constantienses percursarant, accipiunt nuncios, quanta ex ijs, unus præcipue, peritiæ, lenitate, ac animos tractandi dexteritate omnium ex Nobilitate simul, ac plebe favorem conciliat, ac suavi quadam violentiâ ad obsequendum saluberrimis, quæ tradat, consilijs pertrahat.

Proritârunt affirmata undique hæc præconia apud Virgines orexim persuendi tam propinquâ spirituâlis profectus opportunitate. Antequam exspectarent, quid Praeful scriberet, quantocum rogant Nostrum, ad se ut veniret, sacram ejus allocutionem audiendi percupidas: semel duntaxat auditus in omnium animos ita penetravit, ut nulla penitus è sacro Gynæceo fuerit, quæ non doleret, quod deinceps quoque tam insignem vitæ instituendæ rectorem, cuius magisterium in peracta apud eum Confessione expertæ fuissent, habere non liceret perpetuum. Magnam hæc res Abbatii, de quo memorabam, jucunditatem attulit, gaviso, participes fieri voluisse Virgines illius fructus, quem paulò ante ipsum è sacris commentationibus dies aliquot apud Socios commoratus retulisset.

Hospitatus etiam Constantiæ apud Nostros fuit Philippus Bojus, Ratisbonensium Episcopus, cùm, ut suprà meminimus, ad prodigiosam in sacra Helvetiorum Freno Magnæ Matris Statuam peregrinaretur, Auxit prosequendi ad sanctam Ædem itineris alacritatem fama, quæ omnem urbem impleverat, recentissimi eventus. Matrona, per-

nostro suatu qnam honesto inter cives loco, acerbissimis partus cruciata doloribus
salutare pu- in ultima vita versabatur discrimine, moestissimus Conjurx famulos ad
erpera. ædes nostras mittit, rogatum impense, ut, si quid opis, & consilij in
mentem veniret, suggereamus, suadet Noster votum pro periclitante
conciptat ad Matrem Divinam in sacra Eremo propitiari, obtemperat
Maritus, ablegat in Eremum, qui ad Aram Magnæ Virginis Sacrificium
ex voto curet fieri, dum id legitur, eadem hora puerpera prolem eniti-
tur salvam, salva exinde & ipsa, ac incolmis.

534. *Philippus Episc. Ra- tisb. mittit Socijs Con- stantiensi- bus sacras Reliquias.* Ut ex Helvetia redux ad pristinum Philippus hospitium divertit, dum clementer æquè, ac sincerè sciscitando instat, quā in re pro apparato diversorio hospitibus suis gratificari possit, illi deprecati antea submissè, quod oblatâ facultate uti auderent, flagitârunt, ut ex ingenti, quem Ratisbonensis Ecclesia haberet, sacrorum Lipsiorum thesauro quid- piam templo, quod se Constantiaz brevi habituros sperarent, inferendū submitteret. Appromisit benignè Episcopus, moxque ut Ratis- bonam redijt, submissis ex Thebæa Martyrum Legione, & ex Virgi- num undecies mille sanctæ Ursulæ comitatu conspicuis tum Craniis, tum Ossibus, adjecto legitimo testimonio, promissa exsolvit.

535. *Friburgi Nuithonum in solemnis ingressu Sociorum in novum Col- legium.* De reliquis etiam trans Rhenum Collegijs res pro DEI gloria feliciter gestæ continuum Sociis peperissent solatiura, nisi vergentis ad finem anni duo ultimi menses tulissent, quod luctum eis creasse videri poterat, apud Nuithonas videlicet, ac Lucernates in Helvetia. Et Friburgi quidem Nuithonum hoc demum anno perducta ad absolutionem est fa- brica Collegij; nec enim, ut continuati semper fuerint Sociorum labo- res in bonum publicum, ita continnari antea potuit pro eorundem ha- bitatione ædificium. Cœpta pridem structura varijs, quarum aliquas delibavimus, ex causis modo intermissa, modo interrupta, nunc de- mūm ante biennium resumpta eò pervenerat, ut optantibus ipsis civibus solatium, quod ex nostro in novas ædes ingressu accepturos se asserebant, non differendum videretur. Dies immigrationi delectus est Augusti quintus, memorie ingentis prodigijs sacer, quo Augustissima DEI Gen- trix templum suo nomini ab Joanne Patritio, ac ejus conjugé dedicari vellet, recentissimâ inter æstivos calores nive manifestum fecit. Ad ejus igitur celebritatis, quam Liberius Pontifex, ac Senatus, Populûs- que Romanus ad Montem Exquilibrium, ante annos plusquam milenos Nonis Augusti, supplicationem deduxit: imitationem quandam Clerus, Senatus, Populûsque Friburgensis copiosissimo numero Socios in Mon- tem Bilæum deducendos suscepit. Ac templum quidem necdum stabat, Sacellum tamen Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ, ac simul Epi- scopi Lausannensis Vicarius, cuius, quoties Friburgi meminitus, haud una meminisse non possumus, Petrus Schnevelinus, destinatis ab Ec- clesia precibus, futuro interim ad Rem Divinam usui lustravit.

536. *Petri Canis in hac ce- lebritate extempo- ralis oratio.* Finjerat Iolemne in Ara extemporalis Sacrificium, ac ceremonias ri- tuales Schnevelinus, & en! repentina, majörne, dicam, admiratio, an solarium, circumstantem pervalit multitudinem. Lento greslu se in- fert in medium, Schnevelino ut nomine, sic amicitia conjunctissimus alter Petrus, noster videlicet canicie, & sanctimoniaz famâ venerabilis senex Canisius à sexennio videri in publico desierat. Cùm enim usque ad annum ætatis sexagesimum octavum habendis adhuc in Aede summa concionibus institisset, apoplexia mortis cum periculo admovit. Quod non

non penitus oppresserit, credere fas est, precibus impetratum, fuisse; quas plurimas pro servanda Viri tam pretiosi vita Urbs pleraque effudit. Dictione tamen, quod vox pulpito non jam sufficeret, abstinere coactus, reliquum temporis tam ad sui ipsius virtutes perfectius expoliendas; quam ad alienam adhuc salutem scribendis Germanico partim, partim Latino sermone libris procurandam insumpsit, recenset illos Alegambe Alegambe
Bibl. Soc. noster in Bibliotheca Scriptorum Societatis JESU, atque inter hos vitam primorum Helvetiarum Apostolorum, Beati, ac Fridolini ex Typographia Abrahami Gemperlini, quam rogatu Canisii, olim dixeramus, Friburgum introductam fuisse, in vulgus editam.

Ingens silentium, ubi primum oblongo scipione nixus comparuit 537.
Petrus, ac loquendi veniam petijt, apud omnes conlectum est, nisi quod mixta lacrymis voces erumpabant gratulantium Petro, sibique etiam ipsis, spectare posse Virum, in quo magnam partem felicitatis publicae collocatam, ac multis multorum cōprobata experimentis haberi existimabant. Longè tenerior exorta est comploratio, cum fari cœpisse Canisius, ac debili quidem voce antiquæ memoriam eloquentiae revocare in auditoribus: brevi, sed plena sincerae demissiois modestia paucis primum Societatis in Rēpublicam commemoravit à tribus quinquenij officia, ac plura obtulit in tempora ulteriora, ampliter dein, & graviter Senatus, ac Populi in Societatem prædicavit beneficia, quæ, velut hæreditatem largissimam, ut Ioannes olim Patricius, Dei, Deiparque servis transcripserint, dum illis in monte Bilæo nunc domum quidem, cum spe tamen secuturi non multò post, magnifici templi, considerint, rata simul, grataque, ut demissè flagitaret, speraretque, habituri præstanta etiam deinceps, quæ futurorum certus, ac fidem Societatis oppignerans, illius nomine appromiteret obsequia. Suavissima hæc Viri, ex quo ipsa sanctitas, candorque loqui videbatur, oratio vicem explevit dulcissimæ promulgatis, quam ex primis Ordinibus primi Magnates præ omni, quod subin Socijs dederunt, epulo sapientie dictarunt; quanquam nec ipsi defuerint in proferendis super mensam, optissimarum cupediarum loco, candidissimis significationibus, quibus caram semper, ac inter primos commendatam sibi Societatem, Colle- giūmque habitum iri sunt attestati.

Complementum celebritatis superadditum est introducio altera, mense post Octobri: cum juventus scholastica sub Studiorum echo- vationem in novum Gymnasium deducta est non sine pompa literaria, quam jucundiorem fecit adjecta hoc anno quatuor Grammatices, & Poëeos classibus Schola Rhetorices, quæ hucusque desiderata fuerat. Porro cum tam multa feliciter pro Collegio ad id temporis gesta fuerint, trium maximè virorum opera, qui uno censemantur nomine, commen- danda est, Petri in primis Schnevelini, quem modò diximus, auctoritate, & indefesso patrocinio, ac tutelâ: Petri Canisij pietate, ac precibus: Petri Michaëlij, qui Collegio præterat, vigilantiâ & consilijs: Ast en! mense Novembri unam ex his ternis Domicilij columnis mors subtra- xit, quæ cæteris duabus ætate multò inferior, utraque videri poterat longè diutiùs persistura.

Tertius supra decimum annus abierat, ex quo, ubi Domicilium no- strum Collegij Titulum, juraque adeptum est, gubernandi Socios Canisius, ut alibi notatum, Moderatorum, quos multum rogaverat, con- cessu 538.
Apertum
novum
Gymnasi-
um, nova
schola Rue-
torice.

Collegij
Rector mo-
ritur. Ejus
elogium.

cessu; onus deponere permisus, ex adverso suscipere illud, primumque Rector esse iusius est Petrus Michaëlius, Novifori in Silesia natus, Regimini admotus, antequam quatuor Vota in Societate emisisset quod illa emitendi tempus needum ad certa annorum spatia definitum esset, ut exinde continuata semper fuit rectio, ita continuæ varijs ex causis Rectorum exercuerunt difficultates, & eventus per læpe ardui, ad quos intento perpetim, fortique animo oportuit evigilare: quanquam verò nibil hæ sollicitudines infringenter mentis firmitatem; ipsa tamen ex molestiarum indignitate, consurgentes in corde motus perdomandi necessitas, & religiosæ æquanimitatis conservandæ perpetuum luctamen fibras paulatim præcordiorum, & corpusculi vires derosit, ut notatus fuerit quasi ante annos consenescere: accessit tenacissima primùm tuulis, ac dysenteria, tum, postquam negotij causâ, duarum circiter horarum spatio, pedibus aliquando eundum illi fuit, pro quiete ingenitem yiferum jactationem retulit; unde sanguinis tanta consecuta est ejusq; ut sisti posset ægeritatem, atque ad pauculos duntaxat dies; post octiduum quippe immensa dentu vis crux erupit ex præcordijs: eo profluvio suffocatus penitus, & extinctus fuit, annos vitæ non plures, quam quadraginta septem emensus. Funebres quidem preces ex more Societatis in Collegij Sacello fuerunt persolutæ, corpus verò ad Principem in urbe Divi Nicolai Ædem delatum, sepultumque fuit. Honorem funeri urbs eum habuit, ut facile intelligi posset, quantum carus, passim, æstimatusque Petrus fuerit. Adsuerunt bini, ac bini longâ serie, præter Gymnasij nostri discipulos, etiam Scholarum trivialium cum suis, Ludimoderatores, Coenobiorum Divi Augustini, & Francisci Præsides, Clerici, Canonicique linteati omnes, Magnates demum perinulti, & omnis ordinis multitudo, quæ præclara virtutum, quas in vivente nota- verat, commemorabat decora,

540.
Willisovi-
ensis mis-
sionis fru-
ctus diffi-
diorum ex-
infinity.

Eadem Lucernates quoque Socios versavit rerum vicinitudo. Opidum est Reipublicæ Lucernensi subditum, aliquot Lucernâ milliaribus distans, Willisovium appellant: ejus incolæ, ut audierunt, quam fructuosè Socij laborarent Lucernæ in tollendis præcipue discordijs, ac simultibus: cum inter duas urbis primarias domos exortæ factiones majorem timerentur tracturæ perniciem, profuturam ijs speraverunt Sóciorum operam; missis itaque flagitoribus, binos saltem in propinquî verni jejunijs postremas hedonades concedi expertunt: missi fuerunt: nec ante dies vicenos rursum inde dimissi, tantum fuit moræ, operæque pretiunis; nec enim post aliquot conciones extinctæ duntaxat sunt dissensiones, & firma pax reddita municipio; verum & toti circum vicinitati impensa studia, avidèque arrepta opportunitas tum sanctius, uti è suggestu explicatum fuerat, transligendi Hebdomadam majorem, tum Paschali Confessione expandi animum.

541.
Lucerne
concio ex
Francisca-
norū tem-
plo in no-
strum tra-
ducta.

In urbe ipsa Lucernensi dudum expectata sece dedit occasio cathe dræ in templo nostro proprio, quæ haec tenus defuerat, erigendæ. Ex quo ante annos viginti duos primus è Societate Martinus Leibensteinius cum Vito Linero, Lucernam parandæ illic stationi missus fuit, paucis post adventum diebus idem primam in templo Patrum S. Francisci ad populum è superiore loco orationem habuit. Orator, locus quoque perorandi ad præsentem usque annum ferè idem fuit, nisi quod paulatim laterum firmitas ad vocem Martino, cætera adhuc valenti, ultrà non suppetret. Opportunitate hæc usus Franciscanæ Provinciæ Prætes, naclus-

naclūsque jam præclaros, qui ex Lucernensi, ac Friburgensi Gymnasio succreverant, viros suggestui perquam aptos, cùm priùs quidem consilia cum Leibensteinio, à Collegij initijs ejusdem sedecim jam annis Rector, fideliter, ac amicè communicâsse, statuit unum è suis suo in Coenobio, templisque Oratorem nominare. Utrique hac ratione parti consultum fuit; nam & Nostri dudum avebant suâ ipsorum in Aede suggestum figere. Itaque perrexerunt exinde, usu antiquitus consueto, horâ post meridiem concionari in suo Franciscani, Nostri verò ante meridiem, horâ matutinâ tali, quâ non officeretur concioni, quæ duabus post horis in Aede Principe ad sancti Leodegarij instituitur. Salubriter matutinum tempus convocando ad Verbi Divini auditionem populo delectum fuisse ex eo patet, quod & audientium copia desiderari nunquam soleat, & mens ad excipiendam doctrinæ fementem alienis nec dum dissipata evagationibus, vacua magis, paratâque accedat: si quando item sanctiores ad querendam sauciatae conscientiaz medelam concitentur ex auditis impulsus, præsentes ante oculos in sede Confessionali opportunè expectant animorum Medici.

Cæterum, ut audire non amplius datum Lucernatibus Martinum Leibensteinium, ex cuius ore amplius quaternis lustris pependerant, nec videre diu posthac vivum licuit. Caula mortis fuit ingens desideriū & cura populi, cuius salutem promovendi ex cathedra facultas jam non aderat, privatis saltem per domos concurbationibus adjuvandi. Haud quippe segnem residere permittebat vulgata per urbem calamitas. Sub autumni initia pestis è civibus invasit perquam inultos: dum Nostri ad insectos excurrunt, dum excurrentibus primus, plurimusque Rector ipse exemplo prædit, nunquam exigere à suis solitus, quæ ipse non egisset, pestilentia tandem & illum corripuit, quâ etiam vicissimo nono Decembri, cùm vixisset annos sexaginta quinque, extinctus est. Primam lucem aspexit Martinus in eo Sueviæ tractu, quem Algoiam appellavit, Societatem Viennæ ingressus, anno ipso, quo Provincia Superioris Germaniæ primitus fuit instituta, & quatuor subin Vota professus. Elogium viro ne ego texam, religione absterreor: tacere jubet reverentia, ubi sanctior multo, doctiorque penna loquitur: Venerabilis Petrus Canisius, ubi primum Friburgi inors Leibensteinij vulgata est, proximis post diebus consolatoriam inde misit ad Socios Lucernates, cuius apices singulos, prout ipsius manu scripti extant, huc transferre juvat, ut, quantum Martini decora, suo ipsorum splendore fulgent, tantò amplius inclarescant ob illius, qui ea coimmemorat, nomen à sanctimonia propria, & alienam æstimandi peritiâ longè celeberrimum. Ita porrò infit Canisius:

CARISSIMIS PATRIBUS, & FRATRIBUS Collegij Lucernensis.

Pax JESU, & Annus felix dilectissimi Fratres.

Christo vivat, quid enim dubitemus? ille Pater, cuius mortem inopinatam subtristis nobis denunciastis. Mirabilis profectus est, eritque semper Dominus DEUS noster in Servis suis Electis, sive primam, sive secundam, sive postremam illorum vocationem ritè consideremus. Quid vero mirum, mœrorem vobis acerbum ex illius Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. II Dec VI.

N n

mette

542.
Martinus
Leiben-
stein Pri-
mus Colle-
gij Rector
peste obit.

543.
Leiben-
steinij ele-
giæ.

544.
Quod ha-
bent literæ
Venerab.
P. Peuri Ca-
nisj.

morte creari, qui totius Collegij vestri fuit princeps & primus è nostris Operarijs in Lucernensi messe laborans, quique tot annis, suis ipse bumeristantum sustinuit onus, quantum alij non injuriā resormidant? Agrum incultum spinis oblitum reperit, & messem ex illo uberem, ac fœcundam effecit, novā, & præclarā vera pietatis disciplinā passim efflorescente. A Domino factum est istud, quod mirantur adhuc Lucernenses, meritōque gaudent, se velut ex tenebris in presentem lucem bujus in primis Jesuitæ operā fuisse pertractos. Etsi verò mea consolatione non indigeatis, qua luctum vestrum in optimi Parentis obitu leniat, ac imminuat: tamen pro mea in vos caritate committere non possum, quin de hoc ipso Rectori vestro, & Collega meo aliquid in medium feram.

Agnoscit Lusitania, & Pater Baderus confirmat, quantum hic Martinus in literis, & spiritu profecerit, priusquam sacris Ordinibus initiaretur. Vedit mecum Ingolstadium, quantā idem fide, & industria primum suum obiverit Rectoratum, ut exemplo baud minus, quam verbo sibi subjectos pasceret. Meminit Augusta Vindelicorum, quod insignem praefiterit in illa Republica Ecclesiasten, nulli molestum quidem, sed bene gratum auditoribus. Vos Lucerij testes oculatos facile praefabitis, quantis illi laboribus constituerit, inde ab initio DEI verbum ferere, populares animos ad frequentem Sacramentorum usum adducere, multorum calumniantium invidiam superare, neque pauca, & levia domi. & foris confidere, qua ad novi Collegij, & schola structuram, incrementum, & ordinem desiderabantur. In tanta rerum, & consiliorum varietate semper sibi constituit, & aequalis perficit bic Rector, sibi quidem durus, ac rigidus, alijs verò blandus, & facilis, non querens, quæ sua sunt, sed quæ ad Christi gloriam, & salutem animarum vel maximè spectare videbantur. Vos ego fortunatos dixerim, Fratres, si, quemadmodum decet, tanti Patrii baredes, ac filij esse pergatis; ab illis nempe vitijs alieni, à quibus ille semper fuit immunis; nimirum, otio, desidia, philautia, fastu, intemperantiā, & simulatione. Sic enim sese comparaverat, ut paucis contentus frugaliter viveret, corporis commoditatē multa subducebat, secretam amaret pœnitentiam, flagrantem in pauperes, & agrestos caritatem exercitaret, modestiam, & submissionem non fidam præferret, & qui à suis obedientia perfecta officium vel maximè postularet, dignus profecto, qui bujus Provincia nostræ primarijs Senioribus annumeretur.

Proinde non lugeamus, sed lati summo DEO agamus gratias, qui sanctificando Nominis suo servum hunc delegit fidem, atque prudentem, quem tot modis ornatum constitueret Lucerij super novam Familiam suam, ut Lucernam ardentem, ac luentem ulero, citroque præstares.

staret. Non potuit ille mori perpetram, qui singularis mundi, suique contemptor usque fuit, totque virtutum edidit specimina, homo sine querela, verus, & sincerus Dei cultor, indefessus Ecclesiae Minister, gubernanda Domo Paterfamilias impiger, in amicis, & mulis recte tradandis mira dexter, atque industrius, ubicunque versetur.

Cur, obsecro, indolescamus, talem Patrem nobis, non creptum, sed ad veram, ut spes est, immortalemque vitam, translatum, & letissimis nostris Patribus cum Rege suo Christo regnantibus aggregatum esse? suum ille pensum absolvit, longum, ac difficile iter confecit prospere, ut lauream propositam nobis praripienti quodammodo inuidere debeamus. Non dispendiosa, sed fructuosa vobis ea fuit mors, qua forti militi coronam diu exoptatam imposuit, & frugiferam horti vestri olivam in paradisum celestem transplantavit, fidumque patronum effecit, qui vestri, immo sui Collegii apud summum Deum nunquam obliviscatur; quamvis stabit Domus, & schola, & Ecclesia vestra, celebris viri hujus memoria vigebit, suosque in primis fratres, bernes, ac filios admonebit, ut caritate fraternâ nihil habeant antiquius, illamque suis pectoribus infixam diligenter asservent. Quid enim, nisi sinceram, & ardenter caritatem fuisse dicemus, quod ille domesticis curis impeditus, tam frequens, & serius fuerit in Confessionibus paenitentium excipiens? agrotis aquè, ac sanis juvandis libenter adfuit, illorum saluti prospexit maxime, & quod ego cum primis admiror, presentis vite periculo se, vitamque suam exposuit, grassantis pestis contempnit contagium, & propter Christum tantopere dilexit proximum, ut mori maluerit, quam deesse Proximo laboranti. An istud est aliud, quo, quam Christum Ducem imitari, qui animam suam pro nobis posuit, & caritatem perfectam re ipsa testari, voluit sive sicut ille dixit, diligere non verbo, & lingua, sed opere & caritate?

Benedictus igitur bonorum omnium fons & Princeps Christus, qui tam fidum, pius, ac prudentem Operarium extrusit, ut messis Luciferica excoletur: nihil ut ego mirer, lugere totam illam Rempublicam tali Theologo, Medico, Ecclesiaste, & Rectore destitutam; vobis autem gaudendum opinor in Domino, quod cum Parente spirituali preclarè actum intelligatis, quodque præcedens ille viam vobis calcandam ostenderit, ut ad beatam immortalitatem rectâ sequamini. Verum, ut loquacitati meæ modum imponam; nihil enim refert instruere sapientes, concludam hæc omnia, repetitis magni Apostoli verbis, que mihi observatione digna videntur. Consolamini, ait, invicem, ædificate alterutrum, semper gaudete, sine intermissione orate in omnibus gratias agite; hæc est enim voluntas Deli in Christo JESU, in omnibus vobis.

Pro scriptore Dominum rogate, queso, dilectissimi Fratres. Friburgi Helvetiorum. 6. Ianuarij, anno Christi 1597.

Hucusque Martini laudator, summè & ipse laudandus, vel lollā ex hac epistola, quæ & Canisij sanctissimam spirat consuetudinem, ex omni occasione saluberrima decerpendi monita, & opportunè monet quædam, quæ arbitror hīc locum esse exponendi clarius. Lusitaniam testem appellat virtutam, quas in Leibensteinio viderit; nempe quod idoneus vius esset, qui primus è Superiore Germania mitteretur ad Indias, ad quas promptissimè iturus jam usque in Lusitaniam pervenerat. Revocatus tamen inde fait in Provinciam, vel quod valetudo obesset, vel quod navigandi deesset opportunitas. Admotus postea Cathedris, Augustæ potissimum, potentibus Fuggeris, insigni commendatione aliquamdiu in Divi Mauriti Aede dixit ad populum, Quadriennio dein gubernando præfuit primario Provinciæ Collegio Ingolstadiensi; dum Paulus Hoffæus, cognitis multo experientio viri ad magna quælibet inchoanda, perficiendaque dotibus, aptissimum judicavit, quem ad ponenda Collegij Lucernensis exordia destinaret; ubi ita se exteris, Nostris que probavit, ut ijs, quæ Canisius memoravit, domestica monumenta addant, Martinum, domi quidem, uti virtutum omnium exemplar singulare, ita communitatis maximè in viatu, vestitu, quin & omnium, quisq; singulis incumbunt, laborum, ac munerum participem esse voluisse. Notatum est, cruda, quæ interdum in mensam inferre, frugalitatis leges jubent, boni sensis valetudini obesse; rogatus itaque est, ut eorum loco jusculti aliquid, cibive cocti apparari fibi permitteret: *Absit hoc*, Rector reposuit, *Quid enim profit, vitam pauculis aliquot annis extenderet, si jaucturam interea fecero paupertatia, aut recessu à communi vita, & cum neglegtu boni, quod Fratribus præbere possem, exempli?* At verò, qui domi Rector sese inter suos gessit, tanquam unus ex illis, longè altiore, quem sanè merebatur, loco habitus fuit ab Orthodoxis Helvetiæ populis, nempe velut commune in negotijs, ijs præcipue, quæ ad conscientiam, & Religionem pertinebant, Patriæ oraculum, cui proin sicuti, quaindiu viveret, prudentiæ, ac pietatis fama autoritatem, & mistum veneratione amorem ei apud omnes conciliaverat, ita mors universalem lucrum peperit. Testati hunc fuerunt sacris Exequijs, quas publico decreto Magistratus triduanas ritu Ecclesiæ præcipuo, constituit.

545.
Exequiæ
Martino
decreta à
Magistratu.

Cæterum, uti mortis falx æquè papavera flaccida, ac latè vernantes rosas promiscuo iectu solet demetere, sic annorum simul, ac meritorum pleno seni juvenem adjunxit: alium tamen aggredi non ausa, quam, quæ cani sensus, ac vita immaculata, quæ coram Deo pro ætate senectutis computatur, cælo maturum præstiterant. Petrus Pranzius hic fuit, religiosi adhuc tirocinij alumnus, de quo, postquam ante biennium fusè narratum à nobis fuit, quâ ingenij solertiâ, ac dexteritate aditum

546.
Mors Petri
Pranzi No.
vitii,

ad Societatem à Moderatoribus jam concessum, etiam à parente obtinuerit, reliquum est, ut, quod ibi spondebamus, illud modò referamus, quam benignè ipsa boni Numinis providentia juvenem hunc ad fidem primùm Orthodoxam, varios per casus adductum, ad portum etiam æternæ felicitatis eduxerit. Ut parentes ejus, quos Lutheranos fuisse diximus, animadverterunt, liberalitatem Fürstenbergij Comitis, cuius impensis filius in literarum humaniorum studijs sub Ludimastro Catholicō

547.
Ejus me.
morabilis
reductio ad
fidem Ca-
tholicam.

tholicō alebatur, eò tendere, ut puer ad Catholicam simul Religionem traduceretur, haud petitæ, quin, ut putabant, ignominiosæ sibi, qui honestà ipsi fortunā uterentur, beneficentia pertæsi, Petrum in ultimam usque Saxoniam ablegant, ubi tum David Chyträus morabatur, famosus inter Lutheranos verbi minister. Sed caruit, DEO omnia vertente in melius, successu consilium; quo natum puram Luthero hostiam servaturos se crediderant, postquam videlicet, si quid etiamnum puero de sacris Catholicis adhæresceret, decoxisset olla hæc coquinaria; Germanicum quippe Davidis cognomen Kochhafen proprium erat, quod, cùm Latinis lebetem coquinarium sonet, Minister hic, ut gentilitiaz appellationis memoriam profundiū sepeliret, alias ab usque Pelasgis accersit, Davidem deinceps Chyträum sese nominans, quod idem, ac Latij Cacabum dici, quanquam eruditos fugiturum nequam sperare posset, indoctorum tamen plebi ignotum fore autem.

Rostochium ubi tenuit Pranzius magno, cum stupore, & animi indignatione conspexit, quod præmonuit Doctor Theologus, quem nuper itineris aliquamdiu socium nactus fuerat: inventurum scilicet ingentes, quas in Saxonia ij, qui Cathedram Moysi à se teneri jactarent, circa Religionem turbas commovissent. Nempe ab integro penè seculo miserabili verum inter, falsumque rotabatur vertigine nobilissima olim fortissimaque Saxonia. Fridericum tertium Saxoniæ Electorem, quem Gentis illius Scriptores Sapientem nominant, depravatos seculi sui mores reformati cupiditas eo pellexit, ut plūs vellet, quam oporteat, sapere; nec enim in tollendis duntaxat legum corruptelis, & abusibus curas suas continens, ad ipsas usque convellendas Ecclesiæ sanctiones, doctrinasque sese abripi passus est, pessimo di Orte usus Martino Luthero, cui totum se, quantum etiam ad Religionem pertinet, subditosque omnes informandos permiserat.

*Prober.
Theat. P. W.
Brad.*

Fridericum absque conjugio defunctum secutus est germanus frater Joannes, quem Constantem appellant. Quod si ideo vafrè fiat, ut ejus ab Lutheri dogmatis, quibus unà cum fratre implicitus fuerat, tacetur discussio, nescio sanè, quam bonâ fide excogitatum id fuerit. Quanquam ad hoc filientio involvendum videatur spectasse Brukneri Scriptoris Lutherani audacia, quam negat illas in Tabulario Principum Bojariorum extare literas, contrà, quam juratis Notariorum, ac Principum nomine, manuque firmatis tabulis evidens factum orbi, ac manifestatum fuerit, quibus Joannes Fridericus Joannis Constantis filius Gulielmo quarto Boorum Duci, ac fratri ejus Ludovico mortem extinti nuper Parentis indicat, simûlque stupendam profecto animi conversionem, quæ mortem antecesserit, significat. Detestatum, videlicet Joannem in primis cum gemitu errores, in quos à perduellibus veræ Fidei, & Ecclesiæ proditoribus conjectus fuisset, ac protestatum, mori se velle in avita Christiana fide, ac denuo recipi in communionem sanctæ Matris Ecclesiæ, suscepisse ultima non sanctissimæ tantum Eucharistiæ, sed extremæ etiam Unctionis Sacraenta, iussisse dein, ut quamprimum, publico edicto, abrogatis per omnes ditiones suas novitiae religionis ritibus, Lutherus ipse cum toto præconum suorum grege Saxoniæ exterminetur, prolato deinde, quod legitimè condidisset, testamento cavisse, ut ne filius jusjurandum fidelitatis à Provincijs exigeret, regimènve adiret, antequam sancte, ac fide, quam Princes oportet, polli-

*Mittitur in
Saxoniam
ad Davi-
dem Koch-
hafen, seu
Chyträum.*

*548.
Religionis
continuae
mutationes
in Saxonia,
549.
Fridericus-
Elector Sa-
xonie Lu-
thero ad-
haret.*

*550.
Friderici
Fratr. mo-
ritur Ca-
tholicus.*

*De hoc testi-
moniari in
Archivo
Principum
Bojarie, O.
Actor de
Ortu O. Oc-
caſa Heret-
Colonia in-
pressus.*

ceretur, exsecuturum se omni accertatione singula, & universa quæ modò accepisset, mandata ultima. Et verò (pergit scribendo Joannes Fridericus)

^{552.} Litteræ Jo-
annæ Frideri-
ci, qui fuit
Joannis fi-
lius, ad Du-
ces Bava-
rie.
cū nibil magis desiderem, quam Genitoris postrema voluntati obsecundare, nibil quoque prius habebo, quam omnia avita Religioni contraria dogmata, eorumque magistros, à quibus, uti dolens agnosco, malâ in errores fraude & arenâ, Ego, subditi mei abducti sumus, quamprimum abjecere, subjicere ex adverso demissè, ac obedienter universali Christianæ Ecclesie. Quodsi in explendo animi decreto quisquam obstaculi quidpiam, & incommodi contrâ molia-
sir, fore, confido, ut Vos, nobilissimi Principes, pro vestro ubique te-
lebratissimo vera Christianæ Religionis promovenda zelo, ac veteri in-
tima Cognitionis vinculo, si quâ necesse fuerit, opem ferre, rudem-
ad huc rectionis juventutem meam, confilio, ac potentia firmare, sub-
ditasque Gentes vestre fidei commendatas babere studeatis. Quod
cū, ut impensè flagito, consecutus fuero: nibil partium mearum
decēsse patiar, ut antiqua Bavariam inter, & Saxoniam, vera, synce-
raque Domus utriusque conjunctio pristino vigori restituatur, ac de-
inceps conservetur. Ita profiteor Joannes Fridericus, DEI Gratia
Elector Saxonia, Thuringia Landgravius, Misnia Marchio, &c.

^{553.} Itaque Jo-
annes non
coastas
ideo, quod
persevera-
verit in Lu-
theranismo.
Quis non autumasset post hasce literas, vicefimo quarto Augusti an-
no sesquimillesimo tricesimo secundo, atque ita octavo post Joannis
mortem die scriptas, reddituram quantocvus in Orthodoxæ Ecclesiæ si-
num universam Saxoniam? Verum, ut apud cordatos, veræque Hi-
storiz gñaros Joanni Constantis titulus, si quidem ob pertinaciam in se-
tibet.

^{554.} Sed potius
sapientis,
Magnani-
mus ob eju-
ratum Lu-
therum, &
reditum ad
Fidem Ca-
tholicam.
tius Sapientis titulum, quem Joannis fratri Friderico tertio adscriptum
fuisse nuper meminimus, ipsi Joanni accommodandum esse probi om-
nes affirmabunt; utpote qui, cum illi admotus est articulo, in quo soli-
citudines, à terrenis affectionibus magis depurgatæ se objiciunt, atque
ad instantem æternitatis aditum, animoque in perpetuum prospiciendi
seriam cogitationem tendunt, postquam naufragii periculum in quod
novorum dogmatum illecebrosæ haec tenus Sirenes incautum attraxerant,
propinquius cognovit, maluit, utique, vela adhuc vertendi opportuni-
tatem festinanter, antequam mergeretur, arripere, & serò licet, serio
tamen resipiscere, quâm interire penitus. Quod ipsum profecto magnæ
adhuc sapientiae, quin & magni animi, opus fuit.

^{555.} Jo. Frider.
ultimam
Patris vo-
luntatem
non adian-
plet.
At verò filium Joannem Fridericum, quem à prima pueritia, alienis
ab avita Religione doctrinis affectibusque errorum Magistri imbuerant,
facile fuit, firmare in præconceptis opinionibus, Aula stante pro Lu-
thero, pro Catholicis nemine. Nec terrere periculum poterat, ne
cognita demortui Principis voluntate, juramentum fidelitatis abnuerent
subjectæ Provinciæ; apud quas plus utique turbarum datura fuerat im-
perata Præconum ejectio: quibus, ut populum sibi devotum habeant,
primus semper & necessarius labor est. Accedebat tot Protestantisti-
um Principum, sanguine, affinitatibus, foederibus junctorum sive
metus, sive reverentia; quæ (ut habent se mundi res) suadebat omni
alia ratione potentius; ut honoris cùm suo, tum ipsorum, ac famæ pub-
licæ

Sicce daret: ne ex ampio & natali solo in honoro decreto exularo jubetur Religio, cui in Germaniam inducendæ, stabiendi que Ipsi, tot Conventibus publicis, foederibus, bellis ad laborassent. Ita quidem tunc catholicè mortui Electoris voluntas ultima effectu caruit; cum (qui ferè perpetuus Politorum mos est) rationes humanæ præferrentur Divinis.

At ne illa quidem, quæ sub Joanne Friderico duraverat, forma diu mansit. Aliam longè inductam Saxonie faciem invenit Pranzius noster, ex Luthe-^{156.}
cùm Rostochium appulsus est. Multis jam annis, postquam Stösselius ranismo in Calvinis.
homo facetus, & joculator, inter suos tamen Lutheranos multum æsti-^{rum apud}
matus Doctor, ex Disputationibus Haidelbergæ institutis, ad Calvini in-^{Saxones}
ceptias, joculari utique saltu, transiit, nactusque, ubi in Saxoniam rediit, è mutatio.
suis tribulibus non paucos, quos pariter ad Calvinisticam lyram saltitare Cozen in
juvaret, tortuosis ab uno in aliud dogina flexibus, Provinciam gyavit. Jubil. Lut.
Præplacuit demum præ Lutheris, Oliandro nempe, Flacco, Schmideli-^{Frber. in}
no, centenis alijs, qui tam dissona proflando irracuerunt, buccinatoribus,^{Theat.}
subtilius quiddam insonans Nicolai Crellij tibia; succinuit is Stösselio, ante
annos prope modum tricenos inter voces desperatissimas, quas Michaël
Dillherus, nobilis Lutheranorum præco refert, infelicissime defuncto. Et
verò cum Crellius, vir eloquens, ac profundæ scientiæ præjudicio potens,
atque insuper primi in Aula Cancellarii dignitate præfulgens, in id ani-
mum intendisset, ut Saxonibus Calvini, ac Theodori Bezae incantamenta
præcinerentur, facile duos, ut appellant, Wittenbergæ, urbe & Academia
Saxonum præcipuâ, Superintendentes, atque ipsum supremum in Aula
Ducis, & Electoris Christiani primi concionatorem in eam pertraxit sen-
tentiam, ut in supprimenda, quam Melanchton, probante Luthero, con-
cinnarat, Augustana Confessione, extollendo contrà Joannis Calvini Ca-
techismo, auxiliarem sibi conferrent operam. Quis enarret satis, quæ
hinc infectiones mutuae, cathedralium, scholarumque iurgia, ejectiones
è Synagoga, capitalia inter ipsos Archi-Synagogos odia fuerint excitata,
Principe ipso, quo aures, quo animum inclinaret, fluctuante, multò pro-
pensiùs tamen ad Calvinum inclinante.

Mors demum, quæ Electorem, primo ultra tricesimum vitæ anno, fu-^{557.}
stulit, emergendi suis angustijs Lutheranis viam aperuit; sed nempe, ^{Calvinis-}
quam suo Calvinistæ signarent sanguine, & versis in exilium vestigijs. ^{mus denunciat.}
Fridericus quippe Guilielmus ex Principib[us] Saxonie Altenburgicis, cui, ^{Lutheranis-}
usque dum Christianus secundus per extatam succedere parenti idoneus ^{mus revo-}
foret, Provinciarum administratio commissa fuerat, protinus, quod Lu-^{catur.}
thero ipse addictissimus erat, Calvini dogmata proscriptis: concionatores ^{Birkem.}
ex Aula geminos, geminos Superintendentes, Wittenbergensem, ac Lipsi-
ensem, & alios novi ex novo Calvini sensu Evangelij Doctores carceribus, ^{Contra in}
& exilio damnavit: Crellium ipsum integro decennio in vinculis habitum ^{Judicium}
duci tandem, & capite plechi iussit, ad quod supplicium cum Dresdæ, ^{Judicium}
ubi Principum sedes est, in maximum urbis forum raperetur, dolore,
irisque extremis plenus Crellius vociferari contra sententiaz injusticiam,
fremere, ac protestari coepit: neque iram, & questus acerbissimos lantè,
quam vitam posuit. Non illico tamen composita simul, extinctaque fue-
runt odia. Habuit defensores non paucos Crellius, habuerunt & ipsi,
quod inter se litigarent, Lutherani, & eodem calamo, quo nuper coag-
mentatum à Schmidelino famigeratæ Concordia volumen, suis notarant
subscriptionibus, perpetuas sua super Evangelia ipsamque Schmidelini
Concordiam discordias scriptitando seminarre perrexerunt.

Verum erit fortasse, cur & ego timere habeam caro mea, quod
is, dum Pranzium in Saxoniam, inde in Societatem, ex hac demum in
repuiein sempiternam deduxit, Lectorem ipsum lenarrandis, quae Saxo-
niam rotarant, in Religione mutationibus per nimis diuturnas ambages
(melius dixerim, Labyrinthos) ac errores circumagat. Non impro-
visum hoc erat mihi: putabam tamen ignosci posse causas habenti, cur
pergerem. Easdem vicissitudines, quae Pranzium ab Lutheranis abdu-
xerunt, videmus à solo nostro Adamo Conzen in libro, quem *Jubileum
Evangelicum* inscripsit, fideliter, probéque fuisse recensitas, ex adverso
ab Lutheris aut mutilato duntaxat relatas stylo, aut penitus dissimula-
tas silentio: ne liquidum nempe fieret, quam inaniter bis jam novi,
quod Lutherus infonuerat, Evangelij perpetuitatem secularibus jubilis
celebrarint, quod primo statim seculo, in centenas diversas, sibique in-
vicem contrarias sententias à centenis propemodum, quos Gaulte-
rius noster enumerat, interpretibus, seu, ut fibi ipsis videbantur, Apo-
stolis Luthero paribus disceptum fuit: ac in hoc sanè pares fuerunt
Doctori Islebico, quod nec ille quidem in suis sibi dogmatibus con-
stitut.

Gaulterij
Duodecim
Veritates.

558.
Saxonica
Domus E-
lectoralis
hodie Ca-
tholica.

Quid? quod dum horum, quae apud Saxones gesta sunt, nobis re-
vocatur memoria, in considerationem simul pericundam avocamus
optatissimi, & veriori multò, quam, quae Lutheranos exhilarare mereau-
tur, jubilo digni eventus, quem Orthodoxi nostra ætate vidimus, cum
videlicet in eadem Saxonia ipse nobilissimæ Gentis Princeps, & Elector,
postquam ex multifidis adeò doctrinis quae pro Lutheranis venditantur,
solo nomine palliatis solido argumento nullam stabilitam esse contem-
platus est, certus in tutiorem salutis consequendæ semitam discedere,
non illam delegit, quam vicinitatis exempla monstrabant, Scyllam pro
Charybdi, sed Romanæ fæse aggregavit Ecclesiæ, utpote in qua, tot re-
tro seculis, nunquam interrupta rerum credendarum unitas, sanctorum
que morum juxta, legum, & Mysteriorum communio, evidens Veritatis
Divinæ per eam loquentis argumentum nemini, qui seriam animi curam
gerat, non potest non esse manifestum. Unam hanc proinde, sanctamque
fidem Romanam Catholicam profitetur potentissimus Princeps in ocu-
lis totius suæ Saxoniarum magnificenter, ingenti magnanimitate tuetur for-
titer in universa, quae Regem hunc sibi elegit, Poloniâ, feliciter stabi-
litam spectare gaudet in Filio, ac Nepotibus. Et Filius quidem non Pa-
tris imperio, nec solo hujus, licet utique sat efficaci exemplo, sed diu
ad rationis, ac veritatis trutinam expensis argumentis, pro ingenita, quæ
falsum à vero discernere valet perpicacia, & pronâ voluntate, quâ, quid-
quid honestum, Superisque probatum est, præ omni alio, quod terrena
suaderet sapientia, complecti amat, gavisus plurimum est, cum eam ingre-
deretur viam, ad quam plurimos jam in Europa Reges, Principesque,
Deo vocanti morigeros, suisque animis consulere serio attentos gradum
ab erroribus, in quos devenerant, reflexisse est conspicatus.

Nempe supra candelabrum adeò excelsum posita est Veritatis Ca-
tholica lucerna, ut soli eam non videant, qui deliberata pertinaciâ ocu-
los sibi obnubunt, & quod à Deo offertur, Donum Fidei, obstinatè re-
jiciunt. Certè si voluntas proba sit, ac honesti, & æqui serio studiosa,
nec multa ætate, nec abstrusis prudentiæ scrutinijs opus habet: facile
intelligentiam eò inclinabit, ut quae vivendi regula eligenda sit, contem-
plari velit, & contemplando perspicue deprehendat, ut sapè in hoc juven-
tus,

tus, quantumvis adhuc ratione inexercitata, modò pravis necdum vi-
tiata affectionibus longè ulterius prospiciat, quām ab inveteratis jam
persuasionibus, quanquam falsitatem earum vix non palpet, abstrahi
impatiens senectus.

Petrus certè Pranzius (ne diutiùs ab illo abducamus hystoriam) utnt
adhuc juvenis, longè in negotio animi oculatior fuit magistro suo Davide
Chytræo, cuius in disciplinam convictumque traditus fuerat. Sudabat
anxiè vetulus, ut suæ inter Lutheranos existimationi conservandæ, affi-
duis lucubrationibus gloriòsi contra Calvinistas athletæ nomen evince-
ret; verùm, non ita fortiter è solius Lutheri armamentario depugnare
contra illos potuit, ut non sàpè gladium spiritùs, quod Verbum Dei est,
è sensu, ductuque haud alibi, quām in Ecclesia Catholica usitato, vel
invitus cogeretur vibrare, quod cùm tribules notarent, suspectum illis
semet ipse reddidit, ac si, dum insolitam cæteris pugilibus contra Calvi-
nianos digladiandi excogitaret formam, novi simul alicuius cæromatis
ex Catholicis, Lutherisque lebetibus coagulati infelicem misturam, no-
vamque sectam *Cacabus* hic excoqueret. Utì non latere Pranzium, ita
non potuit displicere graviter hæc magistri sui modò has herbas cœu
salutares ad cocturam suam eligentis, modo rejicientis ut noxias, aliás
que iterum, & alias in ollam conscientis mutabilitas, quam cùm in alijs
quoque dogmatum Saxonorum archimagiis advertisset, nauseare pa-
latim, horrere que offam coepit, quam merito suspicaretur, Medeæ cujus-
piam interventu apparatam esse.

Id ubi Chytræo suboluít, ne alumnus ab Luthero penitus deficeret, 560.
quod quām probrosum sibi futurum esset, fatis intelligebat, pro ea;
quam à parente concessam habuit potestate, jussit Petrum, relictâ Sa-
xoniâ, Gedanum in ipsam Poloniam, ubi Lutheranis quietiora erant
omnia, profici; jamque navis, quâ Dantiscum abiret, assignata
fuerat, & vale Davidi dicto, ad ripam tendebat Pranzius, Gedanum so-
luturus, cùm repente seu navigationis horrore, seu longinquitatis à Pa-
tria, mentem mutat, ac Superiore versùs Germaniam gradum vertit;
DEO nimirum Juvenem, non sua indole, sed alieno ductu, æterni exitij
periculis expositum, fatis reservante meliorib; cùm interea navigiunt, Navi, quam
quod concendere Petrus debuerat, cum omnibus vectoribus miserè
haustum suisset fluctibus. Quapropter & Chytræus, quod aliud non cre-
deret, quām Pranzium eadem navi vectum, pari cum reliquis naufragio
interisse, mœsti hujus nuncij parentes quoque implet, proin & luctus; Fuldam
cui tollendo nec spes, nec modus superesset: Petro interea vivo, & in-
columi alacriter in Germaniæ interjora viam prosequente. In qua,
ecce admirabili occursu obvium habet illum ipsum Theologæ Docto-
rem Catholicum, quem anno abhinc altero Rostochium petenti, viæ
aliquamdiu socium fuisse diximus. Ab hoc Fuldam, & in Fuldense, 562.
quod loci Princeps Doerenbachius ex Divi Benedicti Ordine Societati
fundavit, Collegium deducitur, commendaturque Socijs, Rhetoricâ
simul, quam necdum edocet fuerat, ac Religionis Catholicæ, in quam
totus propendebat, principijs imbuendus.

Cùm in utroque studio celeres non minùs, quām insignes progres-
sus fecisset, Ingolstadium est missus. Eâ in urbe, qui, editâ Fidei pro-
fessione, receptus inter Catholicos, recipi etiam in Societatem flagi-
tarit, quām solerti consilio, pioque astu solutionem debitorum, quām
priùs, ac admitteretur, impetrare jussus fuerat, à patre, quantumvis Lu-

therano, indeptus fuerit; cùm in actis ante biennium relatum jam fuerit, unum id in præfens memorasse æquum est, quæ carissimo iuveni in Tirocinio vivendi norma, quæ moriendi causa, formaque fuerit. Animo regressus in vitæ cursum tam diversis hucusque intertextæ eventibus, profundè contemplatus est, quantum obligaretur vicissim, ut quæm perfectissima servitute Servatori DEO gratum se, & in omnibus placere cupidum exhiberet; unde in primo statim Tirocinij aditu ad virtutes non volaticas tantummodo, sed ex vero solidas consequendas conatum omnem innipendit, eo insuper judicij supraætatem vigore, ac maiestate, ut Rupertus Reindelius, Tironum post Bonaventuram Paradinam Magister, Dilinganis Socijs Novitium expertentibus, qui uni suorum ægrotanti tantisper inserviret, Pranzum esse idoneum judicarit, qui & solerti prudentia, & eximia sedulitate humile hoc caritatis ministerium obiturus esset.

563.
Tirocinij
tempore
Dilingam
missus, vix
non pericu
lum viae
subit.

Cùm obedienter viam carpens Augustam, inde Dilingam perreclusus, non procùl abesset, in virum incidit è nautarum tribu, Lutheranum, nescio, an Catholicum, Christianæ profecto humanitatis expertem admodum; quippe dum perquam humaniter Pranzius salute impertit hominem, alter, velut convicio suisset impetus, non modò pacati nihil reposuit, sed facessere invisum salutatorem iussit: fatagebat bonus Tiro verbis uti mitioribus, & lenire, si quæ commotus esset, absque causa irascitatem; sed oleum flammæ addidit. Prorumpere in maledicta ferox nauta, & non iam soli Novitio, sed universæ Societati convicia, dirásque ingerere, demum inversâ bipennis, quam manu tenebat, ferro præfixæ perticâ, geminos ictus valida manu infligere. Ne plures acciperet, citato cursu subducere sese properavit Pranzius, infecutus alter, cùm assequi fugientem haud posset, projecta eum bipenni contingere est conatus, sed bono haud dubiè tante Genio, casso vulnera in terram ferrum decidit,

566.
Febr. corri-
pius.

Dilingæ demandato ministerio religiosâ omnino diligentia probè summus Landspergam, revocatus est, ut quod reliquum habebat tirocinij quadrimestre tempus, inter Novitios absolveret, paulò post ipse acutâ febri correptus ante tirociniū vitam absolvit. Non plures, quæm octo dies morbus tenuit, intra quos quid aliud ex decumbentis ore perciperes, quæm suavissimas ad Deum suspiraciones? quibus perpetim laudes infinitas, gratesque supremo ingeminabat Numini, cuius inexplicabili bonitate tam præsentibus æternæ mortis eruptus periculis, non ad Orthodoxam soluendo Ecclesiam revocatus, sed evocatus etiam ad Societatem JESU, securum veluti salutis suæ portum, tam mirabiles per eventus suisset. Tirocinij socio, qui Petro ægrotanti ad ministerium assignatus fuerat, ipsâ adhuc obitûs die, saluberrimum reliquit documentum: Cernis, inquit, Frater carissime, quæm latus ego, Ex spe aeterna beatitatis celesti solatio plenus morti prestat. certus esto, fore, ut partibi securitas, par à Deo gaudium, quin uberior, ubi è terris abundum erit, concedatur, si quod ego studebam facere, idem Ex ta velis: ut nullas videlicet in corde tuo latebras, nibil Moderatoribus, Magistrisq, Spiritus reconditum, nibil celatum esse patiaris; sed omnes, seu ad bonum, seu ad primum animi motus candidissimâ simplicitate aperias, eorumque dictioni totum te integre permittas. Tenuit ea mentis tranquillissimæ hilaritas ad extrellum usque halitum, que in Februario die sexto emisit,

565.
Ultimum
moriens
documen-
tum.

HL



HISTORIA PROVINCIAE GERMANIÆ SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA. DECADIS SEXTÆ ANNUS SEPTIMUS, SEU CHRISTI MDXCVII.

S Y N O P S I S.



Hilippus Guilielmi Bojariae Ducis filius, in templo Monacensi Cardinalis inauguratur. num. 506. & seq. Templi Monacensis Architectonica n. 576. & seq. In eodem Sacrificiorum multitudo, maiestas, & decor. n. 584. & n. 628. & seq. Guilielmi Ducis, ejusque Filij Maximiliani litera Fundationis pro Templo, & Collegio Monacensi. n. 585. Eberspergense Monasterium à summo Pontifice unitur Collegio Monacensi n. 596. Additur pro auctario Pradium Warenbergense n. 598. Templum S. Michaëlis cum toto ornatu donatur Collegio Monacensi n. 599. Maximilianus Emmanuel Elector confirmat literas fundationis Collegij Monacensis n. 604. Ad Dedicacionem Templi S. Michaëlis invitati comparent decem Archi Duces. n. 606. Et decem Principes Bojci n. 607. In Dedicatione concionem habet Cardinalis Philippus. n. 609. Agape datur mille & septingentis hospitibus. n. 610. Descriptio Tragœdia in Templi Dedicatione exhibita. n. 616. Sacri labores Nostrorum Monachij n. 620. & seq. Albertus Guilielmi Filius Gymnasium publicè frequentat n. 641. Richardi Halleri abitus & elogium n. 642. Philippi Cardinalis zelus pro S. Euccharistia n. 658. Missio in Augiam n. 659. In Chiemsee n. 660. In Monasterium Lunelacense n. 661. In Mindelheim n. 662. Pauli Guldini elogium n. 663. & seq. Marci Fuggeri more, & elogium n. 675. Bruntruti inchoatur adificatio Templi, & Colle-

ḡy n. 680. *Lucerne ob luem Soc̄y dimittuntur in vicina Monasteria n.*
683. Mors Cremerij in obsequio peste infectorum. n. 685. Venera-
bilis P. Petri Canisij dotes corporis n. 692. Et Animis n. 693. & seq.
Ejus Educatio n. 696. Ejus virtutes n. 703. & seq. usque ad n. 757.
Calumnia de Canisio cum Catella profugo n. 780. Ejus mors. n. 798.
Processus & preces, ut exponatur publica venerationi n. 800. Prodi-
giosus ex imagine Canisij sudor portendisse videtur Religionis & Socie-
tatis eo tempore calamitates n. 804. & seq.



Pportunè in sequentis etiam anni narrationē, à mense Februario, & à sanctis pariter solatijs, quæ optimum Numen servis suis tum vivis, tum morientibus indulxit, continuare datur. Varia, & àque magna Guilielmus Bojorum Dux, animo præceperat consilia, quæ hoc tandem anno in opus deducere constituit, futura ad suum coram Deo meritum suminè proficua, Familiae gloriofa, Bojariæ salutaria, & Societati denique grato, jucundoque animo in perenne ævum in memoranda. Primum ex his fuit antiquissimo Domūs suæ splendori, quo omnem haecenū mundum illustraverat, novum, idque fulgentissimum incrementum ex Purpura Ecclesiastica superaddere. Clemens Octavus Pontifex Maximus, cùm sui Regiminis tempore quinque Cardinalium creationes habuisset, tertiam ex his sub fidem anni prioris peculiarem esse voluit, in qua unicum Cardinalem nominaret, Philippum Guilielmi Bojariæ Principis filium, cui eminentissimæ dignitati cum debito virtutum apparatu sustinendæ, ut se amplius exornaret Philippus, plurimū conferre judicavit, si rursum, ut ante annum, solo comitante Quirino suo Leonino, Ratisboensis nunc Ecclesiæ Decano, cæterū ordinario in privatæ pietatis non minùs, ac publicæ exercitijs socio, & adjutore, in Biburgensis nostri Domiciliū latebras se abderet, ac per dies omnino quatuordecim, uno dantaxat retento servulo, tam salutaria palcendo spiritui expertus alimenta, iam anno elapso ex commentationib⁹ à sancto Ignatio supeditata, rursum novi ex iisdem ardoris flammā recalesceret denuo, & regustaret.

566.
Philippus
Guilielmi
Ducis filius,
Episcopus
Ratisb. fit
Cardinalis
Gaconius

567.
Exercitia S.
Ignatij repe-
tit Biburgi,

Monachij
in templo S.
Michaëlis
Purpuræ fo-
llemniter in
auguratur.

Dux Guilielmus sub idem serè tempū de filiorum suorum altero Ferdinandō, quem Ernestus Guilielmi frater, Coadjutorem in Ubiorum Archiepiscopatu, & successorem delegerat, geminato felice nuncio recreatus, ut universo Orbi Catholico demonstraret, quanto honori duceret, quod Domūs suæ fastigiis Ecclesiastici etiam superveniant Principatus, decrevit celebritati, quā missus à Pontifice, Galeri purpurei ex Camerarijs Apostolicis nobilissimus Lator eundem Philippo impositurus erat, magnificentiam, quam posset, maximam impendere. Locum solemnitati elegit non alium, quām templum, quod Collegio adstruxerat, tribueratque, paulò post sancti Michaëlis Archangelī honoribus consecrandum : diem nominavit ipso nomine, menséque, & anni ordine auspicatum, Februarij secundum, quem Festum Luminum antiquitus nominavit Ecclesia, Virginis Matris Divinum Filium in Templo Solymæo offerentis memoriā illustrissimum. Facile imaginatu est, quām ingentem populi multitudinem Functio hæc in templum quantumvis amplum, tam immensum tamen numerum

rum capiendo impar, exciverit. Urgebat nempe ipsa Dici ubique Catholicis veneranda Sanctitudo, desiderium obtinendi Apostolicas pecuniam pro noxis omnibus Indulgentias, illum in diem obventuras singulis, qui praefentes ad Celebritatem adstituti, precésque fusuri ad Deum essent, curiositas denique neutiquam improbabilis spectandi actionis tam sacræ Majestatem, quam plerisque intuendi occasio nunquam sufficeret, nunquam fors deinceps offerenda foret. Celebrata Res Divina est ceremonijs quam Augustissimis, postquam Richardus noster Hallerus, Collegij nuper Ingolstadiensis Rector, in concionem progressus, disertâ admodum oratione, quæ Purpuratorum Ecclesiaz Senatorum eminentia, quæ officiorum munera, quæ rituum, in illis ostrinâ talari Tunica, Galeroque purpureo insigniendis expendenda proponerentur Mysteria, undanti, avidéque auscultanti populo explicavit, ut jam facile, qui aderant, ceremoniarum notionem assequerentur. Cùm subin Apostolicæ Sedis Legatus Philippum, ex conspicuo pegmate, Vaticani Senatus amictu exornaret, atque ita populo venerandum exhiberet, insonanti mox plenis choris Hymno Ambrosiano assonuerunt leto fragore per urbis valla bombardæ majores, minores per armatorum ordines, quorum mille ante templi fores loricati stetere, qui dein alto iam meridie Patrem, Matrem, Fratres, Sororesque Principes sacro gaudio gesientes, comitante universa Nobilitate, ac obsidente plateas, & fora inter mille gratulationes plebe, è templo militari cum pompa, & ordine reduxerunt in Regiam. Postero die tum ijdem Principes, tum Legatus Pontificis venere ad Collegium, scenam spectaturi, quæ in Bibliotheca Collegij sat spatiösâ, congruo ad pridianam celebritatem argumento, est exhibita, unâ cum vario Cárminum genere, quæ suspensis per murorum intercedinem aulæis descripta, festas gratulationes, vota, faustaque omnia eruditio, cupidoque Lectori obijcibant. Camerario certè Apostolico ita placuerunt, ut, postquam, ut petierat calamo exscripta fuissent tradita, secum Romam asportarit, cœtum specimen, ac testimonium, quam germanè ad Latij, Græciæque exquisitam disciplinam, stylique leges Germanorum etiam Musæ hoc anno sua & ipse conformata, & expolita haberent barbyta.]

Postridie in
auguratio-
nis exhibe-
tur Princi-
pibus Dra-
ma.

Philippus, postquam celebritate, quam descripsimus, novum de-
corem sancti Michaëlis templo attulit, Ratisbonam ad Diocesim suam abxit, reversurus tamen post quadrimestre, ac ejusdem Aëdis augustiorum solemnitatem Purpuratæ iam Personæ suæ eminentiâ nobilitaturus, relieto nobis, quæ interea evenerunt cætera, breviter enarrandi spatio. Venerat sub anni jam exordia Monachium Provinciaz nostræ Visirator Paulus Hoffæus, qui conspicatus, Discipulorum in Gymnasio multitudinem tantam esse, ut nec una tot capiendis scholæ nec unus cum profectu instruendis Magister sufficeret, egit cum Provinciae Præside Ei-
senreichio, ut præter Secundam, Tertiāque Grammatices Classes, e-
tiam Prima, seu infima in duas divideretur, annuente non ad hoc tan-
tum Principe, verum ad illud insuper, quod idem Hoffæus gravibus ex-
causis pro Academiaz Ingolstadiensis gloria suadebat, ut, qui hactenus in Convictorum domo juvenes Monachij habitaverant, ad simile con-
tubernium, quod Guilielmus eundem in finem construxerat, Anglico-
lim transferrentur. Factum id mense Martio, simul & tota illuc è do-
mo Monacensi translata est supellex; Non tamen sacra, quam Sodales in peculiari Coetu sub DELPARÆ tutela in sancti Michaëlis contubernio colleq̄i habuerant; hanc enim totam Majori Congregationi Monacensi

Discipuli
infime
Grammati-
ces divisi
in duas
Scholas.

Convicto-
res ad S. Mi-
chaëlem
transferun-
tur Ingol-
stadium

572. dono reliquerunt. Evocati iten fucunt ad nova officia Sacerdotes duo, Theologie viri jam tum doctrinæ famâ celebres Christoporus Grenzing, & Adamus Tannerus, quorum ille Quæstiones, quæ ad conscientiam, hic & quæ ad Controversias de Religione pertinent, tractare coepit, ad quo- ruin explicationes audiendas, præter extraneos, undecim Nostrates sunt missi; unde ostendi cœptum redditus, qui exniuper traditi Mo- Adamus naisterij prædijs pacatè jam fluebant, non colligi, ut cumulentur in Tannerus. Undecim ex nostris scilicet animorum utilitati, expendantur.

Sumptuum porro ex eodem fonte veluti primicias Dux piè arbitratus est consecrandas esse Deo, Deoque sancto Martyri, & Ecclesiæ Defensori (qui primus hoc titulo celebratus est) Sebastiano. Extat in urbe Mona- censi templum, cum adjeclisædibus, magni hujus Bojarizæ Patroni hono- ribus dedicatum: ædium, & disque possessionem recens ad Collegium de- volutam celebrarunt, festa Divi luce, Socij magno apparatu, concessis à Principe ad solempne Officium, geminasq; Vesperas ex Aula Musicis, ser- mone Panegyrico, templi pretiosa exornatione, ac populi die toto frequen- tissimi accursu. Minus celebris ex eo duntaxat, quod magis privata, admo- dū tamen sancta religio fuit, quam intra Collegij parietes instituerunt Socij.

573. Collegium religiosa celebritate posseffio- nem adit in Sacello S. Sebastiani. Quarto kalendas Maij Guilielmus Dux insignes oppidò ex Divorum Ossi- bus, Cineribusq; Reliquias templo sancti Michaëlis donavit, easque inter oblongam de sacerrima Christi Coronâ spinam: deferri hæc Nostrorum, qui linteati incederent, manibus in Sacrarium interius voluit Princeps, servariq; dum augustiūs tam veneranda, copiosaque Lipsana ad cultum publicum proferendi tempus appoteret. Advenere sub vespe- rum illius diei piissimus Princeps, piissima Conjur Renata, ut sacertri- um thesaurum, ubi repositus esset, coram inspicerent: convocati suc- quis in Sa- crarium ik- laus Nostro- rum flagel- latio ultio- nea. ruit æris signo domestici, actum, postquam omnes utrumque Princi- pem ad Sacrarium deduxeré, Hoffæus brevi, sed fervida oratione ad Cœlum, quorum Reliquiæ allatæ fuerant, venerationem, recitandis Litaneyticis precibus est exhortatus. Addidere Socij, digressis Princi- pibus, ante easdem Reliquias, precationi, concedente, ut rogavabant, Hoffæo, flagris usi, sonoram corporis diverberationem.

574. Coram sa- cris Reli- quis in Sa- crarium ik- laus Nostro- Rum flagel- latio ultio- nea. Cæterum bimestri duntaxat pretiosissima hæc sacrorum Ossium gaza recondita hæsit in adytis, usque dum efferti, offerique posset publico populorum solatio, & multiplici ad animi, & corporis salutem, emolumento. Nemque absoluta jam, atque ad perfectionem perducta erant omnia, quæ ad Basilicæ DEO, sanctoque Michaëli consecrandæ non structuram tantummodo desiderares, sed exornationem quoque magnifi- cam profectò, quam, quisquis omnem contemplatus fuerit, in Germania saltē inveniri haud affirmabit, quæ Guilielmus sic perficienda destinaverat, ut nihil jam deesset, quin ipsa solemnis Dedicatio, et quā tam sancta simul, & stupenda moles digna erat, celebritate, pompaque longè ma- ximā institueretur.

575. Templo sancti Mi- chaëlis De- dicatio. 576. Architec- to- nica templi describitur. Atque ante omnia ipsa Basilicæ facies, quanta quanta ad summum secti fastigium eminet, foris aspectantibus magnificam deli fabricæ Maj- state

Digitized by Google

state ideam, conceptumque ingenerat Intra antepagmenta marmorea,
 & his præstructas pariter ex rubro marmore columnas geminæ stant sub- 577.
 limes portæ bipalentibus valvis, ternis gradibus marmoratis superpositæ,
 inter has intercapedinem medianam occupat prægrandis ære Corinthio
 fusa effigies sancti Michaëlis, Luciferum pedibus subiectum lanceâ trans-
 verberantis cum subiectis, pariter ære fusis, Ducum Bojariæ insignibus,
 aurei Velleris torque incinctis. Supra columnas, portis ex utroque late-
 re adstructas, triplici ordine, trinæ velutizonæ, quarum semper una est
 alterâ contrâctior, totam frontem percurrent, his sedecim admodum
 conspicuæ molis vivo de laxo sculptæ insistunt statuæ, Cæsarum partim,
 partim Bojariæ Principum eclipsæ, supra quas magnitudine eminens
 spectatur Christi Servatoris deauratum mundi globum tenentis ex cupro
 malleata imago. Interiecti zonis plusquam palmares characteres hanç
 ternis duobus inscriptionem efformant;

Exterior
Templi fa-
cies.

DEO OPT: MAX: SAC.

In Memoriam D. Michaëlis Arch-Angeli

*Dedicari curavit Guilielmus Comes Palatinus Rheni,
 utriusque Bavaria Dux.*

PATRONUS & FUNDATOR.

Jam vix, cùm templum subire incipies, ac primum in limine gressum 578.
 figes, ab imis foribus ad summam usque Aram, murumque ipsum, Forma
 qui Aram simul, ac templum terminat, totius ædificij miranda ampli-
 tudo, ac Majestas unico obtutu sece conspiciendam offeret; nam &
 quamplurima fenestrarum ex vitro præaltarum series clarissimam lucem
 spectanti præbet, & nulla, non ara modo, sed ne columna quidem,
 visum intercipit: quod qui experimento comprobant, ceu miraculum
 Architectonices obstupecunt, ob longitudinem scilicet, latitudinem,
 altitudinem templi: nam longitudo quidem pedes ducentos octoginta
 quatuor, latitudo centenos quatuordecim comprehendit. Sola pars
 templi anterior, quam, cùm in describenda Ecclesia versemur, Eccle-
 siastico etiam vocabulo *Cborum* appellamus, longa est pedes octogin-
 ta, lata quatuor, & quinquagenos cum semisse: quæ *Navis* dicitur, lon-
 gitudine centenos nonaginta unum, latitudine septuagenos explet. Tam
 longè procurrentibus, tam latè inter se disjunctis parietibus, iisque
 saepius per interiectas pergulas separatis, unus tractu continuo, & quod
 mireris, nusquam interrupto, superstructus est fornix, atque à pavimen-
 to ad pedum usque centenorum altitudinem eductus cui firmando, ita
 quidem, ut vel hodie haud dum rimula appareat, utque, ne ex latere vi
 superimpositæ testudinis extrudantur parietes, crassos forinsecus muris
 coctili lapide, quo & cæteri in templo universè constant, apposuerunt ti-
 bicines, zonam denique ex eodem lapide tricubitalem, quæ teq[ue]um
 levare incipit, præstruxerunt, post quam ipsam tantum est reliquit
 spatij, ut commodè teatrum omne circuiri possit, si quando aut quid-
 piam reparandi, aut avertendi infortunium, sit necessitas; unde restin- 580.
 guendis præcipue incendijs ingentes ex cupro urnæ octonæ perpetim a. 579.
 quis plenæ, idoneis locis manent dispositæ. De alijs, quæ ad Principalia
 ædificia addi solent, nil putem, utpote cogitanti obvijs, explicatu opus
 esse. Unum adhuc memoramus, tam vastæ, ob artificium, solidi-
 tatem, studiosam in futuros casus provisionem admirandæ molis archi-
 tectorum gerentem.

Fornicis u-
nici miran-
da altitudo.
ac latitudo,

Architecta
Simon
Hiendl Col-
legij sumit
Rector, &
Andreas
Gundelfin-

teatos fuisse præcipuos, ex Nostris quidem Simonem Hiendelium, quem simul Sacerdotem, & quidem Collegij Monacensis Rectorem fuisse aliquando diximus; & qui de externis adjunctus est, Andream Gundelfingerum.

581. Utinam non nisi peritissimos delegit Guilielmus, qui Deo con-
gruam, quantum humanæ vires sinebant, ædificarent domum, ita qui
Crucis æ- eandem æquæ convenienti ornatu divitem, speciosamque redderent,
rose descri- ex omni Germania, atque ipsa Italia conquisivit Aurifices, plas-
ptio tatores, Phrygiones celeberrimos. Noveū tunc erēcta stabant Altaria, quibus, secutis post annis, tria fuerunt addita: unum, idque Summum Chori supremam faciem occupat, ad quod per septem gradus marmoreos, quorum singuli quinquaginta quinqüe pedes latitudine, altitudine universè tredecim explent, quasi ad tribunal quoddam ascen- ditur & à gradu quidem septimo ad statuam Angeli septempedalem ex Metallo fusam, à cuius versus Aram Summam prospexitantis tergo, æquali inter Chori parietes spatio, visendum opus assurgit: Crux neim- pe admodum alta suppositæ basi Golgotham repræsentanti imposita cum affixo Servatoris è Crucis pendens simulacro, ad cuius pedes ad genicu- lantis Mariæ Magdalæ statua cernitur cum duobus Angelis, Suppliciorum, quæ Christus Crucifixus pertulit, instrumenta præferentibus. Singula horum magnitudine, arte, materiam, spectatu sunt digna. Crux, quam di- ximus, tota, quam longa, lataque est, ebeno obducta, cæteræ ima- gines ære Corinthiaco fusæ. Quæ subinde in tempi ad crucis formam decussati navim descendit, brachijs atrinque in latum procurrentibus aræ geminæ primitus erant appositæ: hæc Divinissimæ Triadis: illa Di- vinissimi Nominis Iesu adorationi sacra, quibus postea ternæ, ut mo- dò innuebamus, aliæ accesserant, Divi una hinc Ignatij, altera Fran- cisci Xaverij nomine insignia, tertia intermedia, atque ad stylobatam in memoratæ Crucis locata, cæteris duabus humilior, ne conspectum vi- delicet Crucis, summaque Altaris impedit, Sanctorum hæc Cosmæ, ac Damiani Capita, Osaque gemmis, & unionibus circumvincta, & soli- dis ex auro coronis tecta continet, eaque intra Gothicæ facturæ cistam argenteam, ac pellucida vitra, globosque pomii magnitudine, formâ- que, ex pretioso lapide rutilantes, circumfusis veneroribus exhibent. Commodatas accepit ex Principum Aula Ædes nostra honorabiles hæ- ce Exuvias, ut ampliore interea cultu, & Deus, & Sancti, quorum Os- fa tam magnifico Dominus custodit receptaculo, affiantur.

582.
Altarium
trium abu-
laspinxit
Joannes
Schwarzius

Præter has Aras senæ statutæ sunt aliæ, diversis Cælitum honori- bus dicatæ per totidem Sacella, quæ utrinque à Navis terminatione pedes viginti duos cum sua singulis impositâ peculiari testudine intror- sum recedunt. Ex duodecim Altaribus ternæ columnis ex nativo mar- more, cætera factio assurgunt. Summum ex ligno quidem, sed ca- arte, quæ, materiam, si vel marmoream fingas, antecellat: peritissimi hanc sculptores, & arcularij statuerunt. Tabulam hujus Altaris, quæ Michaëlis Militiaæ cælestis Archistrategum, Dei Trini & Unius jussu Luci- ferum cum rebellibus assecjis è Cælo ad flammivomos inferorum puteos dejicientis effigiem objectat, Joannes Schwarzius expinxit, quem suo ævo Europa Appellem habuit. Par artificium idem Joannes in gemi- no, quod suprà nominavimus, sanctissimæ Trinitatis, ac Nominis Ie- su Altari, admirabili penicillo posteritati reliquit. Quæ in cæteris per Sacella Aris tabulæ prostant, à Petro Candido, ex Italia accito, sunt effor-

efformatae. Is, quamquam se Schwarzio penicilli ducendi primas con-
cedere fateretur, dubium tamen reliquit, an haud illi praferendus es. Cætero.
set ex eo, quod quam insignis pictor, tam artificiosus simuloplastes erat. rum Petrus
Candidus
Italus, idem.
que artifi-
ciosissimus
Plastes.
ab hoc consecutum fuit proplasma ad statuam sancti Michaëlis, quam
ante templi fores collocatam suprà admirati sumus. ab eodem
sunt Angelorum, Sanctorumque imagines, quas stupenda plastices pro-
digia dicas, sex pedum altitudine: hexagonis plures duplicatâ serie per
templi ambitum serè ad tholum usque conchatas intra cellulas sunt re-
positæ. Pavimentum denique universum rubro, alboque resplendens,
in armore tessellatum est.

Cætera Architectonices in Basilicis effingi solita vel parerga arti-
ficiosa facta, vel ornamenta non adduco, ut ad majora, sanctoraque Sacrificio-
rum Multi-
tudo. Maje-
stas & de-
cor.
memoranda properem. Studij, quo decorem Domus Dei à se diligi-
ostendit Fundator, summam in eo potissimum collocavit, ut Divina Sa-
crafficia, & quæ his comitari solent, facerrimo, augustissimoque perpe-
trari possent apparatu. Hinc est, quod ad Missæ, ac Vesperarum So-
lemnia, quoties Rituales libri ita statuunt, sua Diacono, Subdiacono, Cerimo-
niarū Magistro stata stipendia, sua Ministris ad Aram, quotcunque opus foret,
parata sint cum Tunicis decora amicula. Musicorum integra serè numera-
tur Centuria: his maximam partem illorum præcipue, quorum voces, ac in-
strumenta omnis generis resonant, in Seminario sancti Gregorij habi-
tatio datur, & victus, extra illud degentibus certum salaryum. Jam
quid de Altarium exornatione, Sacrificantum pretiosissimo, multiplicique
amictu, parietum aulæis, de illorum auro, argento, ebeno, marga-
ritis, gemmisque afferam? decem adsunt Divorum Corpora, unde viginti Ca-
pita, Olfa, & Reliquæ plurimorum pretiosissimis variæ formæ lipsancthecis
insertæ, Calices item aurei, argentei, materiæ ejusdem candelabra, tabu-
læ, Crucis simulacra, ipsa etiam tintinnabula, & etiunctoria eo numero, ut
suo quæque Altari, Sacelloq; peculiariter exornando sint assignata. Factum
hinc est, ut plurima ad templi splendorem augendum incredibili Principiis
Guilielmi, ac Renatae Conjugis munificentia tunc jam superessent, cùm ip-
sa Dedicationis celebritas esset instituenda. Accessere quidem supelle-
cilia sacræ, quam adeò largiter, ut hucusq; dictum, ac opulentè pro ipsa Confe-
rationis pompa, immenso ære suo, exponendam curarunt Principes, conse-
cutis æstatibus etiam aliorum liberalitate incrementa. Sed hoc ipsum
inter maxima beneficia gratissimo animo ad imminortalem Fundatoris
laudem referendum est, quod ipsius tam profusa in Deum, Deique
Angelos liberalitas plurimorum ad hodierna tempora omnis conditio-
nis pias animas ad imitationem excitârit, ut interea sacræ Ædis The-
saurus vario ornato facile centies mille florenorum pretio amplius quam
à principio fuerat, locupletetur. Quæ omnia, uti benignissimum Numen
intrâ meritorum, quæ ex hac magnificientia consurgunt, rationaria col-
ligit, atque is, quem supra omnes animas suscipiendas Deus consti-
tuit, ad pondus patrocinij munificis clientibus præstandi augendum, in
bilancem suam reponit, ita Guilielmo haud dubie è Cælo aspectanti no-
vas semper gaudij, ac beatitatis accessiones superaddunt.

Cæterum, ut quæ tam incredibili impensa congregarat Dux op-
timus, perpetuari in ævum possent, paucis ante Templi initianta die-
bus, diploma amplissimum condidit, in quod fundos assignavit, ex qui-
bus deinceps, non templi solummodo, sed & Collegij larta tecta, fab-
ricam, supellecilem, ac ante omnia incolas, servandi, sustentandi-
Guilielmi
Principis
ejusque Pi-
li Maximi
liani Litera-
fundationis
pro Templo
& Collegio.

que facultas suppetaret.) Haud omnino sine operæ pretio fore patet; si diploma ipsum, tam, uti scriptum in Collegij tabulario, quam ut prelo expressum in Wigulei Hundij Metropoli Salisburgensi extat, cum Lectore communicetur.

*In Nominē Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis,
DEI Patris & Filij, & Spiritus sancti Amen.*

Nos DEI Gratia GUILIELMUS Comes Pa-
latinus Rheni, Utriusque Bavariæ Dux, literis his
publicis, nostro & Successorum nostrorum no-
mine, ad omnem posteritatem datis, & perpetuam au-
thoritatem habituris declaramus, significamus,
testamur.

586.
Ingens bē- » Cūm Bavariæ Provincia, & carissima patria nostra, ipsaque
neficium » adèò Serenissima Bavariæ Principum Familia, innumera Cæle-
pro Bavaria sti benignitate, & benedictione (quæ utinam perpetua sit) ac-
conservatio » ceperit beneficia, alijs etiam Nationibus propè, ac longius sitis, tam
Religionis » conspicua, ut non dubitent quasi beatam præ multis alijs regionibus
Catholicae » prædicare Bavariam: tūm illud nobis (quâ par est solicitudine, & gra-
» titudine) beneficentiam DEI considerantibus præcipuum videtur,
» quod in una sancta Catholica Religione, circumfrementibus undique
» hæresibus, non solum persistenter divino munere haerens, sed in ea
» etiam Catholica fide tantum profecerit, ut priscæ, & ardentissimæ
» pietatis præclarissima exempla de se, & re ipsa dederit, & fama longè
» latèque sparserit. Atque eadem mens fuit Serenissimorum parentum
» nostrorum, Avi præcipue, atque Patris, qui cum sub ipsa nascentium
» hæresum perniciossima, atque furiosissima initia Rempublicam ge-
» rerent, omnem cogitationem, consilia, potentiam eò converterunt,
» ut à Bavaria hæresin, & aperte sævientem, & miris artibus, ac calli-
» ditate serpentem. arcerent, ijs maximè medijs, quæ cæteris efficacio-

587.
Operam ad » ra, & ab ipso DEO tanquam antidota venenatæ impietatis excitata
hoc contulit. » fuérunt. Inter quæ, & Sedis Apostolici iudicio. & bonorum oin-
cum alijs » nium consensu, fuit Institutum Societatis JESU, quæ tunc primum
etiam So. » cieras JESU, bono Religionis Catholicæ nata esset, & exiguo numero Patres illi
» certatim toto orbé Catholicō expeterentur. Non quievit Serenissi-
» mus Avus noster Guilielmus, quoad aliqui ex paucis illis, & primis
» Societatis Patribus in Bavariam mitterentur, quorum opera priùm
» Ingolstadij in illa celebri Academia nostra, & aduersus novas hæreles
» propugnaculo, usus est, optato cum successu, atque fructu, misi
» quod plures ejusmodi Patres desiderarentur. Quos cum crescente
» mirabiliter ipsa Societate, Serenissimus Parens, noster Albertus ma-
» gno gaudio, &, ut existimabat, magnò emolumento Provinciæ suæ

588.
Cui prior- » naetus esset, non solum Ingolstadij, verùm etiam Monachij habitare,
defundata » & pueris in fide, & literis erudiendis, concionibus habendis, Sacra-
Collegialn- » mentis administrandis, dubijs in fide confirmandis, errantibus redu-
stadij & Mo- » cendis, ipsisque Catholicis ad majorem pietatem inflammmandis, juxta
» Institutum suum vacare voluit: eoque nomine, cùm eventum voto
» respondere animadverteret, utrobius de Collegijs liberaliter, & ma-
» gnificè

» gnificè fundandis, atque dotandis cogitavit, quemadmodum ex ipsius
 » Serenissimi Parentis nostri foundationis literis, quæ adhuc superfunt,
 » manifestè constat.

» Neque verò satè habuit Serenissimus Pater noster illa Collegia
 » constituere, & munificè dotare, ac fundare, sed etiam, cùm præ-
 » conciperet animo, quanta in posterum Societas in Bavariam suo lau-
 » dabili Instituto bona conferre posset, Nos heredes suos in testamento
 » sanctissimis verbis, & gravissimis obtestationibus paternè hortatus est,
 » atque etiam obligavit, ad eadem Collegia, atque plura etiam, si fieri
 » possit, erigenda, augenda, loctipletanda, atque ita demum consti-
 » tuenda, quemadmodum postulatura videretur necessitas Bavariae,
 » publicumque bonum, merita Societatis, atque etiam præcipue noster
 » peculiaris, & quasi hereditarius in Societatem, & Catholicam Reli-
 » gionem affectus.

» Nos igitur DEI Gratia Guilielmus, Comes Palatinus Rheni, utri Monacensis
 » usque Bavariae Dux, exemplò Serenissimorum Majorum nostrorum, Templi edir-
 » & in primis ultimâ, sanctissimâque voluntate, & obtestatione Serenissi-
 » simi Patris nostri Alberti, singulari quoque erga Societatis Institutum
 » propensione permoti oculos, animumque in labores, ac ministeria Pa-
 » trum diligenter intendimus; ac, cùm manifestè videremus, fructum
 » operæ Societatis hic Monachij propter celebritatem Aulæ nostræ, &
 » propter frequentiam hujus urbis in paucos redundare, quod & pau-
 » ciotes Patres hic essent, quam qui tantæ multitudini erudiendæ, &
 » spiritualibus auxilijs juvandæ sufficerent, quodque neque templum
 » ministerijs Societatis exercendis satè aptum, aut amplum haberent;
 » de instituendo, atque erigendo novo Collegio, Templo, ac Scho-
 » lis cogitavimus, & cum DEI benignitate jam penè perfecimus,
 » majore quidem, quam Societas pro sua modestia voluisse, magnifi-
 » centia, sed dignâ tamen splendore Familiae nostræ, præsertim cùm
 » velimus hoc extare monumentum perpetuum tum Serenissimorum Pa-
 » rentum nostrorum (quippe ex quorum jussu, ac voluntate hæc coe-
 » pitus) in conservanda Religione Catholica singularis, & ardentissi-
 » mis studijs: atque demum exemplum, & incitamentum posteris nostris,
 » nostram hanc & Majorum nostrorum pietatem, & in Societatem JESU
 » benignitatem imitandi, atque etiam, si fieri potest, augendi.

189.
 Monacensis
 Templi edir-
 ficandi &
 Collegij
 ampliandi
 causa.

390.
 Areæ pro
 novo tem-
 plo, Colle-
 gio, & Scho-
 lis coëmpœ
 descriptio.

» Primum igitur ad hunc finem, & foundationem nostram, locum,
 » ac stationem delegimus, areasque, fundos, domos, & quocunque
 » nomine censi possunt, habitationes, & possessiones, ab earum Do-
 » minis, ac legitimis possessoribus, cum consensu omnium eorum, quo-
 » rum interfuit, nempe Ordinarij, quoad Ecclesiasticas domos, & quo-
 » ad cæteras, etiam Consulum, ac Senatus, huius præcipue civitatis
 » nostræ, legitimè coëmpimus, & nostro pleno, ac proprio dominio
 » subjecimus. Universæ autem hujus areæ ad Collegij Societatis JESU
 » foundationem coëmpæ, & destinatae termini fuerunt: Primus, Do-
 » mus angularis Schöftlariensis Monasterij, quæ ab altera parte publi-
 » cam illam plateam, quam vocant die Neuhauser Gassen / ab altera pla-
 » team Augustinianorum, ut olim, vel ut hodie: des Jesuiter Gasse
 »lein respiciebat, usque ad ultimam eiusdem plateolæ angularem do-
 » mum, quæ item Schöftlariensis Monasterij fuit: & hic secundus ter-
 » minus est, quem nunc turris templi nostri occupat. Tertiò si à supra

„ dicta prima Schöfflarienti domo versus plateam publicam: Die Neu-
 „ hauser Gaffen / recenseas omnia intermedium fundum, qui & in la-
 „ tiore plateae parte, & in angustiore interjacet, usque ad aliam novam
 „ domum angularem ejusdem olim Schöfflarientis Monasterij, à qua in-
 „ cipit plateola, quam vulgo vocant, das Grändl Gaffel / tertius ter-
 „ minus est, hec tertia Schöfflarientis domus, desinens in plateam
 „ quam vulgo Angustam vocant, die eng Gaffen / quartum terminum
 „ constituit, ita ut quidquid intra quatuor illas supradictas plateas inclu-
 „ ditur, id totum ad hunc fundum pertineat.

161.
 Que omnia
 Collegio
 traduntur
 in donum
 cum am-
 plissimis
 exceptio-
 nibus.

„ Omnem igitur hanc aream seu fundum, hortos, seu domos
 „ & possessiones, jam maxima ex parte ædificijs, templo, scholis, Col-
 „ legio, pro Societate Iesu, à nobis occupatas, aut in posterum pro
 „ arbitrio nostro, aut ipsius etiam Societatis commoditate accommo-
 „ dandas, Collegio Societatis Iesu certâ, & deliberata voluntate vâ
 „ harum literarum plenissimo jure donamus, & simul etiam tam areas,
 „ & fundos, quam ædificia, vel à Nobis extructa, vel in posterum à
 „ Societate, intra jam memoratos terminos extruenda, nostro at-
 „ que heredum Successorumque nostrorum nomine, in perpetuum, au-
 „ toritate nostra supremâ, liberamus, atque eximimus ab omnibus
 „ & singulis (quibus aut olim subjecta erant, aut quovis colore, & prætex-
 „ tu in posterum aliquando gravari possent) obligationibus, servitu-
 „ tibus, perpetuis censibus, præstandis vecturis, & operibus gratuitis,
 „ & quibuscumque omnino gravaminibus communibus, atque etiam
 „ privilegiatis, ut vocant, exactionibus & steuris (quamvis forte ab
 „ alijs Religiosis exigerentur) etiam quorumcunque bellorum vel ho-
 „ stium incursionum nomine, sive extra, sive intra nostras ditiones
 „ imponendis. Quam exemptionem, & immunitatem Societati non
 „ solùm, dum vivimus, Ducalibus nostris verbis clementer promit-
 „ timus, sed etiam ad eandem Posteros, ac Successores nostros obli-
 „ gamus. Præterea non solùm pro Majestate sanctissimi Templi, &
 „ magnificæ structuræ totius; sed maximè etiam ad honorem, & dig-
 „ nitarem cultûs Divini à rumoribus, & profanis clamoribus tuendum,
 „ constituimus, ut platea quæ nunc Jesuite, Gaglein / dicitur, prout
 „ jam super ea re cum Priore, & Conventu, debitâ illis compensatone
 „ factâ, legitimè convenimus, & conveniemus, ita dilatetur, ut ab exti-
 „ mo muro, & angulo Templi ipsorum secundum redam lineam usque
 „ ad plateam angustam ducatur murus, ultra, ac supra quem neque
 „ Angustinianis, neque ulli alteri unquam illa ædificia, vel habitationes
 „ ponere, aut struere liceat, jure ædificandi nobis tantum pro bono Pa-
 „ trium, & Templi reservato.

162.
 Prohiben-
 tur iura &
 actus con-
 trarij.

„ Similiter eadem de causa, omni, quâ possumus, potestate Senatui
 „ Monachieni (quamvis modò sponte etiam in Nostri gratiam & Do-
 „ mini in primis honorem, atque ex benevolentia in Societatem, ad
 „ id parato) in futurum tamen præcipimus, ne vel in jam dicta platea,
 „ vel in amplissima area der. Neuhauser (Gaffen) in qua templum S.
 „ Nicolai olim situm fuit, nunc autem in memoriam ejusdem statua nobis
 „ collocata est) ullos mercatus, nundinationes, aut publicos conventus
 „ instituat, aut institui patiatur, ne tali usu, aut Templi sanctitas profa-
 „ netur, aut scholarum, ac docentium, & Collegij necessaria, ac decens
 „ quies interturbetur. Volumus enim omnino, ac cum magna cura pro-
 „ videre cupimus, ne Patres Societatis vel extra, vel intra muros Tem-
 „ pli

„ pli Scholarum, aut Collegij sui, in suo religioso Instituto, functionibus,
 „ ac disciplinâ quoquo modo impedianter. Quâ de re quoque, & Poste-
 „ ris nostris, ac hæredibus, & Senatu urbis nostræ Monachiensis, serio
 „ prohibemus, ne permittant, ut quisquam extraneus, vel Ecclesiasti-
 „ cus, vel secularis, cujuscunque ordinis, ac dignitatis, in Templo Socie-
 „ tatis, aut ejus Sacellis, vel circa rationem cultûs divini, quicquam atten-
 „ tet, aut sibi sumat contrà, aut sine voluntate, ac libero consensu Patrum
 „ Societatis. Multò minùs, ne præter Superiores Societatis, quisquam
 „ quicquam sibi juris arroget, in scholas Societatis jam antè à Nobis Du-
 „ calibus nostris privilegijs donatas. Quin etiam cùm hospitalitatis spe-
 „ cies magna sæpe religiosis Congregationibus afferat, ne quid gravius
 „ dicamus, incommoda, & cùm Societatis præcipue munieribus, ac
 „ occupationibus consistere non posse, ne à laboribus suis, & mini-
 „ sterijs Patres impedianter, serio cautum volumus, ne ullo titulo aut
 „ prætextu (ne laxitatis quidem, aut amplitudinis Collegij) vel Po-
 „ ri nostri, vel Senatus Monachiensis, vel quisquam alijs quocunque
 „ casu, etiam Conventûs Principum, ac Comitiorum, ullos hospites sive
 „ seculares, sive Ecclesiasticos, cujuscunque dignitatis, status, aut con-
 „ ditionis Patribus obrudant; Patrésque ipsos serio monemus, ne ob-
 „ trusos recipient, sed instituto suo, atque, ut solent, saluti animarum
 „ vacent.

593.
Privilegia
sunt perpe-
tua.

„ Præterea volumus, statuimus, decernimus, & mandamus, ut
 „ hæc donatio, atque exemptio, hæc immunitates, ac privilegia, omnia
 „ & singula, harum literarum serie comprehensa non minoris auctori-
 „ tatis sint, quam soleme, & legitimum testamentum, codicillus, vel
 „ quæcunque alia in jure fundata, & legitima voluntas: Nostrosque
 „ etiam hæredes, ac Successores, simul etiam Consules, ac Senatum
 „ hujus civitatis nostræ obligatos volumus, ut hanc nostram donatio-
 „ nem, liberationem, exemptionem, ac immunitates his Societatis JE-
 „ SU fundis, & ædificijs præsentibus, aut futuris concessas, tucantur,
 „ ac defendant, neque à quoquam, seu civi, seu peregrino, Eccle-
 „ siastico, aut seculari impugnari ullo modo patientur, præsertim cùm
 „ Nos adhuc viventes omnibus ijs, quorum aliquid interest, aut inter-
 „ fuit, plenè satisfieri curaverimus, & curatur simus.

594.
Speciatur
in his pro-
dæ ratio
conservan-
di institu-
tum Socie-
tatis.

„ Porrò quod ad ipsam fundationem hujus Monachiensis Collegij
 „ Societatis JESU attinet, cùm eam ad Dei in primis gloriam, & Catho-
 „ licæ Religionis amplificationem, atque argumentum, ad utilitatem, ac
 „ & in primis hujus primariae urbis nostræ, secundum mentem, ac
 „ voluntatem, exemplumque Majorum nostrorum, ut supra memora-
 „ tum est, potissimum instituamus, diligenti, ac matura deliberatio-
 „ ne elaboravimus, ut in hoc negotio perpetuitati maxime tam lauda-
 „ bilis operis consuleremus. Et probè Societatis instituto considerato,
 „ in eam venimus sententiam, tanto hanc fundationem nostram ma-
 „ gis stabilem, ac æternam fore, quanto magis ipsius Societatis insi-
 „ tuto (judicio Sapientum, perfecto & absoluto) ejusque optimis,
 „ sanctissimisque Constitutionibus conformaretur.

„ Quocirca in hac singulari fundatione nostra id solum spectamus;
 „ optamus, ac speramus, atque à Societate unicè petimus, ut pro
 „ incremento fundationis nostræ, atque dotationis hujus Collegij, quam
 „ infrâ explicabimus, & numerus Operariorum, & multiplex corum

597.
 Ut iuxta id „ labor, atque quod de Dei bonitate sperandum, consequenter quo-
 cum labore „ que ipse fructus, magis etiam, quam haec tenus augescat, utque tan-
 semper fru- „ to plures ex Societate sint, qui juxta Instituti sui rationem & leges,
 quis crescat. „ sponte, atque liberè, gratisque sine ulla remuneratione, aut merce-
 „ de in templis, scholis, nosocomijs, carceribus, domi, forisque pub-
 licè, aut privatim, inter Catholicos, & haereticos, apud summos,
 „ & infimos, cujuscunque ætatis, & conditionis homines, saluti, &
 „ utilitati animarum invigilent, quemadmodum jam à tenui exordio
 „ hujus Collegij hucusque diligenter fecerunt.

„ Nam secundum necessitatem semper crescentis messis animarum,
 „ & secundum dignitatem, ac frequentiam hujus urbis, à Patribus So-
 „ cietatis in Templo suo, & Aula rostra piz, ac doctæ conciones sunt
 „ habitæ, varijs, ac multis in locis hujus urbis, & foris in pagis rudes,
 „ ac pueri præsertim, in doctrina Christiana instituti, haeretici plurimi
 „ Ecclesiæ conciliati, Catholici confirmati, omnis generis spiritualia
 „ auxilia, sanis, & morbidis, liberis & captivis, ætate, ac conditione
 „ magnis, parvisque præstata, conscientiæ Casibus responsum, in Mis-
 „ sionibus quoque, quantum fieri potuit, extra hanc urbem elaboratum,
 „ omnis generis ordinum, sexus, ac Nationum Confessiones excep-
 „ tæ, dederuntque operam Superiores Societatis, ut aptos, atque ido-
 „ neos, & numero quoque sufficentes, ut res haec tenus tulit, Ope-
 „ rarios ad Domini in primis gloriam, tum etiam in Serenissimum Pa-
 „ rentum nostrorum, & nostram quoque gratiam, atque etiam / ut ex-
 „ perti sumus, consolationem, & utilitatem, animarumque præcipue
 „ salutem huc destinarent. Præterea celeberrimo hujus urbis nostræ
 „ Gymnasio, magno, & manifesto totius Provinciæ bono, Societas
 „ Præceptores providit, qui teneræ ætatis cum ipsis literarum rudimen-
 „ tis pietatem, ac virtutem instillarent, atque per suas classes eò usque
 „ informarent, quoad absolutis hic Rheticæ, & Dialecticæ studijs,
 „ cum laude ad superiores facultates in alias Academias se conferre
 „ possent: vel etiam qui Sacris initiari vellent, hic auditis conscientiæ
 „ Casibus, quantum fatis esset, ad Sacerdotij summum gradum in-
 „ struerentur, ut cum gudio experti sumus, hoc Gymnasium non
 „ solum Academiarum, & eruditorum Virorum, sed etiam Sacerdo-
 „ tum honestorum, ac Doctorum Seminarium haec tenus suisse.

„ Quæ omnia idcirco commemoramus, ut testatum faciamus,
 „ Nos labores venerandæ Societatis agnoscimus haec tenus, & suo meri-
 „ to estimare, etsi verò scimus, Societati graviter interdictam esse,
 „ ne pro præstandis suis ministerijs spiritualibus, aliisque quibusvis piz
 „ operibus, seu officijs, sicut neque pro Theologicis ullis, atque Ca-
 „ sacrum conscientiæ prælectionibus, ullam temporalem obligationem,
 „ ac ne Eleemosynæ quidem nomine, atque adeò, ne à Fundatoribus
 „ quidem suis petere, vel admittere possit; sed hæc omnia pro viribus,
 „ atque ex propria conscientia obire teneatur, solius caritatis, siue
 „ Instituti lege, & obligatione, quæ maxima est, & quidem gratis, at-
 „ que ad solius Dei honorem, & obsequium, salutemque animarum,
 „ denique grato erga Fundatores animo, sicut ubique gentium, apud
 „ quas residet, haec tenus experientia, & abundantia fructu teste, ma-
 „ gnâ fide, & constanti conatu re ipsa præstitit; Nihilominus hac no-
 „ stra nova fundatione hoc spectamus Nos, hocque à veneranda So-
 „ cietate expectamus, ut in omnibus memoratis suis functionibus,

„ secundum leges, & obligationes proprias (quibus alias nostras superaddere, minimè intendimus, neque in universa hac nostra foundatione, omnibusque ejus clausulis quidquam præjudicatum esse voluntus) sanctum institutum suum salvum, & inviolatum teneat, & prosequatur: simul tamen plurimum desideramus, ut omni cura, quantum potest, providere studeat, ut pro celebritate hujus urbis, ipsiusque Templi Societatis amplitudine non desint idonei Catechistæ, Confessarij, Concionatores, & qui reliquis consuetis ministerijs recte, ac fructuosè fungantur, utque scholarum frequentia, ac magnificencia Professorum, ac Magistrorum respondeat numerus, doctrina, & industria, tum ipsius Collegij laxitati, & splendori accedat illud ornamentum eruditorum, ac Religiosorum hominum, qui ex more Societatis lucrificiendis Christo, atque Ecclesiæ animabus insistant; atque hoc à Societate liberiùs requiri mus, & fidentiùs Nobis pollicemur, quod ejus fidem, ac gratum animum erga suos benefactores experientiam jam noverimus. Quando autem inter multos Operarios, alij viribus, alij morbis, alij laboribus, alij ætate demum franguntur, ut sint, qui aut fessis, aut mortuis, in perpetuum in Vinea Domini succedant, volumus, ac instituimus, ut, quoniam huic tanto Agro colendo aliunde subsidia necessaria, & sufficientia sparseri nequeant, ipsum hoc Collegium habeat idoneorum ad Ministeria Societatis hominum Seminarium ad sui perpetuitatem sibi sufficiens. Quemadmodum ipsius etiam Societatis decreta cognovimus statuisse, ad perfectam istiusmodi perpetuo duraturi Collegij rationem pertinere, ut Seminarium aliquot sui Ordinis personarum studentium, quotquot præter necessarios Collegij Officiales, & Operarios assignatis, redditibus commode tandem ali poterunt, in eodem Collegio instituatur.

„ Ad hunc igitur effectum ex causis sèpè memoratis egimus cum sanctissimo Domino nostro CLEMENTE VIII., ut Monasterium S. Sebastiani in Ebersberg (quod alioqui jam à multis annis, justis de causis aut tantum, aut alicui alteri, vel Monasterio, vel Ordini incorporandum esse, virorum bonorum, & prudentum constans judicium erat) huius Monachensi Collegio, ex quo tanti in Bavariam, & totam Ecclesiam fructus redundarent, auctoritate Apostolicâ uniret, cui petitiori nostræ Sanctissimus (præsertim quod intelligeret, Nos loco hujus Monasterij alia quedam collapsa restauraturos, aliisque modis hanc translationem quasi compensaturos) benignè, ac liberaliter assensit, edito Brevi Apostolico hujus incorporationis sub dato Romæ apud S. Petrum XIII. Kal. Junij anni M. D. X. C. V.

Eberspey-
gense Mo-
nasterium
à Pontifice
summo uni-
tur Collegio
Monacensi.

„ Hujus igitur Monasterij S. Sebastiani in Ebersberg omnia bona, possessiones, & quocunque nomine censeantur, fructus, redditus, emolumenta, cum omnibus juribus, ac pertinentijs, privilegijs, immunitatibus &c. quemadmodum sanctissimus Pontifex Societatis Collegio univit, atque incorporavit, ita etiam Nos ejusdem Sanctissimi Domini Nostri auctoritate, atque etiam pro parte nostra, tanquam Principes, in cuius ditione hoc Monasterium situm est, consentimus, & ad tutelam, atque conservationem factæ unionis nosmetipso, atque Successores nostros vigore præsentium obligamus, atque volumus, decernimus, statuimus, ut hæc unione Patres Societatis in perpetuum gaudeant, sic, ut ex ejus bonis, ac redditibus perfectam ralem Monachij

197. *Vnde spe-* „ secundum Instituti sui rationem ad fines supradictos, Collegii ratio-
rat, septua- „ nem pro bono publico hujus primariae urbis nostrae, ac totius Bavariae
ginta Soci- „ instituant, ejusque Collegij personarum numerus, quoniam progressio
os ali posse. „ temporis paulatim minimum usque ad septuagesimum, sicut etiam
 Patres nobiscum una optant, Nosque futurum speramus, excrescat,

198. *Addimus* „ secundum laudabilem sui instituti moderationem, Monasterij hujus bo-
pro zuſte- „ nis utantur, quibus, tanquam auctarij vice, adjicimus praedium Wa-
rio predi- „ renberg, quod à Theophilo Kumerstat, p. m. relictum, & Doctori
um Waren- „ Adamo Fabro Medico nostro ad vitam pro certa pensione (de qua iam
bergenſe. „ inter ipsum, & Patres convenit) concessum, cum omnibus juribus, &
 pertinentijs affligamus Collegio, & donamus in perpetuum, atque
 hæc omnia sic constituimus, ac sanctimus, nostro & Successorum no-
 strorum nomine, ut ea non solùm rata habeant, sed etiam contra om-
 nes alios quocunque modo ei adversarios defendant, ac tueantur,
 atque Societati JESU fideliter patrocinentur. Quod si forte quip-
 piam de predicti Monasterij bonis, aut juribus, vel etiam privilegijs,
 immunitatibus, exemptionibus, vel per negligentiam, & indulgen-
 tiām veterum incolarum, aut quocunque alio non legitimo, vel ti-
 tulo vel contractu, quomodocunque violatum, aut alienatum esset,
 id, aut vivi curabimus in integrum restitui, aut si forte vivi non posse-
 mus, vel post mortem nostram aliqua ejusmodi causa existeret, Suc-
 cessores nostros sèpè memoratos, omni, quā possimus obtestatione,
 monemus, ac obligamus, ut Societatis JESU Patribus ad recuperan-
 dum omne jūs suum, favorem, consilium, auxiliūque pro summa
 potestate praestent; Idque faciendum est Nobis, Posterisque nostris
 tanto liberalius, quod Societas pro tam numero Collegerio, quam
 hoc erit Monacense, frugaliter alendo, redditibus hujus Monasterij,
 qui antea vix paucis sufficiebant, contenta sit, cum etiam post dili-
 gentem rationem ultro, citroque per peritos inspectionem, atque exa-
 men deprehensum sit, ultra septena millia florenorum pretium omni-
 um bonorum, ac fructuum hujus Monasterij non ascendere, aut ma-
 joris aestimari certò, ac evidenter posse, nisi fidos, & industrios ad-
 modum colonos (quales vix reperire est) habeant, aut ipsi Patres per
 se ipsos huic curæ attendant, quod neque fieri semper potest, nec
 debet.

„ Quin etiam de nostræ Provinciæ statibus, quibus Patres Societatis,
 „ sive ratione hujus Monasterij, sive aliorum quorumcunque bonorum,
 „ quoad omnia privilegia (atque nominatim cum hoc speciali, ut ab
 „ omnibus personalibus oneribus, ne in sua Vocazione impedianter, li-
 „ beri sint) annumerantur, speramus, ac monemus, ut tam reliqui
 „ Provinciæ nostræ Status, quam eorundem administrari, Societatem,
 „ quemadmodum haec tenus; ita semper amore, & favore complectan-
 tur; nec dubitamus, quin eosdem sibi Societas omnibus vicissim offi-
 cijs suo Ordini consentaneis, uti haec tenus, sit demeritura.

„ Porro cum idem Monasterium S. Sebastiani in Ebersberg, & insi-
 gni Templo, ac plurimis, ac nobilissimis Reliquijs Sanctorum, pre-
 tiosis thecis inclusis, in primis autem Sacro S. Sebastiani Martyris Cra-
 nio, atque propterea etiam frequenti peregrinorum concurso sit ce-
 leberrimum: hortamur hujus Collegij nostri Patres, ut quod ubique
 sponte, & cum laude faciunt, hic quoque non negligant, sed promo-

» re

„ re suo diligenter current, ut & Templi cultus exterior, & Divina secundum Institutionum Societatis Officia, ac Ministeria sacra, sive per ipsos, cum illic habitabunt Patres, sive per alios Idoneos Sacerdotes peragantur: Atque adeo optamus, ac rogamus, ut celebritas illius loci Patrum industria, manifesta sumat incrementa; Eodemque nomine Reliquias, & clinodia ejus loci, quemadmodum quoque placet, ipsis Patribus, nolumus aliò transferri.

„ Ad eandem fundationem nostram omnibus numeris absolvendam 599
 „ Templum ædificari curavimus amplum, in memoriam D. Michaëlis Templum
 „ Archangeli. Non solum autem ipsum Templum statuis, atque em- S. Michaëlis
 „ blematis exornavimus, sed etiam singula Sacella singulis Altaribus, cum toto
 „ Altaria paramentis, sericis, & Attalicis sacris vestibus, omnique ad ornatu ei-
 „ Sacrificia, & cultum Divinum supellectili sacrâ, & necessariâ, argen- dem dona-
 „ teâ etiam, & aureâ instruximus: præterea Sanctorum Reliquias præ-
 „ stantissimas, magno numero, diversissimis ex Sacris locis, atque Ro-
 „ mâ præcipue petitas, & impetratas, magnâque religione, & certis, munus Colle-
 „ atque indubitatis testimonij huc advenetas, collegimus, & aureis, ar-
 „ genteisque thecis in usum hujus Templi inclusimus. Atque ita de-
 „ dum ex omni parte hoc Templum, quæque ad eius cultum spectant,
 „ instituimus, ut Posteris nostris manifesta documenta daremus, Nobis
 „ in hac vita nil magis cordi fuisse, quam decorum Domûs DEI; qui
 „ cum illustrior fiat præcipue sacro illo cultu, ac ministerijs, eo no-
 „ mine liberalius, ac munificentius Collegium hoc dotavimus, ut eò
 „ plures essent ex Societate, qui concionando, ac exhortando popu-
 „ lum, audiendâ frequenti (cui quodvis Templum hoc nostro angustius capieret & vix sufficeret) multitudine Confidentium, eademque
 „ sacratissimo Christi Corpore pascendâ, creberemusque, ac perpetuus
 „ Sacrificijs DEO (Bavarie præcipue, ac Familiæ nostræ, ut speramus,) 600.
 „ placando invigilare possent. In eodem Templo nostro S. Michaëlis tñà
 „ cum carissima, & Serenissima Conjuge nostra Renata (fanquam In quo del-
 „ non solum vitæ nostræ, sed etiam fundationis hujus, & amoris, ac gimus se-
 „ beneficentia in Societatem consorte benignissima) sepulturam no- puluram,
 „ stram statuimus, & quamvis Societatem pro laudabili suo Instituto er- & anniver-
 „ ga Fundatores, suos tam vivos, quam defunctos, gratissimam agno- sarium ha-
 „ verimus, tamèn, quia etiam pro Nobis, ac Conjuge nostra post obitum bitum iri
 „ Justa fieri volumus, etiam anniversaria, rogamus, ac speramus fore, confidimus.
 „ ut Patres, & simul omnes, & pro sua quisque in Benefactores, &
 „ Fundatores privata pietate, votis nostris ut satisfiat, diligenter sint cona-
 „ turi, & quoad fieri potest, ea etiam superaturi.

„ Nos vero eidem Collegio huic Monachienſi Patrum Societatis JE-
 „ SU, Templum hoc nostrum S. Michaëlis, cum omnibus fixis, ac mo-
 „ bilibus ornamentijs, paramentis, tapetibus, sacris ad quemcunque
 „ usum Templi vestibus, aureâ & argenteâ omni supellectile, omnibus
 „ Reliquijs, earumque thecis, cimelijs, clinodijs, quomodo cunque
 „ fabrefactis, in perpetuum assignamus. & tanquam proprium dica-
 „ mus, & donamus, ita, ut ea omnia in usum duntaxat Templi conser-
 „ vare, & ad Divinum cultum adhibere debeant, neque quisquam alias
 „ quocunque nomine, aut titulo, sibi ullum de ijs ordinandi, aut dispo-
 „ nendi, vel Patres in suo modo, ac Instituto impediendus sumat: at-
 „ que hoc tanto confidentius facimus, quod sciamus primo Patres suis
 Histor. Prov. Cerm. Sup. f. Tom. II. Dec. VI. T. le-

„ legibus, ac Constitutionibus prohiberi, ne quicquam ex sacra cuiusque sui Templi supellecstile alienaret; Hortamur tamen, & omnino cupimus, ut, quod sponte, vi Instituti sui, in nostram quoque gratiam faciant, neque quicquam ex hoc thesauro, quocunque titulo, quacunquaque auctoritate, aut potestate, etiam Successorum nostrorum Principum Bavariæ, auferri, vel alienari ullo modo permittant. Deinde, cum Societas inter cætera bona, quæ fecit, hominibus persuaserit, & exemplo suo incitârit, ad sacrâ Tempora exornanda, & munditer, atque etiam, ubi res est, decenter, atque honorificè servandam, & augendam sacram supellecstile, multo meliore Nobis jure, hoc de Partibus promittimus, in conservanda, & reparanda, & ornanda sacrâ suoellecstile, & thesauro omni hujus templi tam pretioso; præsertim, cum in Societate usitatæ sint tam frequentes visitationes Superiorum, in quibus diligentissimè ratio habetur eorum, quæ ad Tempulum, & Res Sacras pertinent. Quoniam verò ad hujus tam magnifici Templi, atque cultûs, & cantûs, tum etiam ad sarta tecta ipsorum ædificiorum sacrorum, & præsertim ad conservationem, reparationem, & pro dignitate exornationem sacrarum vestium, & supellecstilis sacræ præter industriam, ac magnum laborem eorum, qui Sacristiz præsunt, & serviant, (quos idoneos semper ex suo numero constituet Societas) magni etiam sumptus requiruntur; ut magnificientiaz ædificij & sacri apparatus, cætera respondeant, ad ipsius Templi fundationem, sartorum tectorum, Musicæ, cultûs Divini, & sacræ supellecstilis in primis conservationem, assignamus quoque Partibus, & donamus annuos redditus, primum duorum millium sexcentorum septuaginta quinque florenorum, quos recipiant quotannis à Camera nostra Provinciali, ex censu legitimo decimationum, quæ ad eundem inem Collegiorum, & Seminariorum Societatis erigendorum Majoribus nostris à sancta Sede Apostolica benignè concessæ sunt. Deinde ad eundem Templi usum destinamus ex hereditate Theophili Kummerstat p. m. bona, & decimas in Ailing, & Edenhausen prope oppidum nostrum Aichen, (ex quibus indubitate tria millia florenorum confici possunt) ita ut teneatur Societas, vel horum bonorum fructus ipsos cum censu illo Templo, ac sartis tectoris applicare, vel ex iisdem fructibus, ac censu eodem, pecuniâ confidere annuam trium millium florenorum: quam summam volumus esse plenam, atque perfectam hujus Templi nostri fundationem, sic tamen, ut ex eadem sarta tecta non solum Templi, sed Collegij quoque, ac Scholarum, conserventur, ex eademque expensæ illæ Scholasticæ solvantur, quas Societas suo more laudabilis ad juventutem excitandam adhibere solet; quodsi quid aliquando superesse videatur, id ad futuros calus majorum sumptuum reservetur.

602.
In quem finem affig-namus certos fundos annexos.

„ Atque ut tandem has foundationis nostræ literas concludamus, primum Patres Societatis hortamur, & rogamus, ut, quod alioquin sponte, & paratissimi præstant, hanc Foundationem nostram, ac voluntatem superiorius fusæ explicatam, eadem fide, & diligentia, quam haec tenus, in perpetuum, quoad omnia, exsequantur, potissimum autem (qui finis totius hujus Foundationis est) in Catholicæ Religione hac in civitate, ac tota Bavaria amplificanda, docendis parvulis, ac rudibus, convertendis hereticis, confirmandis dubijs, peccatoribus ad poenitentiam permovendis, cæterisque Instituti lui offi-

cijs

„ Cis ubique & quibuscumque occasionibus, verbo, atque exemplo exercendi, præsertim autem (quod facere eos non ambigimus) pro nostra & nostrorum Successorum felici gubernatione, totiusque Familia Bavaricæ prosperitate, Deum votis, meritis, Sacrificiisque assidue deprecando, atque etiam toti Provinciæ nostræ placatum reddendo. Quæ quidem omnia tanto ardenter Patres Societatis facturos speramus, quanto nostram in se majorem agnoscunt benevolentiam, quâ non solum commodis, ac bonis externis, sed etiam quieti, ac peculiari ejus Instituti rationi, atque libertati consultum unicè cupimus, & conati semper sumus: ad quam etiam pertinere arbitramur, ut, si qui forte reperti fuerint, qui à Societate sponte absque Superiorum legitima facultate discesserint, nullis in locis provinciæ nostræ tolerentur, sed potius, si id à Nobis, Successoribus, ac hæredibus, aut ordinariis judicibus nostris Societas petiverit, severâ animadversione puniantur, ne impunitatis exempla Societati aliquid detrimentum afferant. Deinde, quod ad hanc totam Foundationem attinet, id (quod vitandi fastidij, & prolixitatis causâ) repetere in singulis capitibus non libuit, hic universim etiam de singulis, quæ in his literis comprehenduntur, auctoritate nostrâ, & fide summâ, tanquam in conspectu Dei, protestamur, nos quoniam, & singula hujus Fundationis capita ad Dei gloriam, Ecclesiæ augmentum, nostram consolationem, & totius provinciæ utilitatem sic constituisse, & quidem maturo, non nostro solum, sed aliorum etiam prudentum, & Patriæ, ac Catholicæ Religionis amantium consilio, & certâ, ac diuturna deliberatione. Quâ conscientiâ & mente freti, liberiùs & fidentiùs hanc omnem nostram Fundationem, donationem, & quicquid demum his literis expressum est, fecimus, ac stabilivimus, non solum nostro, sed etiam omnium Posterorum, ac Successorum nomine, quos eosdem liberos, atque Successores nostros, atque etiam omnes eos, cujuscunque statûs, ad quos hujus nostræ Fundationis quocunque modo pertinebit, executio, per amorem, exempla, ac merita Majorum nostrorum, per honorem, ac gloriam totius Familiæ, ac Domus Bavaricæ, per caritatem dulcissimæ Patriæ, ac Provinciæ nostræ, per quicquid cuique potest esse carissimum, per misericordiam omnipotentis Dei, per illud extremum, ac terriblem iudicium, aut, si quæ alia potest esse major, & efficacior obtestatio, obtestamur, adjuramus, ut hanc nostram Fundationem, institutionem, donationem, assignationem, applicationem, concessionem, exemptionem, quæque in his literis continentur, universa & singula, minima, atque maxima, inviolata manere, per se, sive quæ eâ fide, & conscientiâ current, tanquam, de qua coram æterni Judicis Tribunal, Nobis severè poscentibus rationem reddituri.

„ Præterea obligatos volumus eosdem Posteros nostros, ut Patribus, ad jus suum retinendum requisiti, omni ope, atque auxilio assistant, quo absque cujusquam, quacunque dignitate fulgeat, interpellatione, ne, aut impedimento liberè secundum suum Institutum, primum omnibus sui Ordinis privilegijs, tam ijs, quæ vi Unionis Pontificiæ, Juris Canonici, & Civilis, præsertim autem Bavarici ad Societatem pertinent: deinde omnibus, quæ Majorum nostrorum largitâ illis attribuit, sive bonis, sive privilegijs, prætere a cunctis, quæ in Fun-

„ datione, aut aliis peculiaribus literis nostris posita, atque Societati
 „ largissimè concessa, attributa, dicata, donata sunt, bonis, donis,
 „ sacris, non sacrī, privilegiis, exemptionibus, imitunitatibus, de-
 „ inum etiam omnibus, quæ in posterum quoque, aut nostrā, aut cæ-
 „ terorum Domūs nostræ Principum largitate, & beneficentiâ, aut quo-
 „ ruincunque aliorum liberalitate, Collegio huic Societatis dicari, aut
 „ donari continget, liberè, ac quietè ad propagandum DEL cultum uti,
 „ ac frui possint, idque in omni casu, ita ut cuncta, & singula juxta
 „ Institutum Patrum Societatis intelligentur, atque accipiuntur, neque
 „ vel Advocatiæ, vel cujuscunque alterius prætensi juris respectu, vel con-
 „ templatione, hæc Fundatio nostra infringatur, vel etiam Institutum
 „ venerandæ Societatis ullo pacto minuatur, neque Posterorū nostros, ag-
 „ hæredes, neque cæteros quoscunqne, si quid adversus hanc nostram
 „ Foundationem, & efficacissimam voluntatem ullo modo molirentur,
 „ nec occultâ, nec apertâ, (quam Deus avertat) violentiâ excusare
 „ possit, nulla etiam prætentia jura, vel Canonica, vel Civilia, Pontifi-
 „ cia Decreta, Dispensationes, Indulta, Absolutiones, Regalia, Privi-
 „ legia, Jurisdictiones, Superioritates, Immunitates, Consuetudines,
 „ Relaxationes, Institutiones, Interpretationes, aut quæcunque tandem
 „ humanum ingenium contra has nostras literas, ac fundationem ex-
 „ cogitare potest.

„ Imò etiam volumus, mandamus, atque obligamus Posterorū no-
 „ strorū, ut in omnes eos, qui hanc nostram constitutionem, sanctiōnem,
 „ ac Foundationem quocunque modo impugnare, immitare, aut corrum-
 „ pere conati fuerint, severissimè animadvertant, & puniant eos omnes,
 „ qui Patribus, & Collegio huic nostro molestiam exhibere tentaverint:
 „ Ipsam autem Societatem JESU, Liberis, ac Hæredibus, & Posterorū no-
 „ strorū, commendamus affectu planè paterno, hoc est, eo, quem dig-
 „ nitas, & utilitas Instituti hujus meretur, & merebitur (ut de DEL be-
 „ nignitate, & Societatis disciplinâ confidiimus) à tota posteritate Do-
 „ mūs, atque Provinciæ Bavariæ.

„ Et quanquam hæc Societas pro sua modestia, in bonis exter-
 „ nis, atque corporis, mediocritatis tenax, & amantissima est, &
 „ solius animarum lucri insaturabilis; tamen optamus, volumus, ro-
 „ gamus, & mandamus ijsdem Successoribus nostris, ut in defenden-
 „ da, amanda; fovenda, ornanda Societate, quid Bavariam stir-
 „ pem, ac pietatem deceat, considerent; atque ut Nos nobis Sere-
 „ nissimorum Parentum nostrorum hac in re voluntatem, atque exem-
 „ plum; sic illi, sibi hanc nostram Foundationem proponant, quam aut
 „ imitentur, aut pia æmulatione superare contendant, aut certè, quod
 „ fine crimine omitti non potest, in suo vigore, labore, ac dignitate
 „ æternū conservent; Ita Nos cum Serenissima Conjuge, cæteris-
 „ que Serenissimis Bavariæ Principibus, atque etiam carissimos liberos
 „ nostros, omnemque nostram, & eorum posteritatem, Provinciam-
 „ que, & patriam nostram Deus sospitet, atque in Catholica fide, &
 „ pietate felices perpetuò faciat, & servet, Sanctissime Michaël, cu-
 „ jus memoriarum Templum, Collegiumque nostrum sacravimus, ab hac
 „ vita aliquando exentes, in pace suscipiat! Amen.

„ At.

Atque in horum omnium & singulorum, quæ in his literis nostris fundavimus, certam & indubitatem fidem ijsdem Nostrâ manus subscripsimus, ac nostro Ducali sigillo easdem communivimus;
Actum Monachij, Die vigesimo sexto Junij, anno salutis Millesimo, quingentesimo, nonagesimo septimo.

Guilielmus,

Maximilianus.

Quæ porrò Serenissimos Successores suos prope diplomatis finem obtulatus est piissimus Genitor, accepere tanquam Sanctioni adjurâsent, Filius, Nepotes, quin Pronepos glorioissimæ memorizæ Maximilianus Emmanuel, datis ad Michaëlem Angelum Tamburinum, qui hodie Societatis Generalis est Præpositus, literis peculiari diplomate sua & intimi Secretarij manu, nomineque subscripto innova, confirmavit. que, tum quæ Guilielmus, tum quæ cæteri Majores clementissimè Societati, ejusque Collegijs intra, extrâque Bojariam concederunt Privilegia. Diplomatis verba hæc sunt.

604.
Has funda-
tionis lite-
ras nuperi-
mè in om-
nibus con-
firmavit E-
lector Ma-
ximilianus
Emmanuel,

Nos DEI Gratiâ MAXIMILIANUS EMMANUEL utriusque Bavariae, ac Superioris Palatinatûs Dux, Comes Palatinus Rheni S.R.I. Archidapifer, & Elector, Landgravius Leuchtenberg,

Reverendo Patri Generali salutem.

Gratum Nobis summopere fuit, Reverentiam Vestram de Nostro in Societatem affectu, novis testimonijis firmatam scire, quod Dispositionibus Superiorum Religiosos vestros subtrahere noluerimus, Equitatis fuit, upi obligationis nostra exdem, Et quidquid statutum eorum respicit, scrio protegere: Continuafunt, quibus de Nobis, Et de nostris subditis bene merentur studia, Et officia: reciproca erit semper nostra benevolentia, quam dum R. & V. fuisseque omnibus, ac singulis de novo promittimus, protectionem pariter nostram, gratiasque, jura, ac Privilegia à Majoribus nostris Societati Vestra in nostris Regiombris concessa, etiam, atque etiam confirmamus. Monachij 1ma. May 1723.

Max. Emmanuel Elector,

de Wilhelm,

605. Aderat præ soribus (postquam conditæ , traditæque fuerunt Pro-
Tuditis his vincia Präsidij lignatae . quas dixi , literæ) mensis Julij dies sextus Basili-
literis pro-
cessum est . cæ confecrationi destinatus , cui proin sanctiis , felicissime instituendæ
sexti Julij
ad Dedicati-
onem
Templi.
pridianum Socij præmiserant ieiunium . Aderat , qui Templum initia-
ret , Frisingensis Episcopi Suffraganeus , Dariensis ipse in Alia Episcopi
charactere initiatus , Bartholomæus Scholius . Aderant , qui Personæ suæ
præsentia augustum celebritati decus assertent , Principes ; vobis Bojci
duntaxat , verum & Austriaci serè omnes : Marla quippe Bojca , Guiliel-
mi Ducis soror , Ferdinandum adduxit Græcio , Styriæ tum Ducein , po-
stea Cæfarem , cum fratribus Maximiliano , Supremo Teutonici Ordinis
Magistro , Leopoldo Episcopo primùm Argentoratensi , Tyroleos dein ,
ac Austriæ , ut appellant , anterioris Domino , Collegij Friburgensis in
Brisgoja Fundatore , Carolo Passavij & Brixinæ Episcopo . Venerunt
quinæ pariter cum Fratribus Sorores Maximiliana , Philippi tertij Regis Hi-
spaniarum Sponsa , sed ante nuptias præmortua ; Eleonora , cujus olim
Halenle Collegium memoriam reducit , Margarita , quæ Maximilianæ
loco thalamum Hispaniæ adepta est : Constantia Polonorum dein Regi-
na , Sigismundi tertij conjux : Magdalena denique Cosmo secundo Du-
ci Hetruriæ subinde nuptura . Deduxerunt tam caros propinquos è Sty-
ria denos hospites , quæ dixi die , ad Divi Michaëlis . Adem undeni , qui
eos invitaverant , Principes Boij , Guilielinus in primis Fundator & Rena-
ta Conjux , Maximilianus , & Conjux Elisabetha . Frater Guilielmi
Ferdinandus : Maximiliani natu majoris Principis fratres Philippus Car-
dinalis , Ferdinandus Adjutor Coloniensis , & Albertus natu minimus ,

606. Decē Prin-
cipes Boici
& Landgra-
vius Leuch-
tenbergæ .
Guilielmi Soror Maximiliana , Maximiliani Principis sorores Maria Anna ,
Ferdinandi Cæfaris futura Conjux , Magdalena nuptura Wolfgango Wil-
holmo Principi Neoburgico . Accepit his Georgius Ludovicus , Pa-
rens Mechtildis filia , quæ ultima ex Landgraviorum Leuchtenbergio-
rum stirpe , Alberto , quem modo nominavimus , futuro quondam Marito
Leuchtenbergam , totamque ditionem , manuoram posthac Domui Bo-
aricæ dotem attulit .

607. Congrega-
tio Pro-
vincialis
habita Mo-
nachij
Accesserant etiam pristini Collegii incolis . Complutes alli Nostri-
tes venturos ad Templum memoratos venerat pri Principes , quoque
nimurum de Socijs ad Congregationem Provinciæ de Procuratore Ro-
mam mittendo deliberatum extitit fuerant . Hæc enim , ut Monachij
potius , quoniam sic tempus serebat , quam alibi haberetur , clemen-
tissimus Dux voluerat . Vix pridie nonas Iulias diuoculare cœperit , octa-
va scilicet à Festo Sanctorum Ecclesiae Principum , quæ simul erat Do-
minica , cum secundâ post noctem dimidiâ signum à Templo , vere ,
quod maximum aderat , Campano longè latèque insonuit , ad cuius
clangorem volare in altum malleoli grato fragore ex incenium curri-
bus , & velut inusitatâ elementis pugnandi formâ , fursum etiampere
adversus deciduos tunc forte imbræ sonore collocata prope submœ-
nianas extra urbem fossas tormenta currulia , fieri populorum concu-
sus cum sancta impatientia expectantium , donec finitis , quibus Tem-
plum dedicatum est , ceremonijs , fore pandarentur ubi immensæ plu-
to usque ad cornua Altarium se infundit multitudine .

Jamqne idem qui Templum consecraverat , Frisingensis Suffraga-
neus Solenni Missæ Sacrificio initium fecerat , jam illud Musicorum
chori quinque per Odeum , & vicinas Odeo distributi pergulas , ex-
quisitissimâ vocum modulatione , ac diversissimis instrumentis respon-
santes

sanctes, usque dum Evangelia cantata fuissent, prodixerant; cùm ecce! cathedram conscedit Orator, qualis, & quantus nunquam ante vi-
sus, auditusque est Monachii; Profari è suggestu incipit Ducis Guiliel-
mi filius, Ratisbonensem Episcopum, Romani Sacri Imperij Princeps,
Romanae sacrae Ecclesiae Cardinalis ostro fulgens, ac talari pur-
purea... Aspectus tam insoliti miratio, Eminentia tam excelsæ placidi-
llimus horror, ac reverentia, audiendi tam sacri Concionatoris avidi-
tas, jucundissimis affectibus permiscuere undantis in Templo confertissi-
mo multitudinis animos, & quamvis frena permetterent lacrymis, coer-
cuere tamen singultus, & venerabundum, ægrè licet, à se ipsis extor-
serunt silentium. Bipartito Philippus argumento dictionem texuit, in-
primis, cur Supremi Numinis adorationi, & cultui, Sanctorum item
memoria, ac honori, templa erienda, ac dedicanda essent, ratio-
nes attulit ex ipsis Orthodoxæ Fidei, & sacræ Paginæ, Patrumque San-
ctorum Principijs, testimonijs, exemplis. Tum luculentissimum demonstravit, sacras Dei, Cœlitumque Aedes, & Basilicas, & universæ quidem
in Catholicorum terris, sed præcipue ob causas peculiares in Orthodo-
xa tot seculis Bojariâ, ornatu omni, ac splendoris, & sumptuum ma-
gnificentia condecorari oportere: Hora fluxit integra dum perorasset
servidè non minùs, quam solidè, tamque graviter simul, & eleganter,
ut expleri non posse videretur auscultandi cupiditas. Perducta post
concionem eadem Majestate, quâ cœpta est res Divina, & claro
jam meridie terminata. Terminationis signum dedere eadem, quæ
initij, soluta denuo tormenta.

Ut Spiritualibus solatijs, deliciisque pastus fuit omnium, qui celeb-
ritati interfuerant, animus, suâ etiam Guilielmi liberalitate curata est
refectio corporibus, in qua dubites, an non Regali Municientiæ pal-
marum longè majori merito præcipuerit Christiana pietas. Convivium
in primis in Collegio Dux appatavit: divetsis hospitum classibus:
Principes viginti prandium sumptuere in hypocastu relaxationi cætero-
quin post mensam destinato, tunc autem varijs emblematis, & car-
minibus exornato; quibus recitata à Melchiore Degenhardo, Cōcio-
natore Aulico accessit Oratio Eucharistica: Similis ornatus, sermōque
Nostratū habitus est in triclinio communi, in quo ducenti minimum
convivæ erant priui ex nobilitate, ac dignitate ordinis. Cæterarum
ex Aulâ, urbisque officijs insigniorum classium viris mensæ per alia
Collegij honestiora cubicula dispositæ fuerunt, quin multis pranden-
di locum ambulacra, hortotumque porticus dederunt. Mille omni-
no, & septingenti fuere, quibus Ducis impensis datum est epulum, daps-
ile id quidem, & magnificum, quod ita sobrios tamen reliquit pran-
tores, ut, cum epulati & delectati fuissent in conspectu Dœi, ad eundem
quoque adorandum sint reversi, comitatique rursum universos, quos
antemeridianis Sacris interfuisse dicebamus, Principes: cùm & hi se-
cunda post meridiem horâ, Vesperarum in Ecclesijs ordinaria, ad eas-
dem pari, quâ Officium ante prandium, religione habitas, pari etiam
religione adstiterunt. Jam pietas, quam liberalitati, ac munificentia
religiolissimi Ducis eo die certasse inhuebamus, in eo magnifice elu-
xit, quod in primis ad omnia, quæ tunc in urbe fuerunt; Virorum, ac
Virginum Coëhobia, quidquid ad lautum prandium, cœnamque de-
siderares, large submiserit; ac dein Christum ipsum in pauperibus ciba-
re posse honori sibi, solatioque duxerit; nec enim quisquam ho-
rum fuit, qui aut non plenari sportulam, aut certè nummos, unde
spor-

609.
Sup. officie
concionem
habet Car-
dinalis Phi-
lippus

611.
Guilielmus
grates sibi
agi non
permittit.

sportulæ coempti quidpiam edulij inferret, Dcum, Principemque lat-
dans acciperet. Cum, finitâ in Templo Re omni Divinâ, digressum pa-
rarent Principes, paravit quoque Otho Eiseleichius Provincie Præ-
ses, circumstantibus universis Socijs pallio amictis, sermonem, quo
Principibus ob commodatam Solemnitati ejus dici Personarum suarum
Majestatem, ante omnes vero Authori ejus primario Fundatori Guilielmo
grates agere cogitabat; interpellavit loquentem Princeps: extenuavit
modestissimè beneficij magnitudinem, idque solum effatus: *Precor
vobis diuturnam beneficij fruitionem. Vos mibi à Deo vitam pre-
camini in celo semp. ternam;* Disertè edixit Othoni, molestem fore,
si de hoc arguento verbulum ultrà faceret. Clementer tamen cum
ipse, tum cæteri Principes condixerunt, cum audissent se rogari, ut
postridie spectatores esse vellent Scenæ, quam Collegium, haud ta-
men, nisi ut ipse voluerat, Guilielmi expensis, ceu Solemnitatis totius
complementum adornaverat.

612.
Iucubra-
tionis de
novo Mi-
chaëlio e-
ditæ argu-
mentum.

Pari clementiâ librum acceptarunt typis editum, qui summis, quæ
Monachij aderant, Capitibus, ac Nobilitatis primoribus oblatus est;
cujus cum etiamnum exemplaria superesse autem, argumenti dig-
nitas videtur exigere, ut ejus latem memoriam, synopsinque referam.
Titulus est: *Tropbaa Bavarica sancto Michaëli archangelo in Tem-
pla, & Gymnasio Societatis JEsu dedicata Monachij.* Tripartitum
opus est, in cuius præfatione aptè memorantur, quæ Nicephorus Ca-
lixtus, Historiæ Ecclesiasticæ libro septimo, capite quinquagesimo,
ab Argonautis, de quorum navigatione fabulosa antiquitas multa qui-
dem falsa, quæ veris tamen permista sunt, gesta recenset: Illos vide-
licet, cum in Colchidem navi irent, haud procul Byzantio ab Rege
Amyco, in cūjus terris prædas cœpissent agere, in fugam primùm a-
ctos, ab Genio tamen, viri specie, sed alis instruclii animatos, adjur-
tosque fuisse, ut non salvi tantummodo, sed viatores evaderent. Ut
Argonautæ gratos se exhiberent Servatori suo, statuisse ibidem, & Tem-
plum, & effigiem Genij cā formâ, quâ se sp̄ctabilem dedisset, cum
inscriptione: *Ignoto Adjutori.* Quin & dræ circumstæ nomen Sosthe-
nium indidisse, ut significant, quo in loco tain prodigiosè salvati fuissent.
Nempe, quemadmodum Michaël summus Cælestis Militia Duxor cau-
fas olim habuit, ut Angelo, quem Princeps Persartum viginti uno die-
bus detinuerat, veniret in adjutorium, ita, cum ex libro veritatis (quem-
admodum Propheta Daniel appellat) prævidisset Græciæ olim ad Ec-
clesiam Dei conversionem, permotus fuerit, ut Grajungenis auxilio ad-
volaret, è quorum posteris tanti olim, non aureo vellere, sed obryzo
fulgentissimæ in Deum caritatis auro essent coruscaturi. Haud ex vano
ista conjectari arguento est, quod multis post evenit seculis. Ortho-
doxus jam Orientis, & Occidentis Imperator Constantinus, mari dela-
tus ad Oræ illius Byzantio propinquæ fines, loci amoenitate captus,
cum exlcendisset, ac inter cætera vetustum pennigeri hominis sta-
tuam inspexisset, nocte sub sequente simulacrum, id ipsum quod
interdiu viderat, in somno objectum habuit: ac, ne homo esse
crederetur, his verbis Cæsarem est allocutus: *Ego sum Mi-
chaël, Archidux Domini virtutum Sabbaotb. Christianorum
fidei Tutor, qui tibi contra impios Tyrannos belligeranti, fidi, &
germano illius Ministro, arma auxiliaria contuli.* Neutquam ta-

lia

Hæc somnia esse judicavit Imperator, quibus non vigilias suas, curasque impenderet: sanum, quod cæca gentium superstitione condiderat, dirui mox jussit, quodque agnosceret, nuperimè primùm in expugnando Byzantio auxiliarem sancti Michaelis dexteram sese expertum fuisse; novam à fundamentis, magnificam, ac tanto Imperatore dignam extituit, dedicavitque, Arch-Angelo Michaeli Basilicam. Et adfuisse quidem Augustæ huic Ædi præsens Arch-Angeli Numen, ac Patrocinium, prodigiosæ deinceps ostenderunt visiones, & præstata clientibus beneficia, quæ summatim juxtâ, & particulatim Nicephorus enarrat, ita quidem, ut Christiani, abolita Sosthenij nomine, cum illi Templo, tum univerlo circùm tractui maritimo, novam Michaelij nomenclaturam posuerint, ad posteros quoque transmittendam. Hanc Nicephori Calixti narrationem cùm præmisissent nostri ambo Raderus, & Gretterus, aptissimè omnino excogitarunt, ut in prima libri, de quo diximus, ab 613. Guilielmus novi Mi-chaëlij con-ditor. iplis concinnati parte, occasionem sumerent laudandi Heroo Carmine Heroicum planè animum, aulûmque Bojorum Principis Guilielmi, quo Constantiū Orbis Monarcham non æmulatus solummodo fuisse, ve-rum superasse etiam prædicari possit, molienda, perficienda, ornandâque opulentissimè summi Angelorum Principis honoribus dedicatâ Basilicâ, ut nempe Michaelio veterè, quod in Asia steterat, impietatis Othomannicæ furijs exciso, Michaelium ipse novum Monachij in urbe sua, antiquæ Religionis, ac pietatis retinentissimâ, excitaret, quin & Sosthenium primævi nominis prodigiosa memoriâ inclytum denuo instauraret, in quo, ut ipsa nomenclatura indicat, corpore, & animo salvarentur, qui salutem eam in Bojarico hoc Michaelio rite poscerent.

Quid enim Michaëlis in illius Æde salutatores, clientésque non impetrarent, quorun tanta multitudo in numerosissimam Congregationem ad sancti Michaëlis cultum, ante annos haud adeò multos, in urbe Monacensi collecta, atque inde in exterias etiam Germaniæ Provincias dilatata, est, adiectâ religiosæ pietati majestate etiam illustrissimæ Nobilitatis, postquam videlicet religiosissimus sancti Michaëlis Venerator Josephus Clemens, Guilielmi Fundatoris Pronepos, Archi-Episcopus postmodum Coloniensis, nuper Sacrum ex Viris avitâ prosapia conspicuis Coetum Equestrem instituit, ut exemplo Principis Militiæ Cœlestis, terrestris quoque militia FORTITER, FIDELITER, PIE, PERSEVERANTER pro DEO, Deinde beatissimo aspectu demum consequendo pugnaret, triumpharéque; id enim hujus tum militiæ, tum sacræ Congregationis quadruplici figurâ litteræ Crucis interpositæ brachijs supra, infrâque appictræ velut Insignia promittunt. Istud ipsum votum Guilielmus Michaelij Conditor; ita namque Raderus, Gretterusque, ubi in secunda lucubrationis sue de Trophæis Bavanicis parte, omnium Bojariæ Ducum succincta elogia attulissent, in Parte tertia Fundatorem repræsentant, prolixè multiplicata, ultimâque vota pro se, Domo sua, indigenis, advenisque cum libro terminantem:

Omnis ut hinc Ætas supplex ferat omne, quod optat.

Ubi Diæ post Dominicam altera illuxit, quod pridianæ pluviae & tunc, & per sequens adhuc durarent quatriuum Tragicomœdia (sic Annales nominant) in sextam usque feriam differenda fuit, serenissimâ luce, atque ideo bene ominatâ illucentem, ut triumphus Michaelis Arch-Angeli, qui tum repræsentandus erat, Ecclesiam contra Stygium

614.
Unde occa-sio sumpta
Equestris
Ordinis, &
Congrega-tionis S. Mi-chaëlis.

615.
Insignia Mi-litum, &
Congrega-tionis S. Mi-chaëlis.

616.
Tragœdie
Luciteri à S.
Michæle
devicti de-scripție.

Draconem glorioſſima inter prælia defendantis eodem die feriali ſpe-
ſtandus foret, quo ex veteri Ecclesiæ iuſtituto Crucis ſignum adoramus,
quod primus in prima, quam Draco commifit pugnâ, belligerans cum
illo Viator explicuit Michael Salutis Signifer. Enimvero argumentum
hoc tale fuit, quod verè ex temporis, materiæ, loci que unitate unum
ſemper, idemque eſſe dicas, ob perpetuas nempe ac unâ veluti ſerie
continuatas victorias, quas pro Ecclesia in terris omni ævo militante,
omni pariter ævo fortissimus Propugnator innumeratas retulit, atque
etiamnuin refert. Ut porrò Scena hæc magnificentiā, quâ fieri poſſet
maximâ, & ſpectantium, qui futuri erant innumerabiles, coimoditatē
exhiberi poſſet, deſtinatum eſt ſpatium ſub dio, quod Templo ſancti Mi-
chaelis, & Collegio continentē adiutorio piaſiacens area turrim versūs,
quā Venuſtam appellant, longo, latōqne proſpectu aperit; Pegma
illuc ſublime, & in eo admirandi operis Scenæ cum occultis machinis,
trochleis, rotisque traclorijs actioni producendæ fuerunt poſitæ: cir-
cūm ſuperbæ viſebantur pro Spectatoribus primarijs Orchestræ, pro
medijs Amphitheatrica: ut amplius tamen adhuc locus ſupereret denlatæ,
quæ concurrerat, plebis multitudini: ab hac ut ne tumultuum quid-
quam & importunitatis excitaretur, aptis locis militum accuratas ſer-
vantium excubias manipuli, centuriæque decem fuerunt collocatae. Un-
de factum, ut hæc exhibitio, quanquam operofillima, & in quinos pro
more divifa Aetus, à meridie in ſerum usque vesperum per octonas
omnino horas continuas duraret, pacatè tamen, ac ordinate, &, qui
singularis Cæli favor erat, inter non paucas eventus ſinistri occaſio-
nes, & pericula, absque inſortunio acta, terminatāque fuerit. Cæ-
terum, quod fas ſibi eſte Poëta crediderit, ita concinnare Tragœdiam,
quin omnes regulas ſuperftitioſe ſervaret, quas homo, à Christi tam
ævo, quā religione remotus, tradidit Aristoteles Artis Tragicæ Prin-
ceps, cauſa fuit, quod æquiùs multò videretur Principis Guilielmi
nutus, iuſſaque obſervare: duo is p̄cipue commendaverat Chera-
go: primum, ut ea crebrò miſcerentur ſpectacula, quæ artificij rari-
tate inexpectatâ ſummos, qui interfutum eſſent (& adfuerunt, quos nu-
per Dedicationi p̄ſentes nominavimus, universi) Principes, regaliter
crederentur eſſe oblectatura: Dein, reſpectabat Guilielmus, ut Princeps
Catholicus, etiam in Ludis, quos produceret, non ad mera vanæ curio-
ſitatis pabula, ſed ad DEI cultum, ac felicitatem eorum, qui in vera DEI
Ecclesiâ degerent, æstimandam, ad religiosam denique opinionem inge-
nerandam de ſanctitudine Aedis ſacræ; hanc enim non ſolum p̄ſidio
Michaëlis, quem, uti DEUS Gloriæ ſuę Vindicem contra Luciferum,
ſic Ecclesia Defenſorem habet, recens magnificè extructam dedicavit;
veram etiam plurimorum Sanctorum Reliquijs, atque adeò, ſpe, quæ in
illorum patrocinio reponi poſſet, ſumme reddidit venerabilem. Tam
Christianis religiosiſſimi Fundatoris destinationibus cur non veſtificari po-
tius, ac tantisper diſſimulare deberet. Ethnici Philoſophi p̄ceptiuncu-
las Poëſis, Christiana ſimul, & religioſa? cur non facultate uti, quâ tum
pietores, tum Poetæ non ſolis hominibus, quod in Tragœdia fieri amat,
ſed rebus, ſi quâ lubet, incorporeis universè, vitam, quin & formam,
actionesque humanas audent, ſolentque attribuere? Ne mirari Lector
proinde veſtit, ſi in prelo impressis Latino ſermone, ac Germanico Tra-
goediæ perjochis reperiāt variam Personarum permifitionem induas poti-
ſiūm diviſam classes, quas carundem Archistrategus Michael Ecclefia
in defenſionem affiſnat, Virtutum ſciliſet diversarum choros, Angelo-
rum

rum ex Militia Cœlesti corporis custodiam, inclytos ex Martyribus Heroës; inter hos præ alijs, quorum integra ferè Corpora in sancti Michaelis Templo id temporis quiescebant, ut Caïs, cuius Exuviae sub ipso Altari summo sunt conditæ, Euphebij Episcopi, Januarij Diaconi, Saturnini, Crispini, Crispiniani, Joannis, ac Cyri, nobilium Christianorum. Ex aliorum Martyrum, quorum adsunt Lipsana, ingenti numero aliqui tantum, quod universos scena non esset captura, prodierunt Sebastianus Praefectus Prætorio, Chromatius Urbis Praefectus, ejus filius Tiburtius, Belli Dux Mauritius, Catharina, & Ursula Herojdes, Virginésque Regiæ. Majorem multò asseclarum partem contra Ecclesiam conatus est attrahere Lucifer, ejectorum è Cælo sociorum spirituum: septem scelerum capitalium larvas, turmas denique hominum quamplurimorum; hos ut sibi attrahat, characterem Socijs, flagitiisque tribuit, ex quo sese dignoscant, dum ipse aliam identidem Personam, sub qua prodeat, assument. Hâc fraude in partes traeti, Lucifer se adjungunt potentissimi terræ Reges, Nero, Decius, Diocletianus, Maxentius, Attila: sovantur his varij hæreticorum duces, quorum alij, ferro, ac vi, alij lingua, & fraude agunt.

Atque ista quidem Actorum erat partitio è solis Gymnasij discipulis, quorum multitudo ultra nongentos ascenderat. Cujus numeri admiratio, si spectatores, exteris in primis, occuparat, longè magis stupor spectaculorum corripuit. Pauca duntaxat recensio breviter: Lucifer in primis jam cum sequacibus angelis cælo exsul, ac in teterimum draconem deformatus, horrore primū spectatores perculit, eò mindis tamen formidabili, quod certius haud nocituro, ne ipsi quidem Mulieri, quæ cùm prolem masculam peperisset, ope alarum aquilæ grandis unâ cum pignore suo fugâ in desertum, artificiose perniciitate subducta est, frustra igneum, quem Apocalypsis memorat, flumini inter spissa sumi, ac scintillarum volumina ejaculante in fugitivam Hydrâ Stygiâ. Minus horridi, plus jucundi spectaculi attulit exhibita contra eundem draconem Michaelis Victoria; cùm enim Lucifer ex Mulieris, quam fugisset, trepidatione, fastu elatus triumphos spiraret altiores, jámque positâ Draconis larvâ, plenus decore, & gloriâ cælum ipsum transcendere, & exaltare moliretur Solium contra Altissimum; ecce tibi derepente visa de cœlo ruere fulmina, pluere flammivomi ignes, tonitruis misceri omnia, præcepis ad ima deturbari Lucifer, & mox quidquid terroris præcesserat, abstergere suavissimo concentu sublimè volantes Angelorum Chori latissimum Pæana canentium DEO & Michaeli: Ast aliae mox sese visu objecstant scenæ: Lucifer ignominiosissimo irritatus præcipitio, Idolola. træ habitum, furorésque assumit, mendacijs, & præstygij Reges, quos suprà nominabam, adversus Ecclesiam, quæ unius duntaxat Numinis adorationem permittit, in foedus molitur allucere. Novâ hæc molitio spectatu dignissimæ pointæ occasionem dedit; sed quæ spectantium oculos, ut perspicil integrum posset, à scenis ipsis, & qui has occupabant, Actoribus tantisper retrorum avertit. Ecce enim à venusta usque, ut Monacenses nominant, Turri, ac per tres alios, quibus exitur in plateau, in quæ theatræ stabant, diversos aditus, quadrijuges, sejugesque eminus seie intulere currus, ac in his sublimè conspicui Romani veteris ritus Majestate, amicu Equitum, Palatinorum, Satellitum, militum, inter elatas Aquilas, & vexilla, numero lo comitatu Imperatores: hinc Nero, illinc Decius; inde Diocletianus, aliunde Maxentius. Præcessere laureati, qui adventantibus per confectam multitudinem viam facerent,

cerent, licetores securigeri, usquedum ad scenas pervenissent Cæsares, ibique dumillis caballis, & curribus in pegma scenis instructum ascensissent: repetita fuerunt hujusmodi spectacula, cum Lucifer multis formis Protheus, jam sub Hærefoes, vel Hypocryfoes, jam sub Apostasiæ, ac Pseudopoliticæ larvâ, nunc Julianum Apostatam, nunc Furium Hæreticorum Ductorem, cum variâ impostorum colluvie, ad impij belli societatem ineundam exciperet.

Quæ subin Luciferum inter, ejusque foederatos, atque inter Michaëlem, ac sub illius ductu & præsidio militantem Ecclesiam oculis subiecta sunt, varia belli consilia, & consiliorum eventa, cum, ut insatiabiles spectando suere, qui tum coram aderant, ita nequaquam sperare possim, legendō satiatum iri, quibus haec scripto duntaxat relinquuntur. Festinare potius juverit ad finem Tragœdia, quæ licet funesta primùm visa ostentet, mox tamen læcis felicissimè terminatur, nihil utique contra moturo Aristotele Tragices Præceptore, qui magnam Heroum actionem, et si lætam, felicemque sortiatur catastrophen, neutquam alio nomine, quam Tragœdiam cœlendam esse pronuntiat. Horribilibus itaque ostentis, quibus reserata Tartarorum claustra Nerones, Decios, Tyrannos cæteros, à quibus Ecclesiam vexari, oppugnarique vidimus, æternis cruciatibus damnatos conspectui proponebant, longè intuitu jucundissima successere solatia, quæ victori Michaëli, & Victori Ecclesiæ Terra, Cælumque apparavit. Venere legati non ex Aegypto tantum, ac Aethiopia, sed ex ultimis Afiz, Africæ, Americæ, hucusque lingua, vultu, vestitu incognitis populis, qui Ecclesiæ Catholicæ dogmatis, ac præceptis perpetuam profiterentur obedientiam. Redierunt cælestes Genii, quos Michael quoque versum antè dimiserat, ut Sanctorum Martyrum Caij, Sebastiani, Mauritij, ac Sociorum, qui diversis in pugnis, vel in ipsa morte, dum vieti cecidisse viderentur, victores fuerunt exhibiti, venerandas conquirent Reliquias, quas cum gemmis, & auro pretiosè coopertas attulissent, Ecclesia sancti Archistrategi sui, quod in Bavaria recens eidem consecrasset, Templo inferendas nominatim destinavit; Rata m̄ hanc destinacionem, rata munera habuit Arch-Angelus, moxque sublime evolans, lanceæ molli tactu patere iussit cæli Atria; discedunt bipalentibus valvis, apparent inter lucidissimas sedes, & amoenum fulgurantia sidera inter concentus sua viissimos, & triumphantium jubilos Sancti, quorum nomina jam primùm ab Ecclesia recitata fuerant, suo quique discreti amictu, & insignibus. Horum quanta jam esset in cælo felicitas, in terra constitutis patocinandi potentia, cum revocato ad se Bojariz Tutteli Genio, explicasset Michael, Gentis Bojcar universæ ex ea hora peculiarem sese professus est Defensorem, Patronum, ac ceu Filiz suæ Tutorem fore, & haberí velle; velle insuper, ut novum posthac Sôthenium ac Michaelium in, perpetuum clientelæ, quam Bojariz præstaturus esset, monumentum in urbe Monacensi, re, & appellatione constituatur.

Inexplicabilem hæc jucundissima promissio attulit tam Bojariz Genio, quam Ecclesiæ consolationem, quæ ultrà quam dici queat, aucta est, cum illi, qui apparuerant sancti Martyres, suum Patriæ universæ Cultum, venerationemque perpetuam pollicenti, clementissimè sponderunt patrocinium, tutelam, præsidium. Ex quibus demum omnibus facile colligi potest, quam læcis hinc Cælitum gratulationibus, hinc

hinc mortalium Eucharisticis cantibus spectaculum hoc, seu sancti Archangeli triumphus, exceptum fuerit; qui quidem triumphus Ecclesiaz summè lætabilis, Bojaricæ tamen peculiari religione, singulari gaudio, quin, ut spes est, etiam merito, exhibitus fuerit, & optimo jure titulum hunc: *Trophæa Bavariae reportârit.*

617.

Cause cur
Guilielmus
in hec redi-
ficia tantos
sumptus
fecerit.

Cæterum rogat modò calamus, ut progrederi permittatur ad examinandas illorum censuras, qui non modò ludos theatrales, quos memorabam hactenus admodum sumptuosos, quod nemo non facile capiet, extitisse verum universè ultra moderationis mensuram processisse judicet immanes expensas, quæ in sancti Michaëlis ædificium, suppelleabilem, proventus posthac futuros stabiles, à Guilielmo sunt factæ. Enim verò æquitatem hic imploro, justis ponderibus res quasi liber expendentem: coram qua si virum nanciscar, qui neutquam è sinistris affectionibns præjudicia ferre consuevit, audiendi locus, tempusque erit, quæ dicenda reponam, & contemplanda. Ac in primis quidem: Etsi Guilielmus sanctissimæ profectio vitæ Princeps, si adhuc inter mortales degeret, idem asseveraret, quod semper illum gravissimè affirmasse, ac rationes solidissimas attulisse sèpè jam ajebamus, se in his Templi, Collegij, Scholarum ædificijs ad nihil aliud respexisse, quam ad Numinis augendam gloriam, sancti Michaëlis venerationem, spiritualia, subditarum sibi gentium in primis, tum universi Romani Imperij emolumenta; Orbe tamen palam est universo, non soli tantum Guilielmo ex augusto hoc, & plusquam Régio opere, verum toti ab ipso propagatae posteritati Serenissimæ inestimabile honoris, gloriæ, & auctoritatis accedere incrementum, Guilielmo quidem ut Fundatori, Serenissimis Posterioris ut Conservatoribus, & Amplificatoribus benignissimus. Quid enim? quanta hæc, quin, ajo, quam sancta multis ex causis Bojaricæ semper Orthodoxæ Gentis est gloriatio, non extare in universa Germania Aëdem sacram, quæ magnitudine, Architectonices artificio, ornatùs opulentia æquiparari possit Basilicæ sancti Michaëlis in Bavaria, urbéque illius principe Monachio? quam laudem ut nobilissimæ Genti devota universorum simul, ac singulorum utilitati gratulatur Societas, ita vicissim probo, gratoque animo illam agi, ageréque omnes affirmabunt, si nunquam non recordetur ex fundato, conservatóque hactenus, & amplificato Templo, & Collegio elucere perpetuam Serenissimæ Domus erga Societatem beneficentiam, progenitam ex clementissima estimatione nequaquam infructuose, quam à Societate præstari censem, operæ.

Si nihil aliud, profecto gratae mentis debitio necessitatem videtur imponere, ut dubium examinemus, quo nonnemo videtur ambigere posse, an haud profusa nimium, ac indulgens hæc tantorum Principum sit judicatio de Societatis nostræ laboribus, ac de remuneratione, quam his dignantur rependere. Licitum proinde ut mihi fiat, rogo, ad disquisitionis hujus enodationem simplici, candidoque stylo recensere, quidnam à tempore fundati solenniter Collegij, & consecrati Templi per annos, qui exin ad hunc centesimum usque trigessimum primum, quo hæc scribo, fluxerunt, gestum, laboratumque fuerit, ac etiamnum geratur in sola civitate Monacensi, & circumiectis per horas pauculas vicis in spiritualia incolarum commoda in sancti Michaëlis Templo, Collegio, Gymnasiisque Societatis. Ut principium ab eo fructu sumamus, qui, si rectè supputemus, in ultimis reponendus est: discipulo-

Hister. Prov. Ger. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

618.

Sociorum
Monachij
fructuosa
opera.

Yy rum

619. rum in Gymnasio numerus quotannis minimum nongentos complectitur. Horum quæ pars ex civium filijs, eadem scilicet ab exteris conficiuntur. Patribus familias computandum relinquunt quantum ex Magisterij opportunitate expensarum comparcant, ut filios quidem, si expeditum paret, doctiores habere possint, quin multis annis peregre ipsos multo sumptu, & lucro ad externos interea transituro, alere cogantur, cùm insuper ab ijs, qui aliunde adveniunt, duo rursus emolumenta consurgant, quorum utroque publica iterum augetur utilitas: vel enim hi extranei viculum, vestitumque ære sibi comparant, idque adeò civibus relinquunt, vel si inopie causâ alieno stipendio compellantur vivere, idoneos sese præstare adlaborant, ut filijs familias, qui scholas frequentant, pro eo Minervali, quod mereri parentibus videntur, plerumque nimium dare haud solitis, hypodidascalii serviant, ingenti, si, ut officio recte funguntur, parentes invigilent, discipulorum commodo. Et quoniam de Oeconomia levamentis, quæ urbi ex Gymnasio excitacione ab annis sesquicentum, & duodeviginti cessertunt, accedentque imposterum, mentionem injecimus, materiæ affinitas occasionem præbet, ut quæsi per transennam considerandum proponamus, an nihil rationibus proventuum publicis, privatisque accrescat ex eo, quod jam à Collegio, jam à Gymnasio, Sodalitatibus, ipsa Aede sacrâ, piisque ex illa functionibus, variorum opificum, & artificum commercia, artefacta, & ex his fama, notitiaque intra, & extra Bavariam, in dissitas usque plagas non sine quæstu propagantur.

Verum ut has utilitates nec respectat Heroicus Principum, ac Magistratum animus, nec cæteri indigenæ, quorum plurimi altiore, ac magis purgato, & principijs Catholicis antiquitus innutrito iudicio, ultra terrenam felicitatem prospectant; ita neque ea, ob quæ vocati Monachium haud sumus, nec unquam suissemus, ulteriori perficiuntur verbulo. Longius multò absit, ut exprobrandi quidquam causâ dixisse quisquam Nós de his rebus autem, sat habemus, si, dum spiritualia serimus, saltem non miscuisse judicemur zizania, quæ simul excrementia temporalium interea frugum segetem quasi furtum intercipiant. Alia meminisse liceat, quod sperare fas sit, in tanta messe, in quæ tam multi ex Clero, ac Religiosis viris, quod laborent, inveniant, ac sane id agant strenuissime, non absque Divina provisione concessum fuisse, ut etiam è Societate JESU Operarij auxiliarem manum admovere permitterentur; an ignavo nimium, aut supervacaneo labore, judicium esto penes illos, qui expenderint, quid in Gymnasio, Collegio, Templo geratur in profectum Boni communis, quidque etiam frugiferum in urbem inde proferatur, & viciniam.

620. Ac in primis quidem, quanta commoditas, quod in scholis juveni-
tus omnis, nî se ipsam rejectione dignam faciat, indiscriminatim ad eru-
tionem primum, quæ ad ingenerandum honesti amorem aptissima est
conciliatrix, tum ad ipsam honestatem, virtutemque homine Christia-
no dignam à quatuordecim gemini Gymnasi Professoribus sedulò in-
stituatur, quod, prò quam late, in omne hominum genus, statimque
utilissime diffunditur! non hic Minervale exigitur, ac ne honoraria qui-
dem remuneratio, nisi ægre admittitur. Sodalitates ad DEI, DELpa-
ræque cultum è solis primum Gymnasi discipulis institutæ sunt ternæ,
quarum maxima, cùm jam Principes ipsi, primæque Patriæ Capita, Cle-
rus venerandissimus, ac flos Nobilitatis accesserint, Congregationis

621. hodie
Fruitus ex-
ternis Soda-
litatibus Li-
teratorum,
& ternis a-
lijs sub direc-
tione So-
ciætatis.

hodie Majoris titulo insignitur. Succreverunt tres ejusdem instituti Sodalitates aliae, Civium, opificum cælibum, eorum dein, qui opifico-
ruin adhuc tirocinio exercentur; singulis his Congregationibus, utpote
cum Primaria, quæ Romæ est, foederatis singuli è Collegio assignantur
Præsides, qui, quavis ferè hebdomadâ, Sodales ad servitudinem DEO,
DElparæque juxta leges, quibus se ultronea pietate subjecerunt, rite
serviendam peculiari in Conventu exhortantur, quod in alijs Sodalitijs
usuvenire haud cernimus. Habent præterea, uti suas leges, ita suos
è Nostris Præsides, ternæ iterum Congregationes aliae: prima quidem
cum sacra quot mensibus allocutione in Templo nostro ad Sodales san-
ctæ Crucis (ut appellatur) Forstenriedensis: altera Matris ponè Crucifixum Filium doloris gladio cor transfixæ: tertia Animorum, qui flam-
mis piacularibus cruciantur, auxilio collecta: hæc statos per annum
Cœtus in Templo Aulæ, quam Veterem dicunt; illa in Æde Xenodo-
chij, quod à sancta Elisabetha nomen habet, celebrare consuevit.
Præter novenos Congregationum, quos numeravi Præsides, totidem
numerantur, qui ad diuersos auditores alios varijs in Templis, aut va-
letudinarijs congregatos, singulis hic hebdomadis, ibi mensibus, alibi
statis anni temporibus, exhortationem instituunt. Jam præter eos,
qui in nostro Templo, de quo speciatim memorare jam mox habe-
bo, suggestum occupant, sunt, qui ex tribus omnino celebribus ca-
thedris, ut publicè dicant, occupantur Socij: in Aulico imprimis,
tum in Collegiata Insigni Beatiissimæ Virginis Ecclesiâ: & eâ, quæ Xe-
nodoxio sancti Spiritûs adjuncta est, omnium, ut perhibent, Mona-
chij antiquissimâ. His adnumerare fors lubebit illum, qui, ut jam
à condito Gymnasio Conradi Vötteri hodiè successor est, ita ad juven-
tutem scholasticam, quavis die, Dominicâ sermonem è suggestu ha-
bet sub Re sacra, quæ in aula Gymnasij cum quotidie, tum diebus
Festis, ritu augustiore ante, ac post meridiem peragitur, ut nihil di-
cam de ijs dictiionibus, quæ æstivis hebdomadibus, Haidhusij, subur-
bano ferè pago, atque à vere in adultum usque autumnum Forstenriedæ,
loco nonnihil remoto, ubi prodigiosa Servatoris Crux colitur, in
singulos menses haberi ad populum solet.

Locus hic foret quidem respondendi illis, qui suspicantur ansam
præberi, nescio, quid memorandi, ac interpretandi de pronuntiato,
quod ex ore Davidis audivimus, æqualem esse habendam rationem
eorum, qui ad sarcinas resident, quam, qui ad prælium descendunt.
Verum nequaquam dictum hoc ad eos porrigeendum autumo, qui
vel Gubernationi Sociorum, in eo Collegio, quale Monachij est, ut
nemo haud novit, actuosa plurimum, & laboriosa est, sunt præse-
ti, vel curandæ œconomiaæ negotijs occupantur; nam hi quidem è
Sacerdotibus pauculi sunt, neque ita terrenis sese studijs abstrahi si-
nunt, ut non avidè & ipsi fatagant, & sinantur à Moderatoribus per-
lubenter, immo & moneantur, horas conquirere, quibus non tantum
familiae, supra quam constituti sunt, ut dent illi triticum in tempore,
verum simul auxiliarem operam manu propriâ conjungant cæteris, qui
messem animorum congregant in horreum Domini: ex his cùm mul-
ti jam fuerint memorati: plures superlunt memorandi. Qui pueris
tiam fidei Catholicæ rudimentis intra, extrâque urbem erudiunt, sunt
omnino tredecim. Sex ad id duntaxat destinati, ut ægris, ac mor-
ibundis non tantum, cùm eorum opera petitur, diurnis, nocturnis
que horis opportuna solatia, & omnein, quâconque via possint, o-

pem afferant, verum ultrò, quos juvare detur, sedulo investigent : Quà occasione quantum boni etiam inter sanos tum à sex his Operarijs, tum, prout res fert, ab alijs præstari soleat, quàm copiosa enumerandi leges foret ? Qgàm usitatum his corrogare pro egenis, expenderèque largam stipem, sospire in re Conjuges discordias, inter inimicos odia, persuadere precationis ad Deum crebritatem, Mysteria sacra percipiendi frequentiam, centum alias, aliasque vias incundi, quibus vitia extirpentur, virtutes inserantur. Quæ omnia et si nos taceamus, ut tamen minutum nôste cupientibus erunt compertu obvia; sic apud eos, qui ea compererint, rerum arbitros nihil ex eo, quod usitata sint quotidie, de aestimatione ; quam merentur, deperdent.

617. Jam quod ad alios labores permultos destinare Societatem vō-
Opera Spi- luerit illorum, ad quos pertinet, voluntas, ac imperium, nemini mi-
ritualis in scholis tri- rum videbitur, si eos tot laboribus audiat non sufficere, de quibus
viajibus modò ajebam; sunt nempe præter visitationes privatarum ædium,
Xenodo chis Orpha. quæ Nostris, quos jam nunc vocabamus, Operarijs, ex officio per
notrophijs totam urbem, ac suburbia obeundæ incumbunt, ædificia etiam pub-
carceribus lica: Scholæ tenerioris juventutis omnino novem, quarum illustratio de-
mandata Collegio èst: Xenodochia quaterna, Domus ægrotantium,
quos appellant *Incurabiles* binæ : bina Orphanotrophia : ternis
in custodijs captivi, etiam cum ad supplicia educuntur. Unde
latè opinor, se ipso perspicuum est, quanta multitudini in his con-
tubernijs nunquam non numerofæ, cum emolumento spiritùs exco-
lendæ requiratur industria, quantus labor, quoties, non dico, heb-
domadibus singulis, verum etiam diebus, ac noctibus sèpè iteran-
dus ! ut facile sit creditu, tredecim omnino, qui ad hanc spartam è
Collegio sunt destinati Sacerdotes, abunde semper invenire, in quo
fructuose desudent.

628. Luculentiora multò, atque ad illustrandam Numinis gloriam, &
Pruclus spi- animorum salutem recto magis, sanctoque tramite conducentia sunt;
ritualis qui colligitur quæ in sancti Michaëlis Basilica ex eo, quo consecratum fuit, die, ac
in Templo S. Michaë- insecutis hucusque annis ac temporibus acta sunt, agunturque adhuc
lis. hodie, Exercitia Rei Divinæ, ac religionis erga Deum, cuius profes-
sionem publico ritu, quem Christus in Corporis sui Sacrosancti immolatio-

629. ne ab Ecclesia perpetuandum instituit, ac in quo æterni Patris cultus
Ex re divi- consists præcipuus, si usquam in Bavaria, Monachij in Templo san-
na diebus Dominicis. ti Michaëlis dignè, sanctaque celebrari vulgo perspectum, periusum-

630. que est : pariter facile intelligitur, quantum ex hac Æde Numinis
Sacrifican- supremi gloria ex Sacrificiorum decore juxta, & multitudine incre-
tium name- mentum accipiat: quoties Dominicus dies, Festusque incidit, à sum-
rū. mo manè ad meridiem usque Sacerdotes complura assiduo Sacra di-
versis in Altaribus peragunt: in summo Officium Missæ cum Diacono, Subdiacono, reliquo Ministrorum, ut Rituales libri exigunt, nu-
mero, accinentibus Phonascis, aliisque vario instrumentorum genere, Musicis minimum centenis. Succedunt pomeridianæ, quæ decan-
tantur, Vesperæ, & in Quadragesima decantatus quotidie Psalmus, Davidis Quinquagesimus. Profestis diebus per annum singulis, con-
tinuatâ serie in Altari maximo à diluculo ad meridiem ferè Missa dicitur,
præserquam, quod idem faciant in Aris alijs multi omnino de Nostris,
multi de externis: unde Nostrates quidem quadraginta minimum in an-
nos singulos Sacerdotes, si leviter supputemus, quatuordecim millia,

&

& ultrà, extēni autem universē trēcentā Sacrificiorum millia in Templo nostro ad præsentem usque annum, quo hæc adnotamus, obtulerunt. Divina Mysteria frequentantum quantus hodie, quamque auctus sit numerus, ex eo perspicias, quod, qui ad Sacrosanctam Synaxin accedant, cùm anno, quo consecrata Aedes fuit, numerata sint millia viginti sex, ex eo tempore minimum quotannis à decem jam lustris centum quinquaginta millia numerentur. Haud negem ad tantam Mysteriorum frequentationem, quæ etiam in alijs Monacensibus Templis permagna est, magnopere excitari populum, & ab alijs Religiosorum Ordinum, & Nostratibus per ea, quæ nuper adscripti, Templa, Concionatoribus, operam tamen ad hoc non minimam conferunt in Templo nostro Oratores illi, quorum unus per omnes anni dies Dominicos, ac Festos, alter tum certis quibusdam celebritatibus, tum per sacra Adventū, & Quadragesimæ tempora, ter singulis hebdomadis ad populum è suggestu dicit, audiendæ in primis historiæ moribus piè informandis accommodatæ, per quam avidum.

Ut porro qui Angelorum Panem manducaturi veniunt, seipso, a Diuino hoc Epulo digni sint, è sententia sacri Judicis priùs probatur, faciliorem opportunitatem habent, triginta omnino Sacerdotes nostri Confessionibus audiendis ordinariè destinantur; quamquam & hi non sufficient, nisi quandoque extra ordinem submitterentur, qui adjuvarent. Horum omnium labore, quot millia numerantur eorum, qui partim ob omni vita, partim à compluribus annis peccatorum Confessionem replicuerunt, Absolutionemque retulerunt? Plurimi, quos Deus in numerato habet, ut gravissimis sceleribus extracti, salvandorum albo insenserentur, digni redditi, in aggredienda Salutis viâ exhortationibus animati, in prosequenda consilijs fuerunt instruti. Certè ut de illis solis, utpote in re comperta memorem, qui palam se hæreticos fassí, palam abjecta hæresi ductu nostro Catholicos sese ex Tridentini Concilij formulâ lunt professi, plures haecen sexies millenis adnotantur, qui numerus recte æstimanti magnus profectò videbitur, in urbe, quæ & ipsa semper fuit Catholica, & in Catholicæ semper Bavariæ sita est meditullio. Liberalius multò calculum oportet ducere, si reputare velimus, quantum excreverit ab initio consecratæ Domus Dei multitudo Hospitalum, quos Sapientia ad Mensam illic à se positam Consecrati Panis Convivas nacha est. Fuerunt, ut suprà indicatum, eo anno viginti sex millia, numerusque is magnus censebatur. Ubi anno exinde supra sesquimillesimum centesimo nonagesimo septimo, Dedicationis Jubilæum, sive celebritas Secularis instituta est, numerati fuerunt, qui ad Eucharistiam sumendum accesseré, ducenties & vicesies mileni. Universè ad centesimum, ac tricesimum annum, quo hæc Historiæ nostræ Pars altera typo paratur, Communione sacra in Divi Michaëlis Templo refectorum extiterunt Myriades ultra mille quadringentæ, & octoginta, seu, ut hodie vulgo loquuntur rationaria, ferè milliones quindecim. Cæterum concedi mihi flagito, ut, postquam hæc adduxi, unam alteram ve animadversionem liceat subjungere: ac in primis quidem à quadraginta retro annis in Monacensi Collegio Sacerdotes semper quadragenos, quamvis antea semper pauciores, habitasse. Augere videlicet numerum oportuit, aucta laborum, muniorumque novorum accessione, quin eorum decrescat numerus, qui, ut tabulæ, quas attulimus, Fundationis exigunt, postquam aut viribus aut senio fra-

Qui inter emeritos haberi debent, volentibus ita Gallicano & Maxi-
miliano, in Collegio Monacensi vietum, relictumque habent, quamvis,
ut invalidos supplices, raro quinque digitos adhibere oporteat; cum
& hi quamdiu dexteram movere possunt, aut scriptitando quidpiam, aut
scripta expoliendo, prodesse in publicum adlaborent, tum propria al-
fuctudine otium pertasi, tum gnari, quam graviter, & Regulæ, &
Præpositorum vigilantia desidiam e Societate exturbare adnitantur.

639. Quod vero officia, quæ non nisi sanis imponi possunt, debent-
Singuli plu- que, centena ferè sese offerant, eaque non nisi à Presbyteris exer-
ra simul of- ceri liceat, & pleraque temporis multum, multumque roboris expo-
ficia obe- scant, in propatulo est, in ea Sacerdotum paucitate quam actuosos
mua. esse illos oporteat, quam necessarium ferè, ut tricorpor quis evadat;
par nempe fastigii diversis munij, quæ permulti terna, quaternaque,
cæteri minimum bina accipiunt obeunda: ac tempore quidem, quod
videtur nequaquam opportunum; quippe, ubi diebus Dominicis, ac
Festis, antemeridianas horas ferè omnes, aut parandâ, dicendâque Con-
çione, aut excipiendis, multâ profecto laßitudine, Confessionibus trans-
egeris, non modò nihil temporis concedetur, ut sati fatigatas jam prio-
ribus per hebdomadem laboribus vires, respiratione aliquâ, & quiete
instaures; verum ubi non nisi festinanter prandium frugale sumpe-
ris, paratus jam te expectabit auxiliari frater, qui comes eat, cum
progrediendum erit vel ad exhortationem alicubi habendam in Soda-
litate, vel Catechesin non in urbe tantum, sed & vicinis pagis, vel
ad Xenodochia varia lustranda, aliaque misericordia contubernia, ubi
instituenda quot hebdomadis allocutio consolatoria, vel demum ad æ-
gros in privatis domibus, aut alios, ubi operæ spiritualis premium re-
serendum speratur, inviolados progrediendum erit. Hæc referenti
mihi condonet, amabò, prudens Lector, ac benevolus, quod intra
argumenti Præpositorum impositu suscepisti fines me contineam, His-
toriæ videlicet de solis, quæ in Provincia nostra, ac in præsens Mona-
censi Collegio acta sunt, agunturque, concinnandæ. Nemo non
prædicat, quantis, quam varijs, & quanto animorum fructu, labo-
ribus tum Venerabilis magno numero Clerus, tum alij Religiosi
Ordines, quorum hodie Domicilia Monachij sunt, juxta Institutum
suum, insatiabilis pro Dei gloria augenda sacros zeli fines tueri, quin
& amplificare laudabilissimè adnitantur. Horum conjunctione, &
exemplo si ad paria efficienda Nos incitari ostendamus, quis jaetan-
tiaz vertet, aut invidiaz, cum jubeat Doctor gentium Christi servos
mutuo non æqualia tantum, sed meliora etiam æmulari charisma-
ta? Quis Princeps, quæ Respublica, cum inter militum suorum
legiones servere ardorem cernit, quænam altera alteri adversis pa-
triaz hostes fortius pugnandi laudem præripiat, non lætatur, quamdiu
generosa hæc æmulatio sese continet intra mutuæ gerendi litrenè bel-
li concordiaz terminos? sic namque eveniet, ut, dum hæc prælia-
tum prælia Domini Phalanx isto, illa alio, suo demum quævis armo-
rum genere, contra inimicos Crucis Christi animosè decertat, pugna
succedat felicius, triumphus reportetur plenior. Et cur grata ad-
versus Clementissimos Principes, atque in Populum Monacensem, bo-
neficentissimè Societati, & Collegio addictum, pietas Socios non ex-
stimulet, ne conniti unquam fatigentur, ut suo in virore antiquum per-
severet præconium, quo ab ipsis Lutheranis, aliarumque hæreticon
primordijs celebrata per Orbem Christianum fama est, Monachium
ob

ob integratatem Catholicæ Fidei, Religionisque exercitationes, quæ tam solidis, tamque crebris continuantur exemplis, esse Germanis, quod Romam Italos? Ad conservandum hoc patriæ nomen si contulisse quidpiam judicabitur Collégium, impletam suis exultabit potissimum vaticinij partem; quo Deus nunciavit servo suo Petro Canisio, singulares Domicilio Monachiensi destinatas è Cœlo esse benedictiones, ac favores.

Verum, ut ad Principem Guilielmum revertatur narratio, exponet 640.
Guilielmus Bojarie gubernatione transfert in filium Maximilium.
 hæc, ut futurum esse pollicebar, cùm præsentis anni acta recensere inchoarem, quæ totò orbe prædicandam laudatissimis semper facinoribus suis impoluerit coronidem. Imposuit hanc, dum, quæ Princeps or. natus fuerat, coronam depositus. Dudum præter ultimam quasi curam de Michaëlij sui, & Collegij, cui Michaëlium attribuerat, perficienda fundatione, pleraque publici, politique regiminis negotia à se removet. Nunc, ubi absolute vidit, quæ ad supremi Numinis gloriam exequi mente delinaverat, indignum censuit, ad temporarias posthac res curandas sese ulterius demittere. Occasione igitur utendum arbitratus, & facultate, quam Cæsar, cæterorum imperij Principum ascensione, impertiverat, quod pridem animo præcepit habuit, effectui dedit. Stupente Europæ universa, Princeps astate nondum devexâ, ut, qui quinquagenarius necquum esset, summae in Imperio auctoritatis, utriusque Bojarie clavum, quem, ut annis octodecim felicissime tenuerat, ita, ut diutius teneret, omnium sententiâ dignissimus proclamabatur, sponte, multumque deliberato Consilio dimisit; hoc uno adhuc, Patriæ à tam sancto Domino se deserì condolentis lacrymas consolatus, quod Filium substituerit Maximilianum, cuius educatio, indoles, virtus, prudentia certos esse jussit universos, fore Parenti simillimum. Ita porro omni rectione, & rectio-
Alleream
 nis proventu lese abdicavit, ut quod Bojourum Annalium Scriptor disserit testatur, Maximilianum utrique Bavaria ex alio præfecerit, quanquam is vicissim copiosissima liberalitate juvaret Parentem, quem cerneret, quantumcunque illi obveniret, in Christi Servos, & Christi Fratres, egenos nimis, & pauperes elargiri; non absque pulcherrimo incitamento, ut Genitoris exempla Gnatus consimili pietate imitaretur.

Collegij tunc præfecturam mandarat Otto Fisenteichius Provinciæ Præses, Henrico Gaugriedero, donec dimidio post anno Rector constitutus est celebratissimus ille monimentis nostris Melchior Hertelius. Quamquam necdum septendecim annos in Societate exegisset, sexennio tamen integro, magna cum prudentia, virtutisque laude præfuit, quin & annis postmodum triginta quatuor superstes, & præcipua Provincia munia cum insigni, publicoq[ue] emolumento gessit, & inter consummatæ virtutis exempla vitam egit, posuitque.

Inter hæc tota Urbs exhilarata est adventu Alberti, quem filium natum minimum Guilielmus Dux, Gymnasij nostri, ac Poëseos scholam cum cæteris discipulis palam frequentatum misit. Eadem honoris significacione advenientem exceperunt Musæ Monacenses, quæ abeuntem d[icitur] miserunt Anglipolitanæ. Demandarunt hæc id officij primariæ scho-
Albertus Princeps Guilielmus filius Gymnasium publicè frumentat.
 lasticorum juventæ nobili, quæ Anglipoli quidem Eucharisticum, & Propempticum, Monachij vero Saluatorium & sermonem, & carmen recitavit. Valēdicere pariter in perpetuum Claudi Præpositi Genera-

642.
Richardi
Halleri abi-
tus in Hi-
spaniam, e-
jusque elo-
gium.

lis iussu, non fine mœrōre tamten compulsi fuerunt Ingolstadienses Socij venerando Rectori suo Richardo Hallero, qui & ipse eodem ex imperio, postquam abijset Ingolstadio Monachium, indeque Græcum in Styriam, non multò post haud soli Bojarizæ, sed universæ Germanizæ valeridixit, in Hispaniam videlicet profectus; unde, quod huc usque solitus sumus circa alios, qui Provinciæ excellerunt, obedientia detinente non reversuri, abeuntis memoriam saltem præsentes intra fastos retinendam censemus. Patriam habuit Richardus Norimbergam, celeberrimam Imperij apud Noricos Urbem, genus ex Patria Hallerorum Familia, quæ civium ab antiqua religione defectionem perora, in terras Catholicas emigravit, Hallerorum ab Hallerstein hodie vocabulo insignita. Annorum novendecim juvenis Societati aggregatus, & Philosophiaz, quam Dilingaz sexennio exposuit, non minùs, quam Theologiaz scientiæ inclitus, Dilingano subin Collegio, & Academiæ quadriennium præfuit, integris octo annis vero Socijs Ingolstadiensibus. Cum elegans simul, facundusque Orator esset, Monachium hoc anno evocatus, ex dictione ad populum, uti nuper memineramus in celebritate, quâ Philippus Episcopus Ratisbonensis inauguratus fuit Cardinalis, magnam de se opinionem est promeritus. Auxit hanc prudentiaz laus, ac perpicaciaz, cum gravitate, & candore ingenuo, absque fastu.

*Sans Gynac.
Auct.*

Adverterunt hæc decora Guilielmum Principem; quapropter, cum defuncta, Septembri mense, Annâ Caroli Archi-Ducis Filia pientissimâ, Hispaniarum Regi Philippo tertio despontata, alteram Annæ sororem Margaritam idem Rex conjugem sibi despondisset, hujusque Mater Maria petisset à Guilielmo Fratre, quem è Societate JESU pro Filia deligendum conscientiæ arbitrum putaret, Richardum is nominavit Collegij Ingolstadiensis Præsidem. Non abnuit Præpositus Generalis, itaque Græcum, Styriæ urbem principem, mense Decembri, perrexit Richardus, & cum Margaritz matre Mariâ, quæ ipsa Filiam

643.
Fit Margar-
ita Regi-
ne Confes-
sarius.

Gens

*Alegambe
Bibl. Script.
Soc.*

ad Sponsum deduxit, in Hispaniam abijt. Ad quem excelsæ sanctimoniaz apicem obsequentissimam universè, suoque impetu ad eximiaz virtutis culmina evolantem Aquilam hanc Austriacam eduxerit prudenterissimus hic ad virtutum excelsitatem sese attollendi præmonstrator,

vitzæ, qui *Gynaceum Austriacum* sermone Germanico vulgavit, Scrip-
tor ostendit; quam verò insigni virtute ipsus adeò sanctæ, quam Margarita duxit, vitzæ Magister cluxerit, Societatis testantur monimen-
ta. Afferunt hæc amabilissimam in Viro extitisse modestiam, tantam-

que mansuetudinem, ut bile videretur caruisse, nisi fors asperitatis quidpiam in vultu, ac voce expressisset vel eminus facta mentio de Tiaris, & Insulis; quanquam ad has acceptandas, & feriò, & non semel fuisset invitatus: ne honorificentiore quidem titulo quam quivis in Collegio Sacerdos à quoquam compellari se passus est. Multò minus in ea, quam habere potuisset rerum affluentia, de paupertatis religiosæ studio, remisit, ut qui nihil in viatu, aut vestitu, nihil in ulla re non omnibus commune, ac ordinarium conservat admittere: locupletare tamen spiritu sollicitus alios, Librum conscripsit quo perfectissimæ de peccatis poenitentiæ affectus animo, ac verbis excitandi argumenta, ac modos docuit, qui dein liber vario idiomate per varias Europæ, ac Indiaz regiones est divulgatus. Cæterum, ubi anno post millesimum sexcentesimum undecimo, quinto nonas Octobris, Margarita, relicta sexenni filio Philippo quarto, fatis concessit, Richardus quoque velut aulæ simul, ac vitzæ pertensus esset, lubentissimo animo ultra quadriennestre

non

non superstes, Reginam ad æterna est insecurus, vigesima secunda Januarij post ætatis annos sexagenos binos. Exequias defuncto celebrari Philippus iustit à Regij Sacelli Curatoribus, & Musicis, funus item cum apparatu ab omnibus in urbe Cœnobijs deduci. Digresso ex Provincia Hallero, ad capessenda rursum Collegij Ingolstadiensis gubernacula, rediit Paulus Hoffæus, ad quæ jam ante annos triginta admotus fuerat, proiectæ ad septuaginta quinque ætatis annos, cùm interea, & Romæ Assistens, & in Germaniam reversus, nostram, & Rheni Superioris Provinciam decem annis Visitator lustrâisset. Perfecit mox auctoritate suâ, ut Philippus Cardinalis interdiceret subjectis Biburgensi Monasterio Curialibus, utpote Ratisbonensi etiam Dioœcesi subditis, ne Sacrorum Jura, usumque ab alio, quam Biburgensi Curione, quod facere paulatim desvererant, deinceps peterent. Hoffæi quoque provisione factum, ut Gaugenriedero, quem ad vices regendi Collegii Monacensi translatum modo vidimus, succederet in gubernando Contubernio sancti Ignatii Christophorus Silberhornius, utque huic regimen evaderet quietius excedere vicissim convictu jubentur, qui restituendæ, tuendæque veteri Disciplinæ non absque turbamentis opposuerunt.

Templo Collegij illustre decus addiderunt non tria solummodo pretiosa tegumenta, quæ velandis trium Altarium frontibus Jacobi Fuggeri Conjux Anna Illungia submisit, sed longè magis duo supra tricenos, qui, abjurata hæresi, Orthodoxæ Religionis lucem invenerunt, auctore potissimum Gregorio de Valentia, magnam dudum samam assecuto tum ex Theologia, quam à bello, quod contra hæreticos belligerare docet, Polemicam vocant, tum à Scholastica, utpote ex qua Disputationum nuperrimè Tomum quartum, seu ultimum, typo vulgavit. Juventutis insuper Academicæ voluntates mirè sibi conciliavit opportunis illam consilijs, & subsidijs juvandi industriâ, æquali omnes curâ, & amoena facilitate complexus. Venerat Ingolstadium ab Italia redux viginti novem annorum juvenis Carolus Roth Patritio apud Augustanos genere, Doctoris secum ex Juris utriusque scientiâ gradum referens. Tredecim anni abjerant, ex quo Hugonem, qui natu minor germanus erat, Societas tironem admisit, incitari se vehementibus stimulis sensit Carolus, ut frarris, quem in via spiritûs laudissimè progreedi intelligebat, vestigia sequeretur. Communicavit hæc sensa cum Gregorio, qui, ceu peritus impulsuum, quibus animi agitantur, dignoscendorum Magister, non modò juvenem in sententia confirmavit, verum, ut, quod impellebatur, perveniret, felicissimè, totâ obstupescente Academiâ, adjuvit. Utinam ad quem sublimem virtutis gradum in Societate Carolus deinde elevatus fuit, ad tam profundam in fordes vanitatis foveam suo merito dilapsus è Societate non fuisse Jacobus Reichingius, qui & ipsus Augustæ antiquâ Patritiorum stirpe editus, ac Philosophiæ in Academia pariter Anglipolitanâ studijs intentus, atque etiam fratrem Conradum, qui ante quadriennium in Societatem præcesserat, secutus, turpiter tum à Caroli condiscipuli unâ Landspergam euntis confortio, tum frarris in vita, & morte imitandis exemplis, tum insuper à Religione Orthodoxa descivisse, suo quondam loco memorabitur.

Qualem porro contra hæreticos pugilem Gregorium de Valentia dedit Anglipolis, talem & Ratisbonense Collegium produxit Conradum Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

Aaa

Vöt. Vötterus

Lutherum Christianum typis vul- gat. Vötterum : lucubrationem hic emisit denuo ; quam *Lutherum Christianum* inscripsit : Arbitrium inde concipere Lector poterit , quam Islebij dogmata cum Christi Evangelio concordarent : Et vero , quam dissentanea forent , agnoverunt quadragenii , qui in sancti Patuli Aede ex Ecclesiæ Orthodoxæ , atque adeo ex hujus Apostoli , qui utique Christum prædicavit , sententia , haeresim , Christò docentem contraria , sunt detestati . Quanquam opinari juvet , multum ad perspicienda Catholicæ veritatis lucem contulisse illustria pietatis exempla , quæ ipse Episcopus , ac Princeps Philippus palam edidit . Non is tam citè proclamatus cum celebritate etiam Ratisbonæ fuit Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalis , cum simul inclinati in aitem sibi , monitaque ingeri est arbitratus , ut supra candelabrum positus , Splendidissimus deinceps lucere satageret omnibus , his præsersim , qui in Domo sua , Diœcesi videlicet Ratisbonensi degerent , quod prosector luctuenter præstiter . Reversi- nem ejus ex urbe Monacensi non absque Solemnitate Ratisbona , quæ Catholica est , exornandam suscepit . Quidquid æris Campani in in Templis Orthodoxis soit , personuit festivo pulsu ; præterquam , quod Orthodoxus æquè , ac Lutheranus populus spectatum accurrisset , tum Ecclesiæ Cathedralis Procères , tum sex Cœnobiorum Antistites Infulis decori , advenientem ad Templi Cathedralis valvas excepérunt Purparatum Hospitem , ac jucundissimâ veneratione salutatum ad Aram Principem inter Hymnos , ac Divina cantica deducunt , bene ominato die : ut , quâ luce Orthodoxus Orbis supremam Religionis Ca- thedram à sancto Petro in Urbe Roma collocatam celebrat , Ratisbona quoque peculiariter à Petri Successore Romano Pontifice missum videret , qui pro Christo legatione functurus esset ex Cathedra illius Ecclesiæ , quam Ratisbonenses indigenæ , primi Romani Pontificis Petri nomine , ac patrocinio sacram , multis retrò seculis , ædificârunt , atque ad illam , ceu navem , in qua , salvarentur , itare , confugereque assueverunt . Exorent , amabò , Boni omnes , ut Urbs nobilissima , quæ pro insigni- bus antiquissimè delectis , geminas saltrem Divi Petri claves , formâ Crucis decussatas hodie publicè præfert , veluti monumenta intueatur vetustæ pietatis , quâ ejus Majores triplicem pariter Pontificis Romani tiaram , supra has claves depingi solitam , usque ad novitia Lutheri atque ejus tribulum commenta fuerant devenerati .

651.
*Altero sti-
m die ad
Collegium
invit.* Postridie quam ad sanctum Petrum pie invisetat , ad sancti quo- que Pauli Aëdem , Collegio nostro attributam , atque inde ad Colle- gium ipsum invisit . Sub introitum , Domicilij Præses cæteris incolis pallio amictis præstolans , libellum obtulit , quo gratulationes ob novæ dignitatis fastigium carmine typis impresso continebantur . Non ac- ceptavit solummodo Cardinalis hoc venerationis officium , sed etiam apud Socios cænulam , ut in diebus profestis Ecclesiæ mandatum præcipit ; permodicam sumpsit , quin cum luce altera , quæ Mathiae Apostolo sacra erat , dando summi Templi Canonici solemnitatem aliam præmittendam esse est arbitratus , itaque & Concionem , quæ in summa Aëde ex mo- re habenda erat , transferri in Templum Collegij , & in eodem Au- gustissimum Missæ Sacrificium ritu ; quo potuit , celeberrimo , sym- phoniacos inter choros offerri voluit . Itum est , finitis epulis , ad Aulam Gymnasij , in qua confertissimus jam expectabat populus . Dra- ma , quod Wolfgangus noster Starkius composuerat , illic datum est ;

652.
*Tertio dea-
die post
Rem Divi-
vinam , &
datum Ca-
nonicis e-
pulum Dra-
ma spebat
in Gymna-
sio.* eos-

Scepsum ab lamentis Ecclesiae calamitates suas, quas tum patiebatur
sanè maximas, pullo habitu deplorantis, definens tamen in gaudia,
solariaque ex Aurora, quæ purpurâ coruscans & ostro, non nisi la-
ta, faustaque in Philippo Cardinali prænuntiabat. Utinam hæc, &
sperantum, & gratulantum acclamatio vera potius fuisset prælagitio,
quam vota duntaxat, sincera quidem, sed brevi cum magnis simul
spebus futura irrita, contraria, quam initio cùm universa Diocesis, &
Ecclesia, tum peculiariter etiam Societas fibi promiserat.

Jam enim, ut ingeneratam à Parentibus propensionem erga Fa- 153.
miliam nostram patentiū declararet, non solum mille septingento- Debitum
rum florenorum debita, quæ, superiore anno, ejus oeconomi à Col- mille se-
legio solvenda petierant, beaigne remisit, verum etiam negotium à ptингento-
compluribus jam annis agitatum ut expediretur, indefessâ persecit so- rum flore-
licitudine; ut conficerentur nimicum non folius Episcopi, verum to- norum re-
tius Collegij Cathedralium Canonicorum auctoritate, & consensu le- mixit.
gitimæ, perpetuumque valituæ fundationis pro Collegio Societatis ta-
bulæ. Quod res hæc non absque obstaculis, quæ prudenter in con- 154.
trarium moveri posse existimata, tentataque fuerunt, optatum fortita- Efficit, ut
litere fun-
dationis
confirmen-
tur à Cano-
nicorum
Cathedra-
lium Colle-
gio.
nō
lerus Episcopi vice legerat, omnia & singula Adamus Orthius totius
nomine Collegij Cathedralis, cuius ipse nuper Decanus, ab eodem,
ut & manum & signum Collegij ejusdem adjungeret, mandatum, po-
testatemque à Canonicis singulis acceperat. Postulavit beneficij ma-
gnitudo, ut Provinciae Visitator Hoffæus, quo præfente, consecras-
de quibus loquimur, tabulas Collegij Rector Christophorus Zehetma-
rius à Millero, Orthioque ritè acceperat, primùm quidem gratijs im-
pensè actis, spondet à Societate pro viribus satissimum iri spei, &
exspectationi, quam Fundatores de Collegij studijs, officiisque in bo-
num publicum conceperint. Hymnum deinde, cuius Autores Au-
gustinus, Ambrosiusque seruntur, ad collaudandam supremi Numinis
bonitatem privatum decantandum indixit, atque ut tria, quotquot in
Collegio essent, Sacerdotes pro Fundatoribus, proximo quidem conti-
nenti triduo, offerent Sacrificia, etiam deinceps, ut Leges nostræ fer-
rent, quotannis, mensibus, hebdomadis, diebus ad Aram futuri me-
tores.

Lætatus, postquam hæc intellexit, Dux Guilielmus suas esse par- 155.
tes duxit, ut & ipse novum beneficentiae monumentum adjiceret. Mul- Guilielmus
ta contentione evicit, ut Bavariae Ordines in Collegij Ratisbonensis Parens Phili-
receptionem inter Monasteriorum Bavariensem Praesules consentirent, lippi Colle-
atque adeò in Privilegium, quo ex Patriæ statitis non nisi vicesimus giun recipi-
redditorum nummatis in tributum posset expeti. Excitavit hæc in Col- pit in sta-
legium Ratisbonense propensio, Canonicorum etiam erga idem tantam torum per
benevolentiam, ut duo ex ijsdem Joannes Ungenemius, & Quirintis Leo- Bojariam.
ninus ardenter flagitarent penitus in Societatem recipi. Sed neutri ut po-
stulatis annueretur, expedire judicatum est à Moderatoribus, quod prior 156.
estate nimis jam provectus esse, alter vegetior quidem, sed hoc ipso, quod
præter vires plus in eâ, quam tenebat, statione, ut hæcenus, univer- Dnodus Ca-
Digitized by Google

Identibus datur communicatio bonorum operum. **S**æ Dioecesi præfuturus censeretur. Receptus tamen uterque fuit in communionem meritorum, quæ Societas ex benefactis apud Deum in numerato haberet remuneranda. Excogitârunt Socij alias quoque vias de hominibus bene demerendis pietatis potissimum, ac eruditio- nis studio intenti. Quòd Grammatices discipulis ab uno duntaxat Magistro minus utiliter invigilari posse, experimento probaretur, ad- dita huic est schola altera, quæ quidem vocaretur Grammaticæ infi- ma, sed nempe ordinis inferioris.

Fervor Sodalium, qui magnæ Matris cultui sese peculiariter dedunt, ita Philippum accedit, ut frequens, quoties posset, religiosis Illorum interest ex exercitationibus, quæ vicissim frequentia eosdem reciproce extimulavit, ut ante urbis universæ potissimum partem Lutheranæ, oculos, novum, ac inusitatum ad id temporis instituerent spectacu- lum, quod alias etiam inter Catholicos illi soli exhibent, qui Christi Crucifixi, & Matris ejus sub Crucestantis doloribus peculiariter com- municare expetunt; Sacrato nimirum Parasceves die, complures to- gis luceis, quas suâ impensâ Cardinalis subministraverat, amicti, flag-

657. **S**odalium B.V. die Pa- ralceves flagellatio per urbem. **R**isque aculeatis, queis terga diverberarent, armati, non jam intra Templi duntaxat parietes, ut anno priore, conclusi, sed producto fo- ras pio agmine, compita obierunt, concurrente ad rei novitatem po- pulo, nec tamen, quamvis multi frenderent, palam obstatre auso. Bis eadem Sodalitas publicam deprecandis Ecclesiæ, quæ à Turcis imminebant, calamitatibus Comprecationem in Aede nostra per vi- ginti horas continuavit, in quarum alterâ, cum sub finem sacrosan- ctum Eucharistiæ Sacramentum circumferretur, Philippus quoque a- derat cum accensa face Purpuratus pedissequus. Conspicatus hic ad- stantem immoto situ inter spectatores Lutheranum, ipsem elata vo- ce: *actutum ait, flede genua!* territus vultu, vocéque homo sese mox dejecit in poplites, tempori omnino; quippe nî fecisset, Princeps, ut postea affirmavit, justâ indignatione, ardente face in os contumacis impæctâ, negatos, qui Deo debentur, honores insigniter fuisset ultus.

658. **P**hilippi in Compreca- tionis zelus pro Eucha- ria. **E**s in Dioecesi Ratisbonensi Biburgum inter & Frisingam pagus (Augiæ nomenclaturam Latini imponunt) amplius, & amplis donatus privilegijs, qui post varias dominorum Mutationes Törringijs ex ve- tutissima inter Bojos nobilitate subjacet. Parocho loci, nescio, quas ob causas, tantisper amoto, petijt Cardinalis, ut dum substitueretur alius, ex Ratisbonensi Collegio mitteretur, qui serijs Christi Natalitijs, Curionis in- terea vices ageret. Missus est Vötterus, qui tanto incolas numero ad frequentanda illis diebus Mysteria concionibus suis attraxit, ut pro miraculo vulgatum id fuerit. Ipse pagi Dominus ex antiquissima Thutneriorum, qui ante annos octoginta, & plures, esse desierunt, stirpe, quanquam tunc Lutheranus adhuc esset, Vötteri ingenio, & amœnâ eloquentiâ oblectatus, semel, iterumque ad mensam illum & colloquium adhibuit. Per Silvarum etiam, quæ Bohemiæ fines contingunt, infimæ Bojariæ flexus, utilis profectio error fuit dñorum in pagis, qui hoc anno, Jejunij Majoris tempore ab Emmeramo i- terum Welsero, & Jacobo Bertoldo fuerunt percursi, ac, licet Em- meramus, ingruente morbo, Apostolicis laboribus aliquando cedere compulsus fuerit, brevi tamen non Medici tantum Landavi, ad quem Straubinganam in urbem deportatus fuerat, arte, ac peritia, sed totius

Topograph. Bavar. **659.** **M**issio in pagum cui Augia no- mena. **E**s in Dioecesi Ratisbonensi Biburgum inter & Frisingam pagus (Augiæ nomenclaturam Latini imponunt) amplius, & amplis donatus privilegijs, qui post varias dominorum Mutationes Törringijs ex ve- tutissima inter Bojos nobilitate subjacet. Parocho loci, nescio, quas ob causas, tantisper amoto, petijt Cardinalis, ut dum substitueretur alius, ex Ratisbonensi Collegio mitteretur, qui serijs Christi Natalitijs, Curionis in- terea vices ageret. Missus est Vötterus, qui tanto incolas numero ad frequentanda illis diebus Mysteria concionibus suis attraxit, ut pro miraculo vulgatum id fuerit. Ipse pagi Dominus ex antiquissima Thutneriorum, qui ante annos octoginta, & plures, esse desierunt, stirpe, quanquam tunc Lutheranus adhuc esset, Vötteri ingenio, & amœnâ eloquentiâ oblectatus, semel, iterumque ad mensam illum & colloquium adhibuit. Per Silvarum etiam, quæ Bohemiæ fines contingunt, infimæ Bojariæ flexus, utilis profectio error fuit dñorum in pagis, qui hoc anno, Jejunij Majoris tempore ab Emmeramo i- terum Welsero, & Jacobo Bertoldo fuerunt percursi, ac, licet Em- meramus, ingruente morbo, Apostolicis laboribus aliquando cedere compulsus fuerit, brevi tamen non Medici tantum Landavi, ad quem Straubinganam in urbem deportatus fuerat, arte, ac peritia, sed totius illie

Illic familiæ curâ, & solertiâ ita convaluit, ut sanus ad resumendam Animorum capturam repedare valuerit.

Quam feliciter Ratisbonenibus succedit animorum venatio in Silva, tam prospero evenit Socijs Oettingæ Veteris hominum piscatio in Lacu Chiemseensi. Intersus hic est ex vicinis alpibus, multorum milliarum ambitu inferioris Bavariae tractui quem Chiemgaviā dicunt. Quæ illuc stant insulæ in utrâque ille Bojorū Dux celebris Thassio ante milletos propemodū annos, condidit Cœnobiū, Viris unū, Virginibus alterum, sub Divi utrumque Benedicti regulâ. Illud ab Hontis everlum Conradus Salisburgensis Archi Episcopus restituit, & Canonicos illuc sancti Augustini collocavit. Locus, quem Virgines incolunt, Regij, nobilisque Parthenonis titulo insignitur. Canonicorum Ecclesiam ante annos quingentis plures Eberhardus Truxenus, itidem Antistes Salisburgensis, approbante summo Pontifice, Episcopi Sedem constituit, ipsumque Episcopum Chiemseensem quatuor Salisburgensis Archidiœcœfeos Suffraganeis adjunxit. Necdum in Diœcesi hac Lutherana hæresis, quæ, superioribus annis, clanculum inter agrestes lese insinuaverat, penitus exterminata erat. Duos, qui id conficerent, ex Oettingana Sede nostra mitti petiij Guilielmus Princeps. Necdiu, nec anxiè laborandum fuit, ut ad Matrem redirent filij, quos plagiariorum fraude abstrahendos simplicitas potius quam malitia objecerat. Paucos intra dies postquam publicè ejurati prava dogmata rejecissent, nihil prius habuerunt, quam ut riparijs Lacus atcolis, qui ordinato, eoque numero agmine Oettingam Veterem ascendebant, ipsi quoque se palam adiungerent, ac Numinis, & prodigiorum illuc Numinis Matri grates agerent, quod DEL beneficio, Delparæque patrocinio educiti rursus fuissent de profundo hæreleos lacu. Est & alijs lacus, intra extimos supra fluvium Anasum Austriæ fines, ita contiguus Bavariæ, ut huic ipsi hodiæque accenseri possit, deberetque, nisi ante annos plusquam ducentos Albertus, Guilielmi Ducis proavus, post assertam Stirpi suæ nunc adhuc regnanti, contra Palatinos Rheni Comites, utriusque Bavariæ Monarchiam, Cœfari Maximiliano primo, cujus suffragatione, & auxiliaribus Copijs Boicam universali dominio obtinuit, in expensarum levamen Toparchiam Wildekanam reliquisset, dominiis posthac Austriacis rite inferendam. Lacus, de quo sermo est, Wildekiæ Arci propinquus, quod hemicyclum veluti lunarem efformet: Monsee / Germanis, Latinis Luna *Lacus* appellatur; unde & Lunelacense Monasterium appellârunt Scriptores antiqui, quod Regulæ à sancto Benedicto lectoribus prescriptæ, sancti Pirminij horatu cum sex alijs ejusdem Instituti Cœnobis in sua Bavaria, quæ ultra Anassum lese tunc porrigebat, Dux Utile, ante annos propemodum millenos, fundaverat. Celeberrimi hujus loci incolæ, ut quales fuerant, deinceps quoque felices mortalium pilatores permanerent, descenderunt in seiplos, laveruntque retia sua, dum è nostris unum ex Oettingano Domicilio, petierunt, qui tum Præfus, tum cœterorum omnium Confessiones audiret. Auditus & ipse postmodum sicuter, cum publicam ad omnes exhortationem haberet.

Breviores excursionis terminos, non fructuum, Societas habuit ex altero, quod Familiæ nostræ Tirones Landspergæ alit Domicilio. Mindelhemensis oppidi in Suevia, milliaribus aliquot Landspergæ disti, Histor. Prov. Ger. sup. S. J. Tom. II. Dec. VI. 662.

Bbb

Ma-

Missio ex
Domo
Landsper-
genisi Min-
delheimi

Magistratus postulatu, duo semel, iterumque sunt missi; qui incolas Jubilaei, quod sub illos dies promulgandum foret, Indulgentias, cæteraque sacra beneficia obtinendi modum edocerent. Dictum de hoc tam pro concione, quam catechesi, avidè, & obsequenter utilissimas doctrinas excipiente populo, ut jam cum desiderium ingens conciperet habendi in urbe sua Collegij, tempore suo utique non frustrandum.

Circa Novitios, qui hoc anno sanctæ Crucis Montem, ac Societatis

663. Paulus Gul- Tirocinium Landspergæ subjerunt, de Pauli Guldini saltem, antequam din autifa- è Provincia discedat, ingressu memorandum quidpiam venit. In der pri- oppido sancti Galli apud Helvetios telæ lineæ mercionis celebri natus, mnum hære- à parentibus hæreticis, more heterodoxorum, qui testamenti veteris pe- ticus,

664. Fit Catho- bacuc appellatus est. Inter aurifices à pueritia opus facere iussus, pri- licus, & So- ma perspicaciæ, quam à natura accepit, specimina ex eo dedit, quod cietatis Ti- Frisingæ, Bojariz urbe, Religionis Catholiciæ quam vera sint dogmata,

665. Coadjutor nequaquam operosè penetrarit. Viri illic Religiosi, qui in Divi Be- temporalis nedicti ad sanctum Stephanum Cœnobio, Prioris fungebatur munere, post annos consilium secutus, in Societatem recipi, petiit, ac impetravit. Duo- duodecim decim in Provincia annos vixit frater laicus, ac literarum rudis;

666. Fit Sacer- rùm, ut in conficiendis instrumentis astronomicis admiranda paula- dos, Iatînè tim ad Mathesin capacitas eluxit; Romam evocatus, quanquam in fla- lingue & Græcæ, ac tûs sui humilitate maluisset persistere, literas tamen, tricesimo secundo imprimis Matheseos fecit, etatis anno, cœpit addiscere eo, juvante niijrum obedientiâ, pro- peritus.

667. Sc. i. p. li- loqui perinde, ac scribere edoctus, Philosophicis insuper, & Mathe- bris claru- maticis disciplinis eximiè fuerit eruditus. Scientiam viri testantur & Græcij obiit complures libri, quos in Germaniam remissus, Græcij in Styria, & Viennæ in Austria, publicus in Academia utrobique Matheleos Professor evulgavit, magnâ apud omnes Doctos famâ, & æstimatione, Subin cum morbis conflictatus, jam recuperandæ valetudini ad Pro- vinciam nostram erat in redditu, sed quod habentem melius Austriaci Patres Viennæ retinerent, obsecutus est, ac paulò post etiam peste affla- tis, quod ut facere liceret, efflagitaverat, inserviens, novis vitam pe- tculis exposuit; intactus tamen Græcium revertit, ubi, cum annum etatis ageret sexagesimum, debita vicissim, quæ ex DEI sponsione sperare poterat, virtuti præmia accepturus in vita altera, extinctus est anno seculi decimi quadragesimo tertio.

Quadragesima.

Ut Collegia apud Bojos multam, ita non minus uberem de fru- Etuosis Sociorum profectionibus scribendi materiam suppeditant Domi- cilia, quæ Societas in propinqua Bojariz habet Sueviâ. Haud pro- cul Lyci, qui Augustam alluit, fontibus, urbs est, Füessenam, deri- vato à pedibus nomine, appellant Germani, quod veluti ad pedes alpium Tyrolensium sit posita, Faucenam ex Latinis aliqui scribunt, utpote in extremis eorundem montium saucibus hærentem, alij de- nique veteribus usitatum Abudiacum existimant. Sub ditione quidem

668. Gemmin- Orthodoxi Principis est locus hic, Antistitis videlicet Augustani; sed, gius Episc. quæ hominum, aut viciniæ culpâ, nescio, hæresis radices in urbe fi- August. duos ex Collegeo Auguitano stirps extermini- mittere. Missos non tam a- Augustino Füessenam quis populus exceptit oculis, ut non aversionis quidpiam, & laten- tis, velut contra clandestinos emissarios, suspicionis præseferret; ast ubi candidissimus agendi modus, ac syncerum de omnibus bene me- rendi

rendi studium patentissimè eluxit, nemo fuit, qui non se se penitus
formandum ipsis, ac refingendum gestiret committere. Quem ex 669.
eo tempore Fuerzena universa pedem fixit in Religionis Catholicæ se-
mita; firmiter in eadem magnis in præsentein usque diem tenet pro-
gressibus. In urbe Augustana ipsa magnam pro Orthodoxorum ju-
ribus vindicandis necessarium fuit subire disceptationem. Pistorum
tribus, quæ in tanta civitate numero valens haud modice, maxi-
mam tunc partem Lutherò adhærebat, legem tulerat tribunitiam, ut
nemo pinsendi jus obtineret, nisi pistoris, qui unà civis esset, filiam du-
ceret. Effecit tam arctus Municipij obtinendi limes, ut multi pi-
stores juvenes, qui opificij exercendi causâ Augustam venerant, mu-
nicipio iplo & lucri quanticunque opportunitate, ac spe, carere,
quàm cum Lutherana conjugé sociari mallent, licet aliqui tamen ad
conditionem hanc, utut perniciabilem, descenderent, atque ad Lu-
thericos transirent; unde factum denique, ut cùm centeni Augustæ
pistores essent, vix unus censeretur Catholicus. Putavit Martinus
Friccius è Nostris unus zeli sui munus esse, ut Magistratui per gra-
ves, fidósque homines ob oculos poneret, quàm statutum hoc tri-
buarium multis, iustissimisque ex causis tolli, inducique oporteret.
Facile cogitatu est, quanta, ne hoc fieret, tribulum concursatio fue-
rit, ac repugnantia. Vicit tamen postulati æquitas, ut tam perniciosæ
inæqualitatis consuetudo, quam sola nonnullorum invexisset vel audacia,
vel oscitantia, contrario aboleretur Senatus consulto, quo, adnitentibus
præsertim Octaviano Secundo Fuggero Duûmviro, ac Bernardo Reihin-
gio Senatore, permisum fuit advenis pistoribus, dependâ pecuniae certâ sum-
mâ, & jus civitatis, pinsendiq; panes sibi, ac posteris comparare & libertatē
simul, quam quisque vellet, uxorem diligendi. Fuere mox Ortho-
doxi nonnulli, qui confessim opportunitate hâc usi, in civitatem jux-
ta, & pistoriā tribum ut reciperentur, consecuti sunt; ac eo quidem
numero, qui sufficeret ad resuscitandum vetus, idque piam
Sodalitium, quod pistores, cùm adhuc omnes essent Catholicî, uni-
versæ tribûs impensis olim erexerant, additâ lege tribunitiâ, quam
Magistratus Reipublicæ approbârat, ut singuli ex hac tribu statam æris
conferrent symbolam, expendendam in Sodalitij functiones sacras,
& exornandum Altare, quod in Templo Cathedrali sanctæ Matris An-
næ dicatum honori, pistorum tribui ad pios usus concessum hodièque
visitur. Et portio quidem antiquitus præscripta pendi ad ea usque
tempora consueverat; sed, cùm Sodalitas penitus intercidisset, non
nisi inter profanas, profulásque epulas, & compotationes abliguriri
solita. Facilè tamen Noster, qui, ut pristina Sodalitas instaurare-
tur, effecerat, ut, quidquid deinceps pecuniae juxta primævam le-
gem, Senatus auctoritate fultam, à quolibet pistori, qui familiam
duceret, contribuendum foret, non alios in fines expenderetur, quàm
quos tribunitia statuta usque ad Lutheranos observata, nunc
rursum innovata, determinâssent. Tam profundè, firmiterque co-
natus hi Sociorum pro Religionis, atque etiam domesticæ utilitatis
incremento in Catholicorum pistorum animos descenderunt, ut ex
hoc anno nunquam aliunde, quam ex Collegio petendum constitue-
rent, qui statim quolibet trimestri Conventibus, piam ad Sodales di-
ctionem habeat, ad sancti Martini, eo in loco, ubi sancta Hilaria
sanctæ Afræ Martyris Mater, & ipsa quoque Martyr, Aedes habu-
se perhibetur, quas à Clericis Regularibus, qui eas diu incoluerant,
desstitutas, Embrico Episcopus Augustanus duodetrigesimus, à Port-
neris, olim Patriijs accepisse legitur, quibus deinde in claustrum

mutatis deyotas illic Virgines imposuerat, donec anno supra lcs. quimillesimum tricesimo septimo scholæ publicæ fuerunt eo loci collocatæ. Nec esse arbitror, cur pœnituerit hucusque Congregatiō nem hanc, quod ad sui conservationem, multiplicemque privatim æquæ, ac publicè religionis augendæ splendorem illos Exhortatores, suasoresque adhibeat, quos primi viroris innovati potissimos autores, adjutorésque habuit; nam ea in hoc usque ævum incrementa cepit Catholicorum in urbe Augustana pistorum simul, & qui illis foederati sunt, molitorum numerus, ut in sacra, quam dixi, Sodalitate, non adnumeratis molitoribus, pistores censeantur nonaginta.

674. Non ita sapuerint adversarijs studia nostra pro Catholicis pistoribus, ut non pro pane lapidem sibi objectum putarent, quem utique Boij Pinci-
pes Socijs Augustanis concoqui nec posse, nec debere dicerent; itaque cum Bojarizæ Prin-
cipalium cipes intellexissent, nova adversus Collegium Augustanum coqui cō-
natum silia, veterem quoque erga illud beneficentiam, tutelamque festinâ-
innovant, novum ad-
dopt- runt innovare. Ante annos complures, ut suo loco expositum est,
privilegium rite signatū miserant, quo Socijs, si quando Augustâ ejicerentur, Fridbergæ, aut Landspergæ in propinqua Bavaria, demili-
cium clementissime obtulerunt, hoc anno nullos huic hospitalitati limites, nullas locorum, nullas temporum posuerunt metas. Scriptis
legitimè tabulis facultatem, potestatēmque dederunt, quocunque evenitu Socijs Augusta migrandi posthac necessitas incumberet, libe-
rum jis foret, locum, ex omni Bavaria, quem vellent, ad habita-
tionem diligere. Luculentius fuit quod addiderunt beneficium, illi
nimisimum æquale, quod, hoc ipso anno Ratisbonensi Collegio imper-
titum suisse nuper dicebamus, ut deinceps Collegij Augustani Rector:
ipsumque Collegium, quantum ad eas possessiones, quæ in Bojaria sunt, attinet, juribus, ac privilegijs omnibus gauderent, quibus cæte-
ri Religiosorum Ordinum quorumcunque in Bavaria provincia per-
fruuntur. Tanta, tamque valitura Imperi Principum literis consig-
nata beneficentiae testificatio ingens lenitatem fuit minuendo luqui,
quem toti Collegio peperit obitus Marci Fuggeri, cuius quanta, quā-
que beneficia fuerit in Societatem propensio, Prima nostra Pars de-
monstrat.

675. Natus ex Antonio Fuggero, & Anna Rehlingia de Horgau, anno sesquimillesimo undetricelimo, cum post duodetriginta exinde annos
geri in Col-
legium Au-
gustanum
beneficen-
tissimi
mors &
Legium
Sibyllam, Gyllichni Comitis Ebersteinij filiam, conjugio sibi copulasset,
non curis, non sumptui pepercit, ut stabilem Familiæ nostræ Sedem
pararet. Dux potissimum causæ ad hoc eum impulerunt: parentis
primum Antonij, relicta testamento, extrema voluntas, quâ hæredes
adjuravit, ut negotium istud, è cuius medijs curis mors illum interce-
pisset, ipsi perficerent: dein multò magis Sibyllæ Conjugis ad fidem
Catholicam reductio, quam olim in Lutherana hæresi obstinatam me,
minimus, Petri Canisij specie, in somnis prodigiose objectâ, cum vi-
gilanti superveniens doctrinæ Catholicæ veritatem, ac monita salutis
efficaciter ingestisset, non modo recte monenti manus, sed eximis
super virtutis studio deinceps totam se dedisse. Marcus ipse ita se tra-
ctavit, ut universæ urbi ob morum gravitatem amabili cum facilitate,
& munificentia conjunctam, cum annum ætatis ageret quadragesim-
num sextum, Duumvir ad Republicæ Praefecturam Iudiciendam ele-
quis fuerit, geslit hanc quatuor omnino lustris præclarissimè. Cum
vi,

videret celeberrimæ fundationi, quâ, sub enascentem Lutheri sectam, olim Fuggeri novam veluti civitatem, Catholicorum civium perenne Seminarium, in suburbio Jacobæo condiderant, Aediculam sacram deesse, grandibus sanè impensis providit, ut tum Sacellum sancti Marci nomine dedicatum adstrueretur, tum Sacerdoti, minimum quavis hebdomade ter sacrificaturo curaretur stipendium, & uni ex Collegio singularis Dominicis habendæ Catecheses officium demandaretur. Bahenhusæ, gentilitio Fuggerorum oppido, scholarum trivialium magistro non mediocriter ad acuendam industriam auxit salarium. Ut quinquaginta ex diversis Fuggerorum famulitiis indiget, morbidive in Xenodochio Waltenhusano à Fuggeris condito alerentur commodiùs, dena suo ære florenorum millia adjectit, quin ut Eruditum quoque Obrem literaturæ suæ. quâ pollebat exitiâ, opibus locupletaret, Cæsaris Baronij Tomum Historiæ Ecclesiastice Primum in vernaculam linguam convertit ex Latina, ex Græca Nicephori Callisti Libros Historicos octodecim. Georgij verò Cedreni Historiam convertit Latinè, strâque, & Joannis Germani Fratris impensâ prelo subjecit: non tamen antequam Augustanis Socijs Græcorum hæc Authorum scripta solerter excutienda, & si quid Græcanici Schismatis adversus Ecclesiæ dogmata inveniretur, repurganda tradidisset. Extinctus anno vitæ sexagesimo nono, sepultusque est in eodem, quod ad sancti Udalrici exornaverat, Divi Andreæ Sacello, in quo & Sibyllam conjugem ante annos octo composuerat. Epitaphium marmori ibidem incisum tanto libenter exscrobo, quod non modo hyperbolice nihil, sed nimis quam modestè, & propè infra verum, meritâque scriptum legatur.

D. O. M.
MARCO FUGGERO
Baroni in Kirchberg, & Weissenhorn, qui Rudolpho II. à Consilijs fuit,
Mores, & Urbes hominum vidit,
Familiae suæ decus asseruit, Rempubl. perturbatis temporibus
Fide, auctoritate, prudentiâ sustentavit.
Artium bonarum studiosis, egentibusque
Prolixè opitulatus est, & Rem Catholicam corde
dilexit suo,
Hæredes curaverunt,
Obiit XIV. Kal. Julij anno Salvatoris MDXCVII.

Ex altero, quod præter Augustanum in vicinia Societas ad id temporis habuit, domicilio, pares, ut Augustæ, factæ sunt profectiones, pari item labore, pari etiam fructu; nam Dilingâ quidem in Sueviam inferiorem rursus itum est Elvacum. Oettingam Rhætiaz, Wallersteinium Comitis Oettingani Arcem, in Sueviam quoque Superiorum Campidunum, vicinamque oram, duos & septuaginta vicos Antistiti, ac Principi Augustano subiectos complexam, ex quibus incolæ tanto nu-

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

mero longè, latèque confluabant ad crebras, quæ sunt habitæ, conciones, ut nulla esset, in qua non duo saltæ auditorum millia censemperentur. Quam frugiferæ fuerint hæ circuitiones uno ex multis argumentopatet; ad fidem nempe Orthodoxam reduci fuerunt duo super sexagenos. Quò Socijs ipsiis ob paucitatem ire non licuit, libellos emiserunt, salutaribus, quicis pleni erant, monitis vicariam veluti operam præstaturos. Tot profecto millia pagellarum, quibus ratio examinandæ conscientiæ, & Confessiones rite instituendi est tradita, evulgata sunt, & expedita, ut per Sueviam quidem patræ superessent domus, quæ tam compendiosi simul, ac utilis magisterij opportunitate non uti satagerent; Quin & in Helvetiam, ac Tirolim postulata est magna soliorum horum levissimo pretio parabilium copia, ex qua solus Bambergensium quoque in Franconia Antistes Nidhardus Thyngius pro sua Dioecesi pecuniam misit, quo sex centum millia coemerentur.

Concedatur, amabò, ut calamus, qui describendis aliquarundia excursionibus sacris intentus fuit, per diventicula, alpèisque Oenanæ ad Tirolim, atque inde ad Rhenum veluti pedetentim proficitatur. Vocat oculos tristis primò, brevi tamen metu, luctuque finitura scena. Mense Julio, sub ipsam noctem medium, Halæ fulmen in ipsam Tem-

677. Hale incendi pli nostri turrim excussum fuit. Exarsit momento flamma, quam pridiuum ex fulmine conspexit urbis Prætor Georgius Manhartus, qui ipse tunc, quod mine in turpi plures militum centuriae die altero in Hungariam descensuræ stationem in urbe haberent, multiplici, quod evenire potuisset, præcauturus in commodo, laudabili sanè vigilantiâ plateas obibat, ad hujus voces exticti oppidani concurserunt illico, ac inter hos primarij, qui, monitis Nobis, ut ad servandam supellecilem, & opem, sicuti necessum foret, Virginibus Parthenonis ferendam, securi discederemus, restinguendo incendio, mutatis horribus, laboribusque strenuissime incubuerunt ita, ut intra unius horæ spatium supprimeretur penitus, & extinguetur periculum, manifestis tamen indicijs, humanæ industriae præpotentiorum multò adlaborasse benigni Numinis Providentiam, quippe in primis ne forniciem quidem perrupit fulmen, sed innoxium, quam latum testudinis dorsum erat, decurrit. Dein, culpâne, an errore factum est, ut, cum pars populi multa jam esset in Templo, valvae subito occiderentur, ut nemo jam, qui foris esset, ingredi, qui intus, egredi posset. Edituus, qui claves secum habebat, in ipsum turris per aliquot scalas evaserat fastigium, quo sui illum muneris evocarat labor. Dum curritur ad Collegium, ut aliæ peterentur claves, ecce tibi! patescit Templum, divinâ, an humana? incertum, humanæ profecto opis nullum in valvis inveniri potuit vestigium. Demum lac omne, flammis, quas sulphurata fulmina incendunt, ut fieri solet, restinguendis absumptum jam fuerat; tempori omnino: subfederat quippe ignis tam celeriter, ut aquâ modò non opus esset, quam forte in lactis defactum vasi, necio, cui infusam paraverant. Deprehensum dein fuit in cadi fundo non parum suis olei, quod lymphæ supernans, cum ellychnij quidpiam adhuc gâtcentis ex candela incidisset, mox novâ illud flammatâ instar lampadis animavit, resuscitando quam sponiendo incendio futurum aptius. Publicas DEO grates pro averruncato exitio festinârunt Socij, celebrato solemniter Officio, cui magna

678. Providentia divinæ in resto igne bona. restinguendo igne bona. ut aliæ peterentur claves, ecce tibi! patescit Templum, divinâ, an humana? incertum, humanæ profecto opis nullum in valvis inveniri potuit vestigium. Demum lac omne, flammis, quas sulphurata fulmina incendunt, ut fieri solet, restinguendis absumptum jam fuerat; tempori omnino: subfederat quippe ignis tam celeriter, ut aquâ modò non opus esset, quam forte in lactis defactum vasi, necio, cui infusam paraverant. Deprehensum dein fuit in cadi fundo non parum suis olei, quod lymphæ supernans, cum ellychnij quidpiam adhuc gâtcentis ex candela incidisset, mox novâ illud flammatâ instar lampadis animavit, resuscitando quam sponiendo incendio futurum aptius. Publicas DEO grates pro averruncato exitio festinârunt Socij, celebrato solemniter Officio, cui magna cum frequentia, & sancta jucunditate urbs pleraque interfuit. Oenipontanorum civium erga Socios propensionem auxit nova catechesis, qnam inchoârunt in Suburbio Trans-Oenano, ad Divi Nicolai. Collegij

679. Oeniponti iuchesta Catechesis ad S. Nicolai

legij Rectorem Joannem Fabrum ad novum id fulciendum caritatis opus pernoverat, quod usu compertum esset, magnam quidem in catechismo adesse pueritiae frequentiam urbanæ, non item suburbanæ, quæ, uti & adultior ætas, viæ tum longinquitate, tum difficultate, quin accederet, non raro prohibebatur; metus fuit non inanis, ne opera hæc quantumvis gratuita, & salubris, ut coeptis etiam optimis evenire solet, obturbaretur. Verum ubi Excelsum, uti vocatur, Regimen, seu Magistratus, qui tunc, abiente Principe, Tirolim moderabatur, nescio unde, intellexit, quid Socij cogitarent, unum è primis misit Senatoribus, qui significaret, non probari modò, sed magnopere commendari, quæ Collegium agitaret de aperienda in suburbio sacræ eruditionis novâ scholâ. Et aperta est, singulisque diebus Dominicis in præsens usque ævum frequentata.

Ad Rhenum appulsis, ecce! objiciunt se Nobis ferè in omnibus Sociorum Domicilijs, aut funera memoranda, aut funerum metus, & pericula, vel certè difficultates, quæ obnitendum fuit, aliæ. Collegium Societati, Templumque peculiariter Bruntruti ædificare decreverat Princeps. Fuerunt, qui adversus molitionem hanc in urbe tam parvâ, protestandi causas habere sibi videbantur, & opposuerunt se acriter, verum, ubi Princeps serio asseveravit, nisi acquiescerent, Halam (pagus est capax admodum, unâ non amplius leucâ Bruntruto dissitus) veluti locum Principi ex integro subiectum, mœnibus à se circumdatum, illuc nundinarum jus translatum, ibi scholas, Templum, ædes Socijs ædificatum iri, linguis demum, capitaque submiserunt. Itaque sexto Calendas Septembbris Episcopus ipse, ac Princeps, summâ, quâ potuit, celebritate, Templi, & Collegij ædificandi primum lapidem in fundamenta demisit, ac subinde gravi, & Pastorali profecto oratione exposuit, nihil se ardentius discupere, quâm ut universam Diœcesin suam videret Orthodoxam, cui desiderio complendo cùm hucusque Societatis Iesu officia nemo non experimento comperisset fuisse proficia, credere se, neminem simul fore, qui non judicaret, quidquid in Operarios tam utiles, prout mererentur, vitæ fructibus sustentandos expendi deceret, rectè & sapienter collocari. Et verò, ut factò coimprobaret, quæ sensa alijs persuasum ivisset, ex animo se dixisse, illico munificentissimus Antistes illos quoque redditus, qui in Burgundiæ finibus ad Prioratum Misericordiem olim pertinebant, ad fundationis ex Miseraco stabilitate auðiarium legitimè attribuit. Quanquam Socij non tam pro se unis, quâm pro sublevandis populi necessitatibus laboraverint, ingens quippe alimentorum caritas, & exinde fames Rauracorum oras invaserat. Plurima Bruntrutum confuxere mendicabula, quibus alendis cùm Princeps & suâpte misericordiâ, & nostri Sacerdotis monitu, stipem largiter impetriri iussisset, dispensatori idem Sacerdos se adjunxit, qui eâ occasione affluentis egenos, & Catechismo informatos, & neminem pane impetriri sineret, nisi priùs fidei capita, quæ memorizemanda acceperat, præstituto die, itidem memoriter reddidisset.

Quam Rauracis calamitatem famas, eam Helvetijs pestilentia induxit: cuius proinde periculum per vicinissimam Constantiam, Lacusque Acroniani oras latum terrorem sparsit, terror pietatem excitavit. Quapropter Socijs, qui Constantiæ Sedem habebant, jam septenis, jam novenis pro virili suâ laborandum fuit, ut incolis perinde,

& accolis spirituali nostrorum subsidio egentibus, vel adesserit ultro, vel praestò expertentibus. Itam est ad octo propinquas urbes, tota demque pagos, complura item Virorum, Virginumque Asceteria. Nobilissimi cujuspiam Monasterij Abbas, idem & Romani Imperij Princips, mitti unum Constantiam petiit cum in fine, ut cum illo conscientiae rationes per Confessionem rite componeret, quod deinde Praefusis exemplum cæteri in Monasterio omnes sunt imitati. Libitina interim, quæ ad anni Superioris extrema Lucernam penetrarunt, multa jam perfurebat strage, ut visum fuerit Magistratui, non modò, ab reptis lue viginti discipulis, Gymnasij scholas occludendas esse, verum Magistris ipsis, aliisque in Collegio servandis prospiciendum. Literas itaque ad vicinos Alceteriorum Praesides circummittunt, quibus publico Senatus munitionis sigillo petunt, ut, si quos Societatis ex Collegio Lucernensi homines ad illorum Coenobia alegari contigeret, benignè reciperen, ac donec malum deservesceret, recto, victuque juvarent; haud venturum quemquam, cui non Senatus suâ, & jutatorum Medicorum fide intactam eosque non tantum à contagio, sed omni contagionis periculo valetudinem constitisse testimonium dederit. Assensu postulatis Religiosorum Praepositi perlubenter, itaque paucò post decem in diversa Coenobia fuerunt dispergiti, Sacerdotes plerique, aut literaturæ humanioris Magistri. Ne nihil tam prolixæ hospitalitati rependerent, Societatis Ministeria, laborésque varios, quoad licuit, inter agrestes vicatim, pagatumque adlaborarunt exercere.

684. Sex in urbe manserant, devotæ caritati in omne momentum victimæ: Eorum, qui Unus semper Sacerdos, fraterque auxiliaris unus, mutatis vicibus in Lucerne horto suburbano, quem ab Joanne Pfiffero quondam Collegio donabant, laborem suisse diximus, sunt commorati, si moram tamen jis concessam res. licebit dicere, quos Dei, proximique amor, nullà aut diei, aut noctis horâ contineri sivit, quin ad afflatos peste affiduo excusum facerent, cum interea quaterni, qui in Collegio remanserant, avidissime præstolabantur, donec ad optatum, ut appellabant, Tusculem suum, hortum videlicet Pfisserianum, exeundi vices, ad ipsos quoque pervenirent; et si tamen interea vel sic jam alio in labore aliorum vices subirent, illorum videlicet, quos modo tantisper in tutiora amandatos diximus. Vix deni antea, qui Sedem hanc tenuerant.

685. multitudini Sacraenta salutis expertentium sufficiebant; nempe Everhardus Cremerius in obsequio leum quoque à summo Pontifice Clemente octavo evulgatum, multo plures, quam catenus, ad Religionis studia excivisset; hi nunc serè omnes ad solos, quos memini, quatuor confugiebant, ut prodigijs instar fuerit, tam continenter fatigatos perdurare potuisse. Unitamen, cui, si sensa humana species, vitam longiorem optares, beata sors obtigit in officio Christianæ caritatis animam ponendi. Everhardus is fuit Cremerius, de quo jam Pars Prima Historiarum hujusmeminit, quantâ Constantiam simul, ac prudentiam in Tirocinio, ex quo eum patruus extractum ibat, sese tenerit. Tam annis, & valetudine vegetus, quam animo inter varia, quæ haud semel exantlayerat, pericula imperterritus, ac zelo ardens, cum pro ea, quam laetissimus excepit, vice pestiferos conviseret, malo eodem oppressus, mente Augusto sublatus est.

686. Ampliori merito ut justa mortuis persolvamus, exigit Friburgense in Helvetia Collegium domestica simul, & externa ob funera. Peitus

683.
Lucerne ob iuuen
Socij dimitt
tuntur in
vicina Mo
nasteria.

Itis & hanc urbem contipuerat, quæ duos sustulit Viros Societati ad dictissimos: Primus fuit, Joannes Raze, militaris Centuriae Praefectus, qui Collegio, quamdiu vixit, quæ potuit viâ, auctoritate, ac defensione adfuit. Secutus illum est, subsecente juxta totius patriæ l. etu, quem inter mortales primum Authorem habuit Societas suæ in Rempublicam, orbemque Friburgensem receptionis Petrum Schnevelinum. Admodum hic adolescens Friburgo Viennam est missus, ut in Gymnasio literas humaniores condisceret, eodem tempore, quo Petrus Canisius inter præcipuas curas Academicæ, Gymnasticæque juventuti, ut à Pontifice. Cælaréque, & Ignatio mandatum fuerat, vel ab heresi revoçandæ, vel in Religionis, pietatisque studio conservandæ fructuosislîmè incumberet. Facilè erat in ea, quæ tuac fuit, motum licentia probam juventutis indolem à prava discernerè. Et in Schnevelino præcipue non communis ad pietatem propensio, nec vulgare ad literas ingenium effulgebat; quapropter etiam Canisius non obscuris ostendit indicijs, quām commendatum sibi haberet juvenem. Is vici illim, cùm eximiam erga Canisium venerationem, & ex ijs, quæ viderat ipse, audieratque, opinionem non de solo, sed universâ Familia nostrâ, longè maximam reportasset in patriam, non quievit, donec Friburgi stabile Societas Domicilium sit adepta, cum quo ipsa simul urbs stabilem Canisium nata est incolam, prout ad annum abhinc decimum septimum retulimus. Cæterum quantus vir fuerit Schnevelinus, cùm Societati per honorificum, & tantos habuisse fautores, gratâ, perennique memoriam sit dignissimum, ex Epitaphio patebit, quod totius Patriæ decreto ponè sepulchrum ad sancti Nicolai insertum, juvat integre descriptum inferere.

Multum Reverendo in Christo Patri, ac Domino Domino Petro Schnevelino.

Patricio Friburgensi, Collegiatæ Divi Nicolai Præposito, & per triginta annos Ecclesiastæ, zelo, & doctrinæ ferventissimo æquè, ac gravissimo, Episcopatus dein Lausanensis Vicario Generali, qui tempore vocationis suæ, instauratis isthic literarum studijs, Sacrorum legibus labore per vigilii conscriptis, nec non omnibus ad decorum Domus DEI rite dispositis, & libera litera audiis, visitandarum Ecclesiarum opus unâ cum Episcopali Sede Lausanensi jam dudum vacans, in ea, quæ Catholicam Fidem retinuit, Dioceœeos parte, prudentiâ singulari aggressus, adventanti sub hoc Reverendissimo Domino Johanni Francisco Bonhomio, Vercellarum Episcopo, Nuncio Apostolico, ad id perficendum viam stravit, & eidem Urbis hujus, annuente

XGregorio^{III}. Pont. Max., insigni Societatis IESU Collegio, accitis illustrioribus ejus Societatis Partibus, exornandæ ansam præbuit, vitæ verò innocentia, animi in adversis invicti magnitudine, constantia, & puritate, rerum denique experientia clarissimus, siue in egenos perbenignus largitor, peste tandem hic grassante, dum alijs opitulari non destitit, sibi ipse minimè percit, sed eadem acerbâ lue correptus, Patrix, unus omnino, ut communis Parens erectus, vitam humanam cum Cælesti commutavit V. Cal. Augusti anno Domini MDXCVII, ætatis verò LVII.

Viro incomparabili Patriæ verò Patrono.

S. P. F. L. M. P.

Ut nullis sat verbis explicari potest, quād acerbum hæc mors toti Patriæ luctum attulerit, ita Petro Canisio fidelissimi amici jaclura intimè doluit, quā intelleqtâ, *Siccine, O Deus!* ajebat cum gemitu, *Ecclesia tua maximè frugiferos tollis Ministros, Ego iners, ac inutilis terra pondus adhuc vivo?* Ne penitus etiam Societati fata tollerent tam carum pignus, ipsemet Schnevelinus providit, dum, quod paulò antè mortem condididit, testamento postulavit, ut mortuus, proximè sepulchrum, in quod primus Collegij Rector Petrus Michelius anno priore illatus fuerat, sepeliretur; nimirum, ut corpore latem, quantum licet, illis jungeretur, quibus dum viveret, animo, ac studijs manserat conjunctissimus. Profuit hæc amicitia, etiamnūm hoc, quo extinctus est anno, dum operam Petrus paulò antè, opemque attulit secando suni, quem, nescio qui, Socijs nexuerunt trahendæ liti, quæ eò tendebat, ut, quemadmodum olim veteres Cœnobij Marsensis incolæ, ita nunc & Collegij Patres rationes accepti, expensique Magistratui Urbico exhiberent. Amoliendum non uno ex argumento vilum est id genus postulati, ob quod etiam, cùm Dcmus Rector Martinus Licius tergiversandi causas scripto expoluisset, nihil ultrà motum fuit. Ceterum, quæ lues ex urbe duos amicos, eodem ex Collegio duos fratres abstulit, Casparum Bullingum, Poëeos in Gymnasio Professorem, ac Thomam Huiter.

688.
Lis de exhibendis rationibus finita.

689.
Peste tuberculosa Bullin-
gius, ac Thomas
Huiterus.

Inter Allobroges hic natus, atque ex Gallia Friburgum missus, cum triginta jam annos in Societate auxiliaris frater exegisset, summæ loco gratiæ Moderatores exoravit, ut Sacerdoti, qui contagione infectos convilendi facultatem obtinuisse, socius ire permetteretur: iverunt ambo, ambo post aliquot dies veneno afflati, ad mortem decubuerunt. Præcessit Huiterus, deprecatorē se fore pollicitus, ne Sacerdos sequeretur: & convaluit is, nemōque fuit, quin Thomæ precibus servatum ambigeret.

Sab.

Sublatus quoque est, haud quidem malignâ luc, sed acutâ Febrâ altero anni mense Rhetorices Professor Sacerdos Richardns Eustathius, tirocinio Romæ ab soluto, missus ante decennium in Provinciam; uti Eustathius. Item Febrî Richardus stemmate inter Hibernos illustri, ita multò illustrior virtute extitit, patientiâ præsertim plenæ doloribus invaletudinis, cui demum, cùm febri-les æstus accessissent, succubuit.

Quod ultimus anni mensis Elogium memorandum offert, utinam 691. Venerabilis eā, quam meretur, dignitate adornare sufficeret calamus! prolixius certè provehetur scriptio: ita magnitudo argumenti postulat, debitúsque in eum, de quo agetur, multipli ex titulo amor, & veneratio. Dicendum namque est de Petro Canisio, prô quali Viro! quantam is haud sòl Provinciæ nostræ, sed universæ Germaniæ scribendi materiam relinquit! Etsi enim ex compluribus, quæ à quatuor, & quinquaginta retro annis ab illo gesta sunt, sparsim hucusque exposita, nihil hic repetere sit a-ni-mus, neutiquam tamen absque nota ingrati erga Patrem suum animi reticere licet Provinciæ, quæ ex fidiissimis monumentis, quin & libris, sacchini. Ra-hodie tamen vulgo incognitis collecta, ad commune Societatis nostræ der. Tanner. solatium, & exemplum efferi in publicum nemo non exoptabit, pa-longius? lám quippe fiet absolutam Hominis ex Instituto nostro perfectissimi ide-am, providentissimâ Numinis bonitate, nobis fuisse concessam, ut pri-mum statim Provinciæ Caput, Rectorémque haberemus Virum, & propriæ perfectionis, & alienæ procurandæ sipientissimum, cui ge-mino fini consequendo Canisium, si quemquam alium, & corporis, & animi habitudine præstitit DEUS planè perdonenm. Statura illi fuit 692. Corporis incurva, capilli densi, nigrantes, & nonnisi rara demum canitie statura & sparsi, uti & barba antea nonnihil ex nigro lubrufa. Oculorum uni, vires. cùm alteri nævus inesset, qui tamen vix notaretur, tam firma in perenni lectione mansit acies, ut vitro oculario, dum viveret, opus haud esset. Corporis cæteri ea nervositas, & vigor, qui ad habendas, in sexagesi-mum ferè nonum ætatis annum, una perlæpe hebdomadâ, geminas, ternásque conciones, catecheses, itinera longissima, quæ plurima pedes conficiebat, audiendas interea Confessiones, dandam perpetuis consultoribus audientiam, evolvendos Sanctorum Patrum, sacræque & profanæ Historiæ libros, vastas, per multasque lucubrationes, innu-mera denique, & diversissima maximi momenti negotia expedienda, abundanter omnino sufficeret.

Cum tam actuosâ perpetim virium, & corporis firmitudine con-juncta habuit non minùs insignia mentis ornamenta: ingenium cele-re, & perspicax; maturum cuvis rei, quantumcunque diversa oc-curreret, prudenter ordinandæ judicium; utpote multo simul usu, & experienciâ elatum: memoriæ, & reminiscendi vis cluxit admirabi-lis; inde præter idioma Belgij, usitati etiam in Germania Superiore ser-inonis, quin & Italici eam hausit peritiam, ut etiam pro suggestu, si qua se offerret occasio, ad populum eloquenter diceret, Latinæ porrò linguæ eam consecutus est perfectionem, ut stylo pariter, & ore, inter primos ævi sui Magistros haberetur, ut à Domesticis perinde, & exter-nis, si quæ Latinæ disserendi celeberrimis in Conventibus vices ita fer-rent, hæc non alijs, quam Canisio deferrentur. Nervosa illius, soli-daque & dictio fuit, & scriptio, amœna simul, & erudita, & inprimis perspicua: nec illorum aliud esse, opinor, judicium, qui relicta ejus 693. Dotes ani-mi. 694. Liguarum peritiae. 695. Et in scri-bendo, ac dicendo claritas a-mœna.

Volumina hodie adhuc sanis oculis perlegunt, quin pariter videant ex ipso scribendi stylo indolem Authoris moderatam profecto, candoris absque ultius irritamento studiosam. Adjuvit hanc sonora vocis amoenitas, virilis formæ species, gestus demum gravis, & ingenita, quæ placere debebat, concinnitas.

696. Tam eximijs naturæ donis supervenit peculiari haud dubie Moderato^ris rerum omnium destinatione, potentissima naturæ alumna educatione. Eschius perdoctus omnino, & non communis sanctimoniz Sacerdos, paulò postquam disciplinæ suæ concreditam à parente Nicolao

Nicolaio E-
ducatio sub
Nicolao E-
schio Sacer-
dote. cive Noviomageni ornatissimo filium accepit, surculum sibi traditum suisse perspexit, qui in frugiferam olim excoli posset arborem; quapropter solertiæ nihil, culturæque omisit, quæ tractabilem prorsus, & obsequentem alumnū ad virtutem omnem, probitatē inque educaret, idque tantò felicitis, quanto syncerius amantisimum Præceptorem redamabat, colebatque Petrus, eousque, ut crebris, quas deponebat Confessionibus, soli conscientiam aperiret Eschio, & quoties cubitum noctu discederet, sponte prius ad eundem se conferens, transactæ diei rationes exponeret, & fideliter, quæ pia Magistri monita observasset, quæ neglexisset, indicaret, veniamque, aut poenam omnino, admisæ negligentia peteret. Tam salutaris catechizatum inter, & catechizantem communicatio id effecit brevi, ut nihil jam terrenum sapiens Canisius, longè seniora, sanctioraque animo volveret, contemplatus quina talenta, quibus à DEO instructus esset, firmæ nimirum valetudinis, perspicacis ingenij, profectus in literatura humaniore, progressus in disciplinis severioribus, eloquentiæ pluribus, quas in Academia habuerat, declamationibus communi applausu probatæ, abundantè sufficere, ut non propriam tantummodo animam, sed alienas etiam DEO se lucraturum sperare possit; religioni sibi duxit, acceptam à DEO pecuniam defodere in terra. Itaque, postquam undeviginti annorum

697. juvenis, castitatis votum jam ediderat, biennio post totum se supremo statu am-
plecti de-
cernit suæ,
& alienæ
saluti ac-
commodum. Numini in Societate JESU, quæ ante triennium inter Ordines Religiosos legitimè adscripta erat, consecrata, ac devovere constituit. Quam lœta Petro Fabro cognominis sui Sodalis ad Societatis Institutum summè idonei fuit accessio, Moguntiæ ut aliquando diximus, facta, tam ju-
cunda, & summi loco beneficij habita fuit Canisius, præfertim, postquam illico usu, visuque expertus est, omnia se in nova hoc Instituto, quod amplexus esset, invenire paratiissima ad geminum, quem sibi proposuisset, consequendum finem: propriam nimirum perfectionem, & salutem proximi. Ad hos duos cardines sua deinceps omnia defixit cogitata, actionum copta, progressus, terminos,

698. Et propriæ quidem perfectioni procurandæ, primæ ipsi cura fuit, ab-
Proprie- bices tollere, quos militare adversus spiritum assueta caro, virtutis iter
perfectionis ingredientibus molitur ponere. Hujus proin ante omnia rebellandi au-
studium in- daciā putavit esse retundendam, inclemēti tractatione sensuum,
cipit ab ex- & ultroneo corporis cruciatu, quem exercebat perenniter. Omnes
pulsione gustui non modo subtrahebat delicias, verum satietatem quoque: tam
vitiosorum abstemius, ut jejunium agere videretur perpetuum, ab uno prandio ad
habituum. alterum gustare quidquam raro notatus, quanquam ita parce prandere
700. solitus, ut tota hebdomade vix tantum cibi caperet, quantum aliis uno in
Admiranda prandio. Carnibus vescebatur parcissimè, moreta sibi magis sapida, &
illius abſi- salubria esse dictans, vini usus modici, atque adeò dilutii, ut merum
nentia. aqua

699. Et propriæ quidem perfectioni procurandæ, primæ ipsi cura fuit, ab-
Proprie- bices tollere, quos militare adversus spiritum assueta caro, virtutis iter
perfectionis ingredientibus molitur ponere. Hujus proin ante omnia rebellandi au-
studium in- daciā putavit esse retundendam, inclemēti tractatione sensuum,
cipit ab ex- & ultroneo corporis cruciatu, quem exercebat perenniter. Omnes
pulsione gustui non modo subtrahebat delicias, verum satietatem quoque: tam
vitiosorum abstemius, ut jejunium agere videretur perpetuum, ab uno prandio ad
habituum. alterum gustare quidquam raro notatus, quanquam ita parce prandere
700. solitus, ut tota hebdomade vix tantum cibi caperet, quantum aliis uno in
Admiranda prandio. Carnibus vescebatur parcissimè, moreta sibi magis sapida, &
illius abſi- salubria esse dictans, vini usus modici, atque adeò dilutii, ut merum
nentia. aqua

aqua, non aquam mero temperando adhibitum fuisse dices. Quam abstinentiae assuetudinem etiam tunc retinuit, cum mensam Principum, Virorumque nobilitate eminentium devitare haud posset, quod vel ipsi more suo illum uti permetterent, vel Petrus dextrè assidentes minutulis dapum sectionibus, & sermonis eruditio copiosa amoenitate noverat distinere, ut auscultare duntaxat avidi, quid cætera ageret hos, non adverterent. Ab otio illum ad temporis parsimoniam accuratissimam, serasque vigilias adstringebant assidua, quæ ultroneam dudum in legem abjerat, concionum, librorumque elaboratio, cum interea ne sellitanti quidem corpusculo moram quietcendi indulgeret, aut interveniens sœpe aculeatis è lamellis, tortilibusque funiculis flagellatio, aut perpetuus ferè ex hirto cilicio affrictus. Certe cum se taceam vestem continuo usu detrivisset penitus, lacerassetque, in extremo senio ab Ordinis Carthusiani Cœnobiaracha pro veteri, quæ inter DEL Servos intercedere solet, amicitia, aliam, quâ uti posset, emendavit. Neque si quid querelarum adversus Canisium ex Provincia Romana perscriptum esse audirent Præpositi Generales, unquam suâ se suspicione falli fuerant experti, cum dicentes, accusationem rursum adfore, quâ Canisius deferretur nimis erga seipsum, quidem solùm, severitatis, quæ in vexando corpore moderationem exposceret; quare jussus demum est accurate omnia, quæ in hujusmodi cruciamentis susciperet, cum Rectore Collegij communicare, &c., quidquid is statueret, obsequi. Et verò moderatione opus fuit; alias, cum paucis ante mortem diebus jejunium ab Ecclesia præscriptum incidisset, eādem, quâ haec tenus austерitate, quâ ne quidem coenulam modicilliam die esuriā accipere sustinebat, legi Ecclesiaz, quamvis utique tum haud stringenti, obtemperaturus fuerat, nisi aliter ab Martino Licio Collegij Præside, fuisset judicatum. Atque his armis, quoruī perennem in ultimam usque senectutem usum habuit, animo exterminavit tētrimum, summeque noxiū virtuti monstrum, amore propriū; hoc enim solo sensus, caroq; ad mentem pessimis cupiditatibus deformandam utitur, quibus expulsis purgatus Canisij sp̄ritus aptissimum se præbuit recipiendæ, quam sanctitas introducit, universalis Virtutis formæ.

Hujus dum imaginem e typam stylo adumbrandam suscipio de 703. ijs virtutibus initium facio, quibus seipsum primò obarmare, ac dig. Virtutis ad suipius perfeccio. num JESU, ut deceret, militem in illius Societate studuit repræsentare; tam profecto egregium, ut inter Doctores primarios numerari sit meritus. Et fidei quidem scutum inexpugnabile, quam fortiter gesserit, vibraritque, post emicabit luculenter, cum breviter enarrabimus, quantum pro asserenda, ac prolatanda fide egerit, tuleritque. In suo, quod paulo ante mortem conditum reliquit, testamento, animam ipse suam vehementi ardore incitat ad agendas DEO perpetim gratias, quod, iam pervadente Germaniam hæresi, Catholicis prognatus parentibus, Catholicæ fidei dogmata veluti cum lacte imbibisset, nullo unquam vel consortio, vel exempli toxicō vitianda. Liquet hoc ex clausula, quam præclarum, spissumque Opus de Beatissima DEI Matre, seu, ut appellant, *Mariale* terminat. Profitetur ibi Lutherum à se non agnisci, Calvinum rejici, reprobari omnes, quotquot ab Ecclesia Romana Catholica dissentiant, eamque ut veram credendi, quæ ad DEUM, animique salutem pertinent, Magistrum, Regulamque non habeant. Exultare est solitus toto spiritu, quoties magnum, prosperumque aliquid pro Catholicæ rei augmento gestum fuisse intelligeret.

701.
Fuga otij,
castigatio
carnis.702.
Cujus mo-
deratio ipsi
præscribi
debuit.

Quod si infesta continget, intimo licet doloris sensu afficeretur, his tamen se, aliosque verbis consolari assverat: Hand, amabo, deict Nos finamus, ne vacillemus quidem: Petra, supra quam fundati sumus, firma est.

704.
Spes in Deum, & A-

Fidei tam solidæ fundamento æquè robustam inædificavit spem in Deum, ac fiduciam. Hac animatus in media non raro, cùm negotiorum pro DEO susceptorum exposceret necessitas, se ìm̄anisit vitæ pericula, illud perpetuò auditus dicere: Si Deus pro nobis, quis contra Nos? Dominus fortitudo mea, quem timebo? Quid enim formidaret, qui unius DEI offensam veritas, Iesusdem simul unius amore, & caritate incensus, nihil non aggredi est ausus, quod ex maiore Numinis gloria futurum cernebat, sanguinem idcirco prodigere non modò non refugiens, sed percipiens. Cùm Viennæ Religionis causâ

705.
Pro illius gloria Mar-

tyrii cupida. ingens coorta esset perturbatio, ad unum è Socijs ita scribit: Brevis fortasse Vienna Martyres dabit, ex quibus, utinam partem babere aliquam mereamur! nunc fortes in acie Christi milites stare, omniaque adversa contemnere, Et ad mortem quamvis horrendam paratos esse, tempus requirit, Et hac professio jubet in Christo JESU.

706.
Paupertas religiosa,

**Cum ternis, ad quas ipsa Naturæ Theologia nos instigat, virtutibus, ternas alias conjunxit Petrus, ad quarum exercitationem perpetuam Religiosi Ordinis Professio voluntarij unumquemque voti lege obstringit, paupertatis videlicet, castitatis, ac obedientiae; Ac de paupertate quidem, ambigas, an non, ut ab Sociorum quovis Ignatius exposcit, hanc, ut murum, habitam Canisio, vel potius Canisium paupertati pro muro fuisse dicendum sit; adeò pro illa tuenda semper stetit, utpote, quam à teneris jam annis tenerimè amare coepit. Nequaquam Petri Genitor Jacobus avebat, ut filius vita extra seculum agendæ nuncium remitteret; itaque peculijs subsidia, quibus inescari adolecentes amant, haud parca manu submittere erat solitus; eo ære liberos coëmere jucundum fuit Petro, quos dein pauperculis condiscipulis dono dedit, nihil sibi reservare solitus. Eadem animi excelsitate, cùm Parens frustra nuptias divite cum dote obtrusum iri præsentiens, opulenta saltem, splendidaque Sacerdotia paraturum se filio promitteret, disertè illa se accepturum negavit Canisios; aliud nimirum, ut mox dicemus, jam tunc mente actitans. Ubi seipsum Societati consecravit, voluntarij simul inopiz studium secum intulit: patrimonij; quod à Parentis obitu ad ipsum pervenerat, partem maximam in pauperes externos, ægrè licet ferentibus conflanguineis, est elargitus, modicā duntaxat portione in Nostros translata, qui tum in Academia Coloniensi degebant, pauperissimi profecto & ipsi, alieno cùm techo, tum victu mendicato utentes, quibus saltem ære, quod Petrus attolerat, domus conduci potuit, in qua simul aliquamdiu habitarent; quanquam & hanc non multò post excedere compulsi fuerint. Pro Officijs, laboribusque plurimis, quos bono publico, & ipse metuerebundos conqui-
sivit, & aliunde demandatos subiit, nihil unquam admisit stipendijs, ac ne eleemosynæ quidem, si qua speciem mercedis pro spirituali opera præseserrret; unde neque ex librjs, quos studiosissimo labore magnâ, ut videmus, copiâ elucubravit, avidè coemptos, ab alijs lucelli aliquid ad se redire passus est; quin severâ ubique vigilantiâ incubuit, ut à Socijs inviolata servaretur Ordinis nostri lex i gratis ex Apostoli monitu dandi, quod gratis accepissent. Cùm in Germania mos necdum sit**

707.
Quam ad-
huc in secu-
lo amavit.

intro.

708.
Societatem
ingressus
maximam
patrimonij
partem re-
linquit pau-
peribus.

**Ubi seipsum Societati consecravit, voluntarij simul inopiz studium secum intulit: patrimonij; quod à Parentis obitu ad ipsum pervenerat, partem maximam in pauperes externos, ægrè licet ferentibus conflanguineis, est elargitus, modicā duntaxat portione in Nostros translata, qui tum in Academia Coloniensi degebant, pauperissimi profecto & ipsi, alieno cùm techo, tum victu mendicato utentes, quibus saltem ære, quod Petrus attolerat, domus conduci potuit, in qua simul aliquamdiu habitarent; quanquam & hanc non multò post excedere compulsi fuerint. Pro Officijs, laboribusque plurimis, quos bono publico, & ipse metuerebudos conqui-
sivit, & aliunde demandatos subiit, nihil unquam admisit stipendijs, ac ne eleemosynæ quidem, si qua speciem mercedis pro spirituali opera præseserrret; unde neque ex librjs, quos studiosissimo labore magnâ, ut videmus, copiâ elucubravit, avidè coemptos, ab alijs lucelli aliquid ad se redire passus est; quin severâ ubique vigilantiâ incubuit, ut à Socijs inviolata servaretur Ordinis nostri lex i gratis ex Apostoli monitu dandi, quod gratis accepissent. Cùm in Germania mos necdum sit**

709.
Nullum pro
laboribus
stipendum
admittit,
nec à Socijs
admittit.

intro.

Introductus fundare hospitia publica, in quibus viatores egent, si quidem corpore valeant, gratis aliquamdiu diversari possint, haud respuebat Petrus, si quando, ut à multis certatum fiebat, diversorum ab amico oblatum acceptare regaretur, eā tamen conditione, ut pauperis in modum tractaretur; domum certè Marci Welleri, quem Seniorem Augustani appellant, cælibis, Sunamitidem suam vocitabat, quod, ^{710.} Marci tam
cùm sæpe Augustâ transeundum esset, Heliæ instar, paratum ab hoc Senioris
Patricio cœnaculum illic, & Oratorium inveniret. Ut in Provin- hospitio
cia morem induxerat, ut Socij non alterius quam laneæ, lineæve gratuito ut
texturæ pallijs, cæteroque amictu uterentur eā formâ, quā tunc tem- titur.
poris Clerici Römæ, ac plerisque in locis incedebant, ita & ipse nihil ^{711.} Pauperes
peculiare in materia, modoque se vestiendi admisit unquam, unde su- in Societas
pra quemvis alium familiæ Sacerdotem differentiæ quidquam appareret; rem indu-
crebra quin etiam, longaque itinera, uno duntaxat comitante Socio, u.
& baculo fultus emitiri consuevit. Collegiorum structuram dirigendi ^{712.} Et in habi-
cùm penes eum potestas relinqueretur, aut arbitrium, formam delegit, tatione.
in qua necessitatis potius, quam commoditatis unica, splendoris autem
& magnificentiæ nulla haberetur ratio; unde nostris adhuc diebus, quæ
superlunt, Canisij tempore, ejusque designatione erat Domicilia, æ-
dificia nominantur *Canisiana*. Quodsi in aliquibus immutata sunt
quædam hodie, vel ad habitationem illa pertinent, vel ad Templæ. Et
Domos quidem quod attinet, quas habitamus, immutandi quæpiam
causæ erant multiplices; quippe aut ruinosa evaserant Domicilia vetera;
aut regioni aëris exposita insalubri, aut capienda incolarum, qui jam hic
jam illic ob novas scholas, aliisque officia plures accesserunt, multitudini
nimium angusta. Crevit interea multis ex adjumentis, vel frugalitatis Oe-
conomicæ, vel alienæ, quam profecto in nostra Provincia hucusque ex-
titisse grati profitemur, beneficentia fundus, ex quo Collegia nonnulla
in meliorem utcunque formam extolli possent, quam cui sub prima æ-
dificationum primordia Canisium graves ommino rationes adstrinxerat.

Quanquam in illis Collegijs, quæ à Canisio posita, ævo interea no-
stro aut interpolata, aut commodiū fuerunt exstructa, utrum si cum ^{713.} Monacensiæ
alijs quibuscumque ædificijs comparentur, indignationem, ac invidiam
mereantur, ob singularem, ac nimium splendorem, (quem nemini in- certè Col-
vidisse, aut exprobrasse velimus) penes justos rerum æstimatores arbi- legij splen-
trum esto. Ex adverso potius in ipso Monacensiæ Collegio, quod in dor post
Provincia præ alijs celebratum est, cùm Fundatori Guilielmo irriti, ac demum vix non molesti, ut alio in loco dictum est, deprecatores suis mortem
semus, ut magnificentiæ in condendo Collegio modum poneret, vix Fundatoriæ
Maximilianus filius Parenti piissime defuncto successerat, cùm inter pri- immi-
mos, pro quibus obtainendis supplicavimus, favores, id fuit, liceret ca- turus.
vædij, quod inter Gymnasium majus, & Collegium interjet, posita
in quadrum peristyla muris, atque ira Momis simol, os intercludere,
nimiam velut in his ambulacris superbia in admordentibus. Eadem
occasione impetratum, ut obstructa, quæ versus aream, quam hodie
Patrum de Carmelo Cœnobium occupat, visendi operis Collegij portæ,
januam inter utrumque Gymnasium liceret aperire; ut & geminum,
qui in secunda, tertiąqne contignatione amplius aulæ in modum pan-
debat, xystum, appositis utrinque cubiculis, æctiorem reddere, ut
hodie brevem potius, aut tenebris casam, quam superflue, ac fastuose
dilatatam incusare possis ambulatiunculam. Ad Tempia quod attinet, ^{714.} Templo-
immortales mirabundi grates DEO agimus, cujus bonitate effectum est, rum Socie-
tatis veterum angu-
ut sive recessi

*farid sunt
ampliande.* ut operam Societatis spiritualem usurpare volentium populorum tantus sit cursus, quantum sub prima Coetus nostri exordia animo præfigire nemo est ausus; unde evenit, ut sacræ Ædes, quæ tempore, circa quod Canisius valebat, & ex idea, quam ipse præformare solebat, extructæ fuerunt, pleraque in prælens, quod exercitia Religionis obeuntibus nimis angustæ fuerint, aut sint dirutæ, substitutis alijs, aut certè magnam partem ampliatæ.

715.
Proventu-
um incre-
menta nihil
in minuunt
in usu pau-
pertatis.

Cæterum illud non reticendum hinc autumno: et si quemadmodum aliquot Provincie Collegia in egestate, quâ primitus fundata sunt, hodiéque perdurant, alia ex adverso, DEI potius benedictione, & Patronorum beneficiâ, quâm œconomiae peritiâ, industriâve, incrementi aliquid in proventibus naœta sint; horum tamen incolis nihil hinde, nec singillatim, nec in communem emolumenti accrescit, nihil remittitur in paupertate, cuius usum, formamque, ubi statûs sui certam firmitatem Provincia aliquando est consecuta, primus in eam Præses Canisius introduxit. Non modò, ut quisquam privatim, ceu proprium quidquam possideret, prouti leges vetant, severè omnino cavit, verum etiam, ut viœtus frugalitas, quam sanè procùl à lauitijs, & sumptuoso paratu abesse, nemo hodie ignorat, ubique locorum æqualis esset, invigilavit, quin vel ad officij, ac personæ, quam quis gereret, discriben, aut fortunas, quibus Domicilium unum præ altero autem fuit, respectari sineret. Hinc est, quod eadém Sociorum in amictu sit forma, ac materia; hinc in cibo summos, infimósque eadem tractandi ratio, ita ut, quod una in Domo nostra, quâcunque hebdomadis die in prandio, cœnâque apponi video, sciam, eodem die omnium in Provincia Collegiorum habitatoribus, quod prandeant, cœnentque, appositum iri: Iola in potu disparitas ijs in Provinciæ plagis necessariò tenenda est, ubi vina duntaxat, absque zytho confici ex lupulis solito, progignentur, quanquam illis etiam in locis certa solummodo, & eadem universis haustus portio sit præstituta: Hanc viœtus, vestitusque rationem, si quis pro illis etiam, qui œconomiae duntaxat juvandæ laborant, ne dicam, quos literæ, vel ad docendum, vel discendum, totos occupant, ultra paupertatis limites extendi arbitretur, id suadeo, ut opulentum quemlibet virum, aut literarum studijs, professionique intentum ad experimentum juxta hujusmodi vivendi normam, sed nempe perpetuam, invitandum curet, næ ille, si usitatas opulentis delicias inventurum se sperâset, paupertatis ex adverso fastidiosus, brevi opiparos magis quæreret convivatores. Unum porrò, alterumve hinc annotare expediet, nequaquam Canisium ex opificum, & lignatorum sensisse genio, qui eos solummodo homines laboriosos esse existimant, qui ad opera sua multâ vi brachia tollunt, ex adverso, qui literaria exercent studia, quantumvis totius contentionе ingenij, inter desides tamen esse numerandos, qui nihil agant, nisi quod otioso attritu sedilia defricent, multum merituri, si vel semela ossa, quæ fabri, ac cerdones reliquere, obtineant. Sublimius multò, ac, ut viri experientes consvérunt, dignius de hoc sensit Canisius; unde, quamquam iphus ad austeriorates corporis propenderet; cùm intelligeret tamen, eas Socijs functiones incumbere, quibus certè vires, si infirmæ sint, ac debiles, non sufficient, mediocritatem sibi in statuenda corporis curâ seständam proposuit, quæ communiter viris, Germanicóque sub aëre, cælóque degentibus esset tolerabilis, & subeundis ex Instituto, saltem non impar laboribus, ita ut in ea temperantiae virtutem adesse, & paupertatem non abesse quivis agnosceret. De quibus omnibus, uti & de reliqua disciplinæ formâ cùm Ignatium primo, ac dein Lainium Præpositos Generales

716.
Mediocri-
tatem in
viœtu, & ve-
stimenta cur in-
troduxit
Canisius.

717.
Quamquam
multi etiam

nerales edocuisset Petrus, certa præfigitione, quam quotidiano adhuc e-
ventu affirmari cernimus, adjecit: quanquam omnes hanc mediocrita-
tem, ad quam omnia statuta in quovis Coetu ex pluribus congregato at-
temperari oporteat, probaturi sint, fore tamen quamplurimos in Pro-
vincia sua, qui ultroneo abstinentia studio multum vel de ipsa hac me-
diocritate sint resecuri, ut super sit, unde extenorum quoque mendica-
bolorum ollulae, sportellæque impleantur. Probârunt hæc omnia su-
premi Societatis Moderatores, adjuncto tamen monito, ut si quid qua-
cunque ratione pro ventibus accederet, id neutiquam in vestiarij, trichi-
niive meliora, quam statuta essent, commoda derivaretur, sed reserva-
retur potius insumentum, vel in plurium, si necessaria videretur Præsi-
dibus, Sociorum sustentationem, vel egentiorum Collegiorum leva-
mentum, vel ædificij commoditatem, quæ tamen Religioni ejusdem
cum Nostra statûs congruat, vel alios demum pios, & publico probabi-
les usus, habitâ in primis mendicantibus subveniendi, ac Templi exor-
nandi curâ: id quod pro viribus effici universorum oculis patet, ita ut
mirum sit, esse homines, qui malitiosâ calumniandi licentiâ garriant,
non utique tam stolidos esse Societatis homines, ut tantum æris in
Templum, Remque Divinam prodigant, quin multò plus in arca ad
laute, jucundèque vivendum delitescat: spumam hanc potius, & ve-
luti scoriam ex argento esse, quod clâm ex thesauris superfluum sit.

Verum blaterent hi, quod lubet, ad Canisium redeo, affirmoque, ut
concedam, immutata esse aliqua hodie ædifica, quæ olim dicebantur *Canis-
iana*, perleverare tamen Canisianas consuetudines, quas primus hic Pro-
vinciarector quotidianæ corporis refæctioni, vestituique universales esse
voluit. Lex est in Societate, ut, qui ad publica Professionis vota admit-
tuntur, aliud dein privatim subjungant, quo spondent, si quando in con-
sultatione legitima quæstio in medium veniat, an immutandum quidpiam
sit in voto paupertatis, sententiam ipsi pro adstringendo potius, quam laxan-
do rigore tuituri sint. Canisius quoque consuetudinum, de quibus fer-
mo est, observationem Filij, quos regebat tam efficaciter commendâ-
vit, ut Provincia, quæ Petrum, ut Patrem Provinciæ, Fundatoremque
veneratur, si nulla supereslet causa alia, ex sola duntaxat tanti Viri re-
verentia, quidquid ipse præscripsit, exercuitque, tum observarit ac-
curatè hactenus, tum magis observatura deinceps arctius, quam re-
missura videatur. Exinde id colligas, quod præter dies, horam,
mensuram, numerum, quibus ipse iam Canisius esculentii aliquid, &
poculenti addendum præcepit, nihil addi unquam permittatur, quin
& raro à prandio, multò rarius à cena, nisi gravi de causa, quisquam
abesse sinatur. Quæ cum ita se habeant, judicet, amabo. prudens
Lector, quid fundamenti subsit persuasiōni, quæ heretici primū ex
odio, & maledicentia, dein ex Catholicis aliquam multi, ex ignorantia
malim credere, quam ex quoconque perverso affectu, aut aliorum
mentem imbuere allaborarunt, aut propriam imbutain circumferunt,
Jesuitas passim homines esse opes, & pecunias augendi perstudiosissimos:
Ineptè profecto: nōrunt criminatores ipsi, nec, utpote rem omnibus
perspectant, negare audent, Familiae nostræ Viros varijs literarum gene-
ribus ab ipso propemodum Societatis ingressu addici penitus, ac per
omne vitæ tempus innutrir; quis autem literaturæ tam ex professo im-
mersus, ac præsertim familiam, & liberos alendi curis haud implicitus
est, qui implicare se negotijs conquerendæ pecuniaz, Mularum profecto
amatore indignis non refugiat? Certè illicium, ut id faciant, non habent

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

F ff

No-

de hac me-
diocritate
multum re-
secant.

718.
Approba-
tur Romæ,
quod Canis-
ius statue-
rat.

719.
Aliquo. Ca-
nisianorum
ædificio.
rum muta-
tio necessa-
ria.

720.
In ceteris
servantur
que Canis-
ius præ-
scripsit.

721.
Ostenditur
falsam esse
de Jesuita-
rum avari-
tia calum-
niam.

Nostri: quantumvis ad œconomiam sunt quæstuosi, eadem patiens, eadem cyatho, quo cæteri, quotidie contenti sint, nec propteræ illa lege, ullâ consuetudine sunt eximij. Scio, quorū contenti, ut suam de Jesuitarum cupiditate sententiam queantur, demum consugiant: ad rei nimirum domesticæ curatores: Ea horum misera est conditio, ut, cùm obedientiæ impositu œconomiae officium acceptant, nisi dein absqne spiritu solatio velint degere, ulti ad nominis sui, famæque neglectum se comparare debeant. Ubi primù munere suo, uti legum sanctitas, & iustitia præcipit, fideliter fungi instituunt, ubi concreditum sibi defendere latagunt patrimonium Christi, lucripetas confessum le proclaimati, & hancias audient: idque etiam, cùm absymo jure multum remittant; quid enim facias illis, quibus usitatum est, toties avarum te vocitare, quoties te opponis, cùm intrudere se denuo sublesta fide moliuntur in id, quod jure ipsis, ac legitimè abjudicatum, tibi adjudicatum fuit? Ex adverso prædonem te appellabunt, quoties, quæ debent, exigis, vel draconem alienis thesauris incubantem, quoties negas, quæ ipsi postulant, quin ullo, ne colorato quidem debeantur titlo: atque ita mirabiliter profecto audacia avaritiae censuram, quâ maximè notari sunt digni, in alios immerentes transferunt; Quin cernere etiam cum dolore compellimur, calumniam hanc in reliquam propagari Sociorum communitatem. Dum interim Familia tota miseratur quidem infelicitatem Sodalium, quorum obnoxia tot vitiperijs œconomiae curâ sustentatur, simul tamen gaudet, quod molestia hac sollicitudine libera, quoties ad frugalem licet, ab alijs tamen paratam accedit mensulam: tum enim solatium illud simul potest remandere, quo perfusus olim est Petrus Canisius, qui Camillo Metuato Satriensis Episcopo ad Petricoviensia Polonorum Comitia Pontificis Nuncio, ab eodem Pontifice comitari jussus, cùm eundem Metuatum de alijs angustijs, atque inter has de rei pecuniariæ difficultatibus conquerentem audisset, ad unum è Socijs ita scripsit: *Benedictus Deus, qui nos obedientia rebentes navigio, Et sola nuditate divites docet ubique sufficienes esse, ut neque lucrificare, neque amittere posse videamur, solo Christo Crucifixo contenti.*

722.
Canisij in
sua pauper-
tate beata
conditio.

723.
Castitas
Carmi

Facile est divinatu, quâm Christo, quem solum, & hanc Crucifixum scire, & imitari percipiit Petrus, carnem suam in Cruce confixerit cum concupiscentijs suis, atque adeò quantus, contempta omni vclupitate, castitatis amator fuerit, atque ita felix quidem, ut virtutis hujus hostem nescisse potius, quâm vincere videri potuerit. Ad hanc eum felicitatem plurimum provexit optimus ad illecebrarum, queis incauta juventus obnoxia est, nauseam ductor, insatiabilis eruditionis multitariaz comparandæ impetus, qui à pueritia, æterni Numinis, quod sibi nobilissimam hanc Animam, vas electionis intaminatum parabat provisione, ita occupavit penitus, ut ne mentionem quidem nuptiarum, quas propinquai opulentâ cum dote offerebant, audire sustineret, non aliâ ex causa, quâm, quod fore judicabat, ut Musarum inde amor refrigerat. Successit paulò post divinioribus ex argumentis castitoniæ perpetuò servandæ desiderium, ita ut ad eam, undevicesimo ætatis anno, quod alibi meminimus, yoto se obligârit. Non repeto hic, quas, ut scens emis, animi, corporisque integritatem tueretur, severas seipsum tractandi castigationes suscepit; id unum memoro, tuisse Petrum illico à voti, quod ajebam, nuncupatione, à fœminarum consortio abstinentissimum:

724.
Bjus ser-
vanda vo-
cum adole-
scens emis-

non-

nonnisi sacrarum Virginum cautissimo cum delectu adibat Cœnobia, si qua in urbe singulari pietatis famâ celebrari audiebat: neque in iis colloquijs alia, quam quæ ad spiritum pertinerent, conservat agere, haud absque novis semper, magnisque ad virtutem, ut scriptæ ad exemplum sancti Augustini *Confessiones* illius affirmant, colendam incitamentis, Ingeneratus exinde in ipsius oris habitum nativus quidam castitatis relucens color: huic reliqua incessus, gestuum, sermonis, ipsius omnino risus, quanquam rari, modestia, & composition tam decenter, tamque appositè respondebat, ut primo fere aspectu, congressuque omnes ita caperet, ut dubitarent, potiusne illum ob effulgenter morum sanctimoniam, & gravitatem venerari, vel ob amabilem, & mirè candidam agendi simul, ac dicendi suavitatem tenerrimè erga ipsum cogerentur affici. Utraque certè reverentia simul, & benevolentia apud universos valebat maximè.

725.
Qui accedit
singulari
modestis,
& gravibus.

Ut porro ex hac apud mortales existimatione efferendi se se occisionem omnem præcideret, obedientiam, quæ opere judicium suum, & voluntatem alijs subjiceret, in auxilium vocavit. Ipso apparitionis sancti Michaëlis, antequam à Petro Fabro consensum receptionis in Societatem disertè intelligeret, chartam eidem Fabro porrexit, in quo gravissimis verbis votum conscripsit transeundi (sic verba sonant) ad obedientiam Societatis, quæ dicitur JESU Christi, quod si non acceptaretur, transitum se quidem ad alium Ordinem approbatæ obedientiaz, non tamen, nisi secundum consilium ipsorum Professorum in eadem Societate. Servavit Canisius, postquam Socijs adscriptus est, quæ voverat sanctissimè, quin post aliquot annos præclariora, quam totus in Præsidum imperio esse veleret, edidit specimina. Bononiæ, Florentiæque Romam ab Ignatio adire jussus, scriptoque exponere, quo animo mandata excepturus esset, si eundum sibi in Siciliam foret adponenda illic Mamertini initia Collegij, hæc reposuit: *Habitâ mecum qualicunque deliberatione super ijs, qua Reverendus in Christo Pater, Propositus M. Ignatius brevi proposuit; primam, adjuvante Domino, in utramvis partem æquè per omnia moveri me sentio, sive domi bic manere perpetuò jusserrit, sive in Siciliam, Indianam, aut quovis alio transmiserit. Tum si in Siciliam mibi obeundum sit, simpliciter mibi gratissimum fore profiteor, qualequale injungatur obeundum illic officium, ministeriumve, etiam coqui, borsulani, ostiarij, auditoris, & in quavis disciplina, licet mibi ignota, Professoris: atque ab hœc ipso die, qui est quintus Februarij, sancte vœva, sine omni respectu me curaturum nihil posterum, quod quidem ad habitationis, missionis, similisque commoditatris meæ modum ullum facere posse unquam videbitur, relictâ semel, ac semper ejusmodi curâ, omnique solicitudine Patri meo in Christo Rever. Proposto, cui sane tam, quoad animi, quam corporis gubernationem, & intellectum ipsum, & voluntatem meam per omnia plene subjicio, humiliiter offero, fidenterque commendando in Christo JESU Domino nostro. 1548. mea manu scripsi*

726.
Obedien-
tia aacura-
tissima.

727.
Hæc juben-
te Bononi-
am, Floren-
tiam, Ro-
mam, inde
in Siciliam.
abij.

Petrus Neomagensis.

Acceptavit hæc Ignatius tanquam maximè serio, ut revera erant
scripta animo; quapropter, cum amaret viris, quos judicabat præter

728. Messanæ in Sicilia-Rhe-
toricæ do-
cens conci-
onatur lin.
guæ Italici.

morem servidos, ad sui ipsorum victoriam, atque inde eximium Sancti-
tatis culmen anhelare, crebram, ut suo satisfacerent desiderio, occa-
sionem offerre, nihil cunctatus est, Petrum, quamvis legatione nuper
ad summos Principes præclarè obitâ, scientiæ famâ in Academia per-
celebrem, & in Concilio universali Tridenti primùm, ac dein Bono-

niz, missum ab Othono Augustano Præfate Theologum, facundiâ, &
doctrinâ inter primos inclytum, Messanam ablegare, atque inter
adolescentes docendæ Rhetorices ludo includere nil dubitavit. Invit
Petrus alacritate maximâ, & eadem animi prompta applicatione ad eno-
dandas in gravissimorum Ecclesiæ Patrum consensu Quæstiones diffi-
cillimas, nunc in Gymnasijs latebris ad exponenda Eloquentia rudimen-
ta se impedit. Quin etiam, quod legibus nostris præceptum sit, ut,
quæ in regione obedientia quemvis degere, ejusdem quoque idioma
complecti velit, condiscendæ linguae Italicae tantâ se diligentia dedit,
ut, accedente memorie vi admodum capace, pauculos intra menses
etiam publico è suggesto scite sat, ac eleganter ad populum value-
rit perorare; adeò nimurum, ac si nunquam excedendum Italia foret,
ad omnia sese mania illic obcunda idoneum præstare, propositum illi
fuerat.

729. Illius obe-
dientia In-
golstadij, &
Viennæ.

Sed paulò post, utut ex laborioso, suavi tamen Sociorum
convictu, alia Pontificis, Ignatiique mandata exegerunt, virum ob-
temperantissimum, & quidem velut in solitudinem; Unus ipse, cum
Ingolstadium missus fuisset, avocatis alio Sodalibus, stationem eam ce-
nere, unus etiam Viennæ postmodum, Socijs reliquis in novo Collegio
remanentibus, in Seminario Archi-Ducum habitare jussus est.

Ubi interea tempus maturuit, quo Ignatius novam Societatis Pro-
vinciam Germaniæ Superioris nomine cogitârat instituere, iamque in
Canisium primum ei Præsidem delegerat, dici non potest, quâm opero-

730. Primi in
Germania
Superiore
Provincialis
munus ex
obedientie
præcepto
succipit.

sè admissus sit, munus hoc à se amoliri: non quia ejus difficultates, quæ
ut ordinatissimus etiam rebus, ac temporibus semper extraordinariæ in-
cidunt, ac permagnæ, sub illa præcipue tempora multis ex causis
fuerunt gravissimæ. Non inquam hoc deterrebat Canisium; quid
enim molestiarum subterfugeret, cui decretum pridem fuerat crucia-
tus omnes, mortemque ipsam DEI causâ perpeti & id potius sibi altissi-
mè persuasum habuit, persuasum facere conatus est alijs, & ante om-
nes Ignatio, non modò utilius, sed omnino necessarium sibi esse, ut
omnia optato cum successu deinceps agat, agi se obedientiæ folius du-
ctu, & alienâ, cui se totum subhiciat, rectione. Diversum longè ju-
dicium de Petro habuit Ignatius de extimia ejus pietate, doctrinâ, sim-
plicitate demum, insigni conjunctâ prudentiæ: præceptum itaque
Româ pervenit, ut ultra necquicquam tergiversari audens, humeros
supponeret molesto oneri. Nihil in hujus gestatione gravius accidit,
nili quod interdum casus intervenirent, quorum tricas expediendi ab
altioribus Româ Præsidibüs modum, mandatâque exspectare, tempus
haud sinebat, quod alias saeculare converât ad scrupulum usque.

731. Ex Patriis
Generalis
Sententia
recusat
translatio-
nem Mona-
viam, utpote invidiosam, Præposito Generali displicere, ipse quoque,
licet

Offerebantur non semel à Viris Principibus Collegia, destinatis ad
sustentationem Monasteriorum quorundam, quæ deserta erant, proven-
tibus; id enim ut facere liceret Pontificijs diplomatis concessum fuerat;
verum ubi intellexit, per hanc translationem Domicilia nancisciendi

licet nihil magis putaret amplificandæ Numinis gloriæ conducibilius ^{steriorum} esse, quām stationum nostrarum multiplicationem, non solum ab hoc ^{ad fundan-}
consilio destitit, sed obstat per severanter. Ex adverso quamquam ^{da Colle-}
prudentissimè à suscipiendo Wormaltiæ Catholicos inter, & hæreticos
colloquio abhorret, ex quo nempe prospiceret, nihil ad Religionis con- ^{732.}
cordiam inter Partes profectum iri, tamen, quod Pontifex jussisset fa-
cere, quæ facienda Othoni Augustano Cardinali viderentur, isque ju-
dicasset expedire, ut iret, ivit Petrus, & quā niteretur fiduciā, sic Lai-
nio, Societatis Vicario tunc Generali, exposuit: *Egidem cum per-*
exiguam facultatem cognoscam, & magnam infirmitatem meam, au-
debo tamen: loquetur in me Dominus Deus per servum suum, &
Superiorem meum: audiam illum, & non trepidabit cor meum, quo-
niam in Obedientia spes, & fortitudo mea. Et verò quām gloriosum
disceptationi Wormaltensi hæc in obtemperatione fidentia pepererit exi-
tum, orbe palam est.

Ut demum post gubernatam annis quatuordecim Provinciam pe- ^{733.}
nitùs jam, uti sperabat, cupiebatque Petrus, totum se exercendæ ob-
edientiæ redderet, sanctissimus Pontifex Pius Quintus effecit, qui, ut Provincia-
scribendis posthac unicè libris vacare permetteretur Canisius, manda- ^{lis officio}
verat. Suscepit Provinciæ regimen Hoffæus, simûlque literas rece- ^{dendet ex-}
pit à Canisio primùm, ac dein à Francisco Borgia Societatis Præposito ^{etissimè}
Generali: Monuit Hoffæum Borgia, prævidere le, quidem fore, ut ^{Hoffæo}
Canisius pro sua animi demissione paratissimum se, imo & cupidissi- ^{Successori}
mum præstiturus sit ad ardua quævis peragenda, Moderatorum non
jussu tantum, sed vel nutu indicata; gratum tamen sibi futurum, si
meminisset, revereri talē Virum, & ubique veluti Patrem tractare, ac
ejus consilium in rebus gravioribus exquirere. Ac implere quidem Hoffæus
fatagebat, quæ monuerat Borgia, sed reipla tales labores detulit Petro, quos,
cū ipsi minimè vellet, putaretque impedimento esse, Canisius contraria ex-
pertus est nequaquam lucubrationibus concinnandis idoneos. Paruit ta-
men in omnibus, haud quippe ex illorū fuit numero, qui, cū Præposito- ^{Dillingæ}
rum unus inferioris Ordinis quidpiam demandat, altiorum Præsidum jus- ^{scriptioni}
sis temere objectandis excusatos se illico putant, cur haud obtempe- ^{vacans ex}
rent. Canisio in more positum erat, ut, si quid Provincialis præter ^{obedientia}
id, quod sciret à Pontifice impositum esse, exigeret, crederet ipse per ^{Augustam}
interpretationem mentis id fieri Pontificiæ. Quapropter cū in Di-
llinganum Collegium, ad quod scriptitandi causâ secesserat, simûlque ^{abit.}
Domiciliij Ministrum agebat, literæ venerunt à Provinciali, quibus Au- ^{734.}
gustum expetus est: *Valeant, exclamavit, studia, si ab his avo-*
cat obedientia, cui me totum debo, moxque Augustam abijt. AE.
què promptus ad parendum extitit, ubi, volente Hoffæo, quanquam
ipse cæteroquin energumenorum curam à Nostris suscipiendam haud
suaderet, cum Marco Fuggero Oettingam Veterem descendit, atque ^{735.}
ibi Annam Bernhusiam, quod olim narrabamus, à Dæmone infeslam
liberavit. Longè difficultiori in occasione Vir hic obediens loqui novit
victoriæ, quando monitus ab Hoffæo est Borgia, scrupulo, metuque
agitari Petrum, an æquè, ac deberet ex præcepto Pontificio, libris
scribendis industriam adhiberet, indeque periculum esse, ne si conten-
tionis plus afferret, notabile valetudini damnum inferret, responsum,
in mandatumque venit Româ, ut interpellaret scriptiōneim, & calamo-

nunc uteretur, nunc voce. Hoc ut facere posset Canisius, nil simile, neque petentem, nec expectantem, Oenipontum misit Hoffæus, ut Ferdinandø Archi-Duci, ejusque Aulæ esset à concionibus.

736. Multa suēre, quæ difficilia sibi ad utrumque munus, scribendi nimurum, ac dicendi simul, futura esse prævidebat Petrus: duplicatum abit ad potius laborem, quām imminutum: fastidiosum, ac delicatum auditum: determinatam, quæ omitti haud posset, dictio[n]is & diem, & horam: haud evitabiles, qui tempus suffuraturi essent cum diversis diversi generis ad colloquium venturis congressus: librorum & Doctorum, quos consulere Dilingæ poterat, hominum penuriam: infalibrem demuni, quaumquam id inter ultima haberet, in oris alpestribus, uti expertus jam fuerat, valetudini suæ auram, & situm. Leviora tamen hæc omnia duxit induratæ jam longo usu obedientiæ Petrus, quām ut contraria quidquam moveret, mō & septennio propemodum integro, in urbe Oenipontana, & in officio Concionatoris perstiterit, quin calamum interea dimitteret, ita, ut anno commorationis Oenipontanæ septimo celebratissimum Opus de Augustissima Cæli Regina, quod *Mariæ* inscripsit, vulgare typis posset. Ne ultrà scribendo pergeret, sola intercessit denuo obedientia; quippe, cùm Gregorio Decimo tertio Pontifici Maximo indicatum fuisset, periculum esse, ne Canisius, si continuare lucubrationse[re]s permetteretur, medio sub onere saticeret, Gregorius Virum tam Ecclesiæ proficuum, quām diutissimè servare cupiens.

737. *Integro se-
ptennio.* vacationem concessit, non item Hoffæus otium, nisi à literis solū; harum quippe loco itinera ut suscipieret, voluit, eumque in lustranda Provincia Comitem, in ea gubernanda, utpote virum experientissimum, Consultorem assumpsit. Biennium propè hæc peregrinatio tenuit, donec, ut Primâ Historiæ hujus Parte memoratum fusè est, ad fundandi apud Nuithones Friburgi in Helvetia Collegij exordia missus est, quo fundato ad multiplicatas preces suas Rectoris munere liberatus, tum dènum beatâ, jucundâque libertate sibi vivere, fruique est visus, cui pridem nihil magis optatum fuerat, quām nihil cuiquam imperare posse, jam voti se damnatum ratus, exultabat mirificè. Domesticas inter latebras amplissimum sibi ipse aperuit campum obedientiæ: Nemo erga Rectorem Petrum Michaëlem, ac dein Martinum Licium Petro fuit reverentior, nemo ab ulla gubernationis parte, vel verbulo attingendâ, remotior. Ex adverso id curabat unicè, ut communis vitæ modo se conformaret exactissimè; hinc à nulla lege, consuetovè omnibus labore eximium se haberi passus, vilissimorum obire ministeriorum vices: quoad Moderatores, ut ne prohiberent, exorari se permittebant, in triclinio, in coquina, purgandis scopâ cubiculis, nihil verò in somno, refectione corporis, cæteraque Ordinis quotidiens, & ex animi disciplinâ singulare voluit admittere. Quin illud solatij viro obedientissimo concessum divinitus fuisse dixeris, ut non nisi ex obedientia morbum ultimum, ex quo defunctus est, contraheret. Evocatus Præsidum voluntate extra Friburgensem fines, qui ob senium iter dissuaderent, respondit, necessarium nec sibi, nec alijs esse, ut valeret, vivérētque, id, sibi saltē uni, necessum esse, ut semper obediat. Quapropter mox iter ingressus est. Verūm antequam Nuithoniæ fines attingeret, morbo correptus Friburgum referri debuit, quod non absatque peculiari Numinis destinatione Patriæ bono indultum fuisse interpretati sunt cives, ut, cùm diutinus Friburgi incola, non nisi ad Cælum

738. *Pit Socius
Provincia
lis P. Hof.
fæb.* Friburgi
dēnum
Rector, de-
in hoc mu-
nere libe-
ratus. vacationem concessit, non item Hoffæus otium, nisi à literis solū; harum quippe loco itinera ut suscipieret, voluit, eumque in lustranda Provincia Comitem, in ea gubernanda, utpote virum experientissimum, Consultorem assumpsit. Biennium propè hæc peregrinatio tenuit, donec, ut Primâ Historiæ hujus Parte memoratum fusè est, ad fundandi apud Nuithones Friburgi in Helvetia Collegij exordia missus est, quo fundato ad multiplicatas preces suas Rectoris munere liberatus, tum dènum beatâ, jucundâque libertate sibi vivere, fruique est visus, cui pridem nihil magis optatum fuerat, quām nihil cuiquam imperare posse, jam voti se damnatum ratus, exultabat mirificè. Domesticas inter latebras amplissimum sibi ipse aperuit campum obedientiæ: Nemo erga Rectorem Petrum Michaëlem, ac dein Martinum Licium Petro fuit reverentior, nemo ab ulla gubernationis parte, vel verbulo attingendâ, remotior. Ex adverso id curabat unicè, ut communis vitæ modo se conformaret exactissimè; hinc à nulla lege, consuetovè omnibus labore eximium se haberi passus, vilissimorum obire ministeriorum vices: quoad Moderatores, ut ne prohiberent, exorari se

740. *In vīa pri-
vata obedi-
entia, & ex
ea morbus
ultimus.* permittebant, in triclinio, in coquina, purgandis scopâ cubiculis, nihil verò in somno, refectione corporis, cæteraque Ordinis quotidiens, & ex animi disciplinâ singulare voluit admittere. Quin illud solatij viro obedientissimo concessum divinitus fuisse dixeris, ut non nisi ex obedientia morbum ultimum, ex quo defunctus est, contraheret. Evocatus Præsidum voluntate extra Friburgensem fines, qui ob senium iter dissuaderent, respondit, necessarium nec sibi, nec alijs esse, ut valeret, vivérētque, id, sibi saltē uni, necessum esse, ut semper obediat. Quapropter mox iter ingressus est. Verūm antequam Nuithoniæ fines attingeret, morbo correptus Friburgum referri debuit, quod non absatque peculiari Numinis destinatione Patriæ bono indultum fuisse interpretati sunt cives, ut, cùm diutinus Friburgi incola, non nisi ad Cælum

tum inde discederet, perpetuum tamen urbis ornamentum, populique præsidium remaneret Friburgi.

Cæterum, uti obediencia neque exerceri, neque conservari potest, nî sociam habeat excelsam illam virtutem, quam *vite spiritualis* 741. Sancta Ha-
Magistri Humilitatis nomine celebrant, ita neque in elogio separare ut- militas Ca-
ramque ausim. *Enimvero non prius summè obedientem spectare li-*
cuit Canisium, quin simul admirari deberemus profundissimè humilem. nisi
Quanquam integro jam quadriennio morigerum se ad Moderatorum imperia, & Instituti normam sexcentis speciminibus abunde probâsset,
jamque ab annis totidem, primo, in Cœnobij Nazarethani Æde, Sa-
cro operatus Sacerdos esset, nihilominus, cùm ab Ignatio ex Concilio,
cui, ex Tridentina Urbe Bononiam translato, Theologus interfuit,
Romam esset accersitus, Ignatius in Petro rudimenta servandæ consti-
tutionis, quam de prima Novitiorum probatione condendam solo ad-
huc animo præceptam habebat, in Petro experiri voluit: itaque jube-
tur solus separato sese continens cubiculo, exputare certa quædam ca-
pita, ad quæ vitam posthac, siquidem in Familia nostra permanere
Iubatum esset, conformare haberet: Viginti dies relictus sibi est, & so-
litudini; quamvis multa deliberatione opus haud fuisset, namque &
tunc ad singulas percunctationes reposuit, quod obfirmato dudum ani-
mo circumtulerat, servaturum se omnia, & singula, quidquid Ignati-
us, quidquid Moderatorum jussa, & Ordinis statuta eo in loco, &
gradu, quo ipsis placuisset, imperatura essent. Admissus proinde
est ad Sociorum communionem, atque anno post, cùm è Sicilia revocato
in Bavariam eundum esset, in intimam Societatem per quatuor votorum
Professionem Romæ est adscriptus.

Quâ in re notandum est, quod maximopere Canisij modestiam, de-
missionemque animi monstrat. Necdum eo tempore statuta, 742. Voto nec
multò minus promulgata lex fuerat, ut in Societate, qui publica dum obli-
Professorum vota emittunt, alia dein privatim subjungant, inter quæ gatus recu-
unum est, non acceptandi, nisi Pontificis mandatum accedat, longè sat Episco-
minùs auctupandi, dignitates Ecclesiasticas. Quapropter votum hoc patum Vi-
Petrus postea, Hieronymo Natale primùm suscipiente, emisit, cùm eneasem.
Is, anno supra sesquimillesimum quinquagesimo quinto, in Germaniam
ad Augustana Comitia cum Cardinale Morono esset missus. Cogno-
scere profectò licet, quanta in Petro fuerit amplitudinis humanæ de-
spicientia, quantus humilitatis amor, & cura. Necdum voti religio-
ne tenebatur, quâm fæpè tamen, quâm toto ex corde ingeminavit il-
lud: *A dignitatibus liberet pauperes suos Dominus Iesus Christus*
Crucifixus! Tum scilicet, cùm Burcardus Vandeberg Wendelinæ
Vandeberg, quæ Petri Noverca fuerat, frater, multò, quâm Wen-
delina, in æstimando Canisio prudentior, cùm Petrum, sororis Privig-
num, Viennæ tunc ipse præfens, summè frugifero labore ad Regis
Aulam simul, ac cives eodem die bis concionantem videret, per
Hieronymum primò Martinengum Pontificis Legatum, apud Regem
Ferdinandum, dein per Ferdinandum ipsum apud Pontificem per Jaco-
bum Lassum ejus Romæ Oratorem, potentissimè institutus, ut loco Fride-
rici Nausez nuper demortui, Viennensis Episcopus Canisius creare-
tur; nihil calamo intermisit Vir humillimus: Ignatij imploravit operam,
Sociorum efflagitavit preces, vota ipsem et ardentissima ad DEUM fe-
cit

744. *Primi in Germania Superiori Provinciali munus frumentaria depretatur.* cit., ut onus hoc à se amoveret. Et amovit denique post anni integrì concertationes summè anxias, solatio suo inexplicabili, sed futuro nempe haud diurno. Vix biennum ab ea lucta abjerat, cùm Româ jubetur novæ in Germania Superiori Provincialiæ, quam Ignatius statuerat, Regimen cum titulo Provincialis suscipere. Quid non adhibuit Canisius, ut minus hoc, salvâ tamen erga ignatum veneratione, de precatetur? Obedientiæ contrâ præcepto coactus, in omnes occasions invigilavit, quibus sese tum Generalis Præpositi mandatis subiiceret, tum aliorum etiam, quæ solicite exquirerbat, consilijs accolineret.

Cum exactis in hoc officio annis duodecim Hieronymus Natalis post Augustana Comitia, Francisci Borgiæ missu, Collegia Superioris Germaniæ inspectaturus, Canisium viæ Comitem assumpsisset, voluisseque, ut Petri interea vices in gubernanda Provincia Theodoricus, ex genitore ejusdem frater, subiret, haud parum doluit, spe excidisse impetrandi penitus liberationem ab Regimine. Perseverandum igitur fuit adhuc biennio suâ, ut amabat dicere, in Cruce exaltato, donec sancti Pontificis postulatu ad scribendos denuo libros sese Dilingam retulit, traditâ, ut Borgia mandarat, Paulo Hoffæo Provinciâ. Quis tum Canisio consolatione plenior, quis totum se Hoffæo subjecere promptior, atque etiam addicior? ut nainque ingenua sinceritate prædicare est folitus, Gregorium nostrum Rosseffium, in quem, ob nimis difficultem Provinciæ simul, & cathedræ in Aede Augustana Principe administrationem, munus Oratoris sacri transtulerat, longè fructuosius hoc officio fungi, quam ipse objisset; ita nunc auditus palam ubique profiteri longè utilius ab Hoffæo, quam à se nuper, Socios, resque omnes Provinciæ gubernari, idque dictabat eâ candoris ex ore profluentis sinceritate, ut cùm omnes scirent meliorem Canisio Rectorem optari non posse, caverent tamen omnes, ne, si dissentire le quis ostenderet, amoris aliquid, velut hæc dicenti fidem non haberet, Viro optime crearet.

745. *Liberatus Provinciæ officio nova humilitatis edit speci- nis.* Cæterum quamvis gauderet, latere se nunc posse in privata personæ suæ humilitate; conspicatus tamen comparendum sibi denuo publicè in libris suis, & lucubrationibus, verebatur, ut hoc fieret ea cum dignitate, & successu, quem Ecclesiæ, pro qua calamus strinxisset, Majestas exigeret, & quanta rationum veritas, tanta eam propoundingi scientia sibi, facultasque suppeteret. Audita hæc est Petri sollicitudo ex eo, quod semper ante oculos haberet, quæ Romanam nuper ultimum profecto, monstrata fuerant. Cùm Anconam pervectus in primario Urbis Templo, ardenter solito Deum obsecraret, ut ostenderet, quâ viâ ad perficiam ex voluntate Numinis vitæ normam tendendum sibi esset, derepente insolita, & longè, quam unquam clarior, veritatis, utique saepius antea cognitæ, sed nunc fortiori luce impresæ agnitione mentem pervasit: fundamentum, cui tota vitæ Religiosæ ædificatio imponenda sit, hoc esse, ut intimè perspicias, esse te omnino nihil, nihil te ex te ipso velle, nihil scire, ac posse: quidquid boni sit in homine, oriri, continuari, perfici à Deo, & ex Deo, ac prouinde in eo solo omnia esse collocanda. Secutus exinde est tam præclaris luminis multò, quam hucusque expertus fuerat, vehementius penetrantis ductum, neque tamen, etsi nihilum suum, atque inanitatem intelligebat, nihil idcirco, quod agendum esset, suscipere est ausus.

Verum

Verum, utut multa perrexit agere, atque inter ista demandatum etiam à Sede Romanâ scriptionis negotium, simul tamen exinde solicitus magis fuit, ut prima in opere quolibet, ad terminum feliciter perducendo, cura esset Divina exorare auspicia, & multis precibus contendere, ut essent perpetua. Effictim rogavit Præpositum Generalem, ut, antequam ad scribendum accederet, sacram à Pontifice Benedictionem Scriptori impetraret: ut Præpositus ipse Deum pro eodem precaretur, ut Socios quam plurimos, qui comprecatores esse vellent, conquireret, & hortaretur. Alterum, ad quod ipsum nihil sui agnitionis compulit, subiectio fuit ad quamcunque de monumentis à se edendis acceptandam sententiam, ac censuram: *Mibi non displicebit* (verba sunt Epistolæ ad Borgiam) *si ex Patrum iudicio quadam istib[us] in margine corrigantur, priusquam liber bic* (Opus videlicet de corruptelis Verbi Divini) *alijs exteris communicetur: Quod si multa ex opere tollenda, vel integra pagina resecanda viderentur, cupio eā de re statim admoneri. Ex qua Nostrorum censurā, et diligentiā in relegendo libro hunc quoque fructum colligam, ut admonitus ab illis in posterum sciam, qua mibi potissimum in reliquis, vel observanda, vel cavenda esse videantur. Liberum certe admonitionem expecto, atque desidero, paratus non solum patienti, sed etiam alaci, gratoque complecti pectore, quidquid contra meam scriptionem fuerit judicatum,*

Quamquam verò non nisi permagnam estimationem ea Lucubratio, & in Urbe, & locorum ubique à Viris Doctis, interque hos à Cardinale Hosio, pietate, ac doctrinâ celeberrimo retulerit, atque referat etiamnum; Canisius tamen more suo antiquo nec placere doctis, nec inter doctos haberi ambijt, non raro auditus dicere, magnæ voluptatis loco, ac felicitatis reputaturum, si auxiliaribus in Societate fratribus adnumeratus, in eorundem conditione latere posset. Notus certè magnatibus fieri nequaquam appeijt, fugit potius, quantum penes ipsum esset, aulas eorum, & consuetudinem, quin & commercium epistolare, ut conquererentur Romæ magni Antistites, tam raras à Canisio literas mitti, quibus tamen, ut sanctitate, & eruditione plenis, maximo pere delectarentur. At nempe alias Petro sensus fuit: modestiæ suæ, ac demissioni ex hac familiaritate laqueos poni animadvertisit, agique per Cardinales tum apud Pium Quintum, tum Gregorium decimum tertium, sponte nimirum in idem propensos, ut ille, in Urbe tunc præfens inter Purpuratos Ecclesiæ Patres adlegeretur. Vix hoc suboluit Petro, cum supplex à Borgia Præposito petijt, ut quam primùm liceret, sibi Româ discedere. Haud negare potuit Vir sanctus, quod ipsem et olim in simili periculo fecerat. Quapropter Canisius confessum, nemine propemodum conficio, ex Italia in Germaniam fugit potius, quam redijt. Quid, quod ne ad ipsos Societatis Præsides Romam non nisi duabus ex causis mittebat Epistolas; videlicet cum negotia munieris, quod gerebat, id exigebant, vel quoties anni cujusque orbita ad metam vergeret; tum enim, datis ad Præpositum Generalem literis, haud noxarum solummodo per anni cursum, tam in officio, quo fungebatur, quam cæteris actionibus admissarum, confessionem deposituit, veniam. que petijt, verum pœnam quoqne imponi flagitavit, ac rogavit etiam, ut ad vitam deinceps agendam sanctius bene sibi idem Præpositus à Deo

747.
Libros hu-
militer cen-
surae subji-
cit.748.
Româ vi-
tandæ dig-
nitatis Ec-
clesiastice
causâ claus
abit.749.
Quot annis
erratorum
veniam à
Præposito
Generali
petijt.

precaretur, gratiamque imploraret. Adeò & de varijs, quæ commis-
sisset se esse erratis accusabilem, & ne committeret, esse credidit adjumen-
tis indigum. Hinc evenit pariter, ut persæpe juniores ex Nostris Sa-
cerdotes adiens, non peccatorum tantummodo Confessionem, sed no-
vorum instar tironum, conscientiae totius statum aperiret, & vitæ ad
virtutis normam dirigendæ consilia mirâ simplicitate exquireret.

750. Romam aliquando venerat Provinciæ jam tum Præses, ubi intelle-
Ab Julio cto Julium nostrum Mancinellum, quamvis admodum adhuc juvenem,
Mancinello eximia virtutis opinione celebrari, nihil dubitavit ad eum accedere,
multum ju- rogaréqne, ut salubria qvædam documenta traderet, piâ, quâ Religio-
niore in- sum, decet methodo itinera instituendi. Preces velut imperium acce-
structio- pit Julius, & quæ apta videbantur, scripto est complexus; actis Petrus
mem Spir- gratijs secum sumpsit monita, gratesque easdem, literis Mancinello mis-
tus petit. sis, repetens testatus est, multò sibi ad profectionem animi fuisse usui tam
sanctas præceptiones in reditu ad Germanos, foroque etiam deinceps in
alijs itineribus.

751. Amantuenis aliquanto tempore Canisio fuerat Franciscus Rocca.
Pius humi- Hic ubi Sacerdos creatus est, cum perspectam haberet consuetudinem
litatis astus Petri, quā in omnes ultroneæ humilitatis occasiones invigilaret, ve-
ritus est, ne ad Confessionem faciendam sibi superveniret, atque ita
Judicis partes in confidentem suscipi expeteret, quas tamen Rocca præ
veneratione in tantum Virum admittendas esse neutquam putabat;
quapropter, ut negandæ Petro, si fors accederet audientia excusatio-
nem licet prætexere, dedita operâ, formulam, & preces, quas in ab-
solvendo à peccatis, Sacerdoti Ecclesia præscribit, meinoriæ mandare
intermisit, frustra; nam ecce! ubi venisset tamen Petrus, & causam,
cur audiri non posset, intellexisset, abiit quidem in silentio, paulò post
tamen reversus descripta Absolutionis verba Francisco legenda in ma-
nus tradidit, atque ex ijs provolutus ante sedentem in genua, cum
nihil jam Sacerdos obtendere posset, noxularum Confessione peracta,
absolutus est.

752. Utì porro suprà conspicati sumus, ad mortem usque Moderatoribus
Epistola ul- fuisse obedientem, ita & dicere oportet fuisse humilem. Præclarè
tima ad hoc elucet ex Epistola, quam ingravescente senio, ac in primis hydro-
Claudium pisi, quā demum extinctus est, ad Claudium Aqnavivam scripsit, tuum
Generalem videlicet cum ingentes corporis dolores vix non certò propinquam
demissionis mortem intentarent, quamvis ultra annum adhuc dilatam. Verbum
plenæ ad verbum exscribo: quod qui quidem anteactam Canisij vitam nô-
runt, si sanctæ humilitatis linguam callent, ab hac solâ prodisse agno-
scent, quidquid vir sui despicientissimus proprium in vituperium attulit,
in ejusdem laudes rectè interpretandum putabunt: *Pax IESU Christi,*
finis, nobis aeterna!

Admodum Reverende in Christo Pater.

Inter alias consolationes, quæ mihi decrepito seni suppeditunt, ea
vel maxima videtur, quod pacem integrum sentiam cum Superioribus,
quos in hac Societate summus Deus loco suo mihi præfixit. Ego igitur
qui jam pridem, utpote anno 1549. meam Romæ Professionem sanctæ
memoria P. nostro Ignatio obsuli, jämque annos natus 75. ad cuncta
pene

penè bona inutilis fio, presente scripto ea complecti cupiebam, qua ad veram pacem cum P. V. R. ut Instituti bujus primario Antiflite ineundam, ac stabilendam baud parùm facere videbantur. Ex his pri-
mum statuo, quod ē cordis, ē corporis mei flexis genibus, oro
supplex, indigno mihi condonari, quacunque ratione non modo De-
um Optimum Maximum, sed ē ipsum Christi Redemptoris Vicarium
clam, palamve offendit in hac sublimi vocatione. Offendi autem
sapenumero, ē graviter, prò dolor, quod suscepso ante manu-
multis abhinc annis male responderim: maximè cùm inter Professos
agerem Provincialem, Concionatorem, ē Scriptorem multis de cau-
sis reprobensibilem. Meam quoque culpam agnosco, quod in Collegijs
velut alijs non professi habitárim hæc tenus, multasque commoditates,
qua Religioso pauperi non congruunt, admiserim ex indulgentia Su-
periorum. Tandem ab Officijs Societatis nostra proprijs liberatus in
cubiculo cibum capere, ē in privato Sacello sacrificare cœpi, jāmque
nec Domesticis, neque externis fraternum auxilium prabeo. Ita pi-
ger, otiosus, ē socors ego, velut arborem sterilem, qua proxima est
ruina, pra me fero indignus, ē pane, quo vescor, ē fratrum subsi-
dijs, qui suam caritatem ingrato exhibent. Fateor bac officia mibi
valetudinario, vel seni, vel omnino seniori gratiore concedi, ut sene-
tutis onus in hac molesta atate lenius feram; sed jure dolco, veniam
que precor, observande Pater, quod ejusmodi privilegijs ad DEI
gloriam, meaque salutis, ē debita gratitudinis usum non utar dili-
gentius, præsertim, ut ad iter proximum meas colligam sarcinas, ac
mundo mortuus, novissima mea recogitem accuratius, ut, vocante
me Domino, verè paratus, ē servus vigilans deprehendar. Qua-
propter etiam, atque etiam precor P. V., ut pro eximia pietate suâ
me vilem, ac infrugiferum, sive filium, sive palmitem, eterno Crea-
tori, præsertim inter Sacrificandum aliquando commendet, ac de-
inde, ut me, licet indignum, participem faciat privilegiorum, ē
gratiarum Spiritualium, quarum potestatem ad filiorum suorum con-
solutionem accepit à sancta Sede Apostolica traditam: ac demum, ut
aliquam impuro mibi pénitentiam injungat, ad ubiorem paterna
benedictionis gratiam per quamcunque substitutum misero elar-
giendum. Datum Friburgi Helvetiorum kal. Augusti. 1546.

Epistolam hanc utique demissionis plenam, cùm aqua intercus
ultimo quadrimestri ingravesceret, vacillante dextra, ut ex autogra-
pho videre est, scriptam, condito, de quo nuper asebamus, testa-
mento velut signaculo confirmavit; nihil hoc nisi tenerrima continet
suspiria; ut creatis rebus omnibus viliorem se, acceptare tamen
velit ut sacrificium spiritus contribulati, & cordis ex imo contriti
& humiliati,

Ast enim vero ea est christianæ Humilitatis prodigiosa potentia, 753.
ut quem sibi totum vindicat hominem, nequaquam ignavum faciat; Zelus Ca-
Hhh 2 nij.

aut otiosum, sed impigrum potius, illique consimilem Angelo, quem Propheta confexit Apocalypticus, geminis pedibus, ignescentium speciem columnarum referentibus insistentem, quorum uno in terra, humilitate videlicet, Virtutum universali firmamento, se defixerat Canisius, alterum supra circumfluum mare libraverat, quod in Sacris Paginis populorum multitudinem designat. Hanc ille, quatenus quidem intra Catholicæ Ecclesiæ terminos cludebatur, ignito pede. seu inflammato Divinæ gloriæ propagandæ affectu, zeloque continebat, semper excubans, ne scelerum æstu abrepta positos à Dei lege fines transiret, sed potius in perpetua Numinis, ac proximi caritate conquiescens, Mare pacificum appellari mereretur. Evigilavit contrà actuolus semper in feros hærecon fluctus, ne suas despumarent confusiones, & miseros vectores, errantia Sidera Cynosuræ loco aspergantes, in Syrtes, & Eutipos abriperent.

754. Ut tamen ea ignis natura est, ut quæ propiora sunt, iisdem, quibus ipse ardet, flammis succendat; ita Canisio prima inter curas fuit, incitamento esse Domesticis jam tunc, antequam ad eorum gubernationem adhibitus fuisset, entendi ad perfectionem vitæ Instituto nostro propriæ. Cùm Melanæ degens intellexisset, Socios quosdam Coloniâ recens in Urbem venisse, scriptâ mox epistolâ, quod Romanam in Domum veniendi potestas illis facta esset, gratulatus est.

Quid enim inquit, valet, obsecro, veros & exercitatos in Christo Patres nancisci, a quorum sententia tutissime totus pendeas, malique nihil omnino expectes, sed ea solùm, si velis, quotidie accipias, qua nullis mundi præsidij, & ne maximo quidem literarum studio, tibi aliquando pares? In hac schola dives abunde paupertas discitur, libera vere obedientia percipitur, gloria præcipue buntitas, & nobilissimus IESU Crucifixi amor solidè comparantur. Ego vero cùm pulcherrimam illam philosphandi rationem, quæ istic nemini deest, occasionemque animo mecum reproto, quid Roma babuerim, quid reliquerim, video. Sed, damnante segnem hunc animum ipsa mibi conscientia, doles certè parum temporis, minus vero cura, & studij rebus illis præclarissimis à me datum esse. Quod fortasse cùm non sine summo dedecore datur, prateriri à me nunc poterat, nisi meo exemplo vestris etiam commodis prospectum iri desiderarem. Quare non in vacuum, quofo-

755. *Gaudet ad gratiam banc DEI amplissimam accipite, sed praesenti benignitatis Di. DEL Glori- am inclare- scere So- cietatis nomen.*

Operam suam, præsentiamque multis in locis desiderari quād parūm propriæ duntaxat existimationis comparandæ causâ optavit, tam lubenter nihilominus offerre posse gavisus est, ex ea ratione, quod cerneret Societatis, quam tenerrimè Matrem appellabat, amabatque, nomen quotidie magis inclarescere, atque ipsa claritudine extimulari, ut ubivis, quò expetebantur, locorum, sanctitatis non sufficiat exemplis, & laborum utilitate, populorum exspectationi studebant satisfacere. Quod reipsa ita evenit, ut videret Petrus, & cùm necdum Provinciæ esset Præpositus, & postea, haud in Superiorum tantum, & Inferiorem Germaniam, sed Poloniā quoque, Hungariā, & Transsilvaniā, Societatem exposci; & ad ponenda Collegia invitari.

tari. Quales porrò esse in Domiciliis percuperet Socios, aperte, cùm ad ordienda Collegij Pragensis initia incolas ab Ignatio petiunt, ita scribens: *Vellem, ut omnes, qui venturi sunt, ad hoc Collegium fundandum, accederent optimè armati sanctà patientiâ, & maximo ardentes zelo, non ad disputandum, sed ad tolerandum, sed adfiscandam banc Provinciam magis factis, quam dictis, ut cùm seminaverint in lacrymis, in exultatione metant, & reportent manipulos suos.*

Gnarus autem, ærumnarum, tolerantiam perseverare non posse absque mansuetudine, hanc magnopere Socijs usitatam esse voluit, ut ad calumnias etiam & convicia, aut tacere omnino aspescant, aut si opus demum refutatione judicaretur, modestis illa, mansuetis que redderetur verbis, quod suo ipse exemplo praestitit, cùm Martino Kemnitio, famosissimo tum fallaciarum in religione architecto, tum mendacissimo Societatis vituperatori, editis in Sociorum favorem vindiciis, respondit, sollicitus præterea, profundè ut Sociis Christi imprimiceret axioma, quo Viros Apostolicos, cùm simplicitate, haud quidem hebeti, ut vulgus accipit, sed ingenuâ, & germani candoris plenâ, prudentiam monet conjungere, quæ suo quemque tempore & loco doceat decorem & gravitatem servare homini religioso, & ad salutem plurium destinato congruam, quin ab ea discedat, quanvis tumorem aliqui, & fastum interpretentur, quibus si te at, tempes, nœ facilitate hâc brevi ad tuu contemptum abutentur, ut proin de auctoritate, quæ rerum gerendarum acies est, non modicum sis depediturus. Cum interim, si veram simplicitatem veræ istidem prudentiaz jungas, idem obtinebis apud universos, quod Canisius; qui, quod est minimè de aliis in deterius suspicax, benignus ex adverso, & facile placabilis, domi, forsique ingentem omnium erga se conciliavit fiduciam, ut filiorum instar intima sua illi concrederent. Cautè nihilominus & ipse egit, & Nostros exhortatus est, ut agerent cum exteris, ne cum seculo crebra convivescendi necessitas, seculi quoque invehheret genium.

Princeps cui omnia debebat Societas, Confessarium è Nostris habere inquilinum in Aula potius, quam hospitem, & cum Aula qua- quaversus circumducere erat solitus, non absque indicis, quæ su- spicionem præbuere evanescentis paulatim in homine ad Magnatum gratias aucupandas facto, religiosi spiritûs, ut periculum gravioris mali anteverteretur, Petrus est adhibitus; effecit hic, ut sineceret Princeps Confessarium deinceps sub Collegij testo, domesticâ disciplinâ retineri; quod subinde in aliorum quoque Principum Aulas introductum, hodiéque servatur communiter, Domesticorum juxta, & exterorum magna commendatione.

Suscipiendæ fuerunt Canisio tum in hoc, tum in aliis sæpè nego- tiis dimicationes perdifficiles. Postulabat Germaniaz afflita condi- tio, ut ferendæ opes sua conferret studia Societas, ipléque Ignatius avebat statui Collegia, salvis tamen decretis, quæ in fundandis nostris Domiciliis servari ipse præceperat: & fuerunt Sacri perinde, ac laici Principes non pauci, qui sedem nobis non deferebant tantum, sed de postulabant; at nempe iis conditionibus, quas acceptari sanctiones Ignatii prohibebant. Digladiandum itaque fuit Petro frequenter ad-

modum, & acriter, quin ab iis, quæ Româ jussus fuerat, se dimoveri patetur. Solita tunc ejus vox erat: *Tuenda est inviolatè libertas instituti nostri, standum inconcuso pede prescriptis legibus: prueniendum est periculis, ac damnis, qua consecuturasunt ex positis, si acceptentur, conditionibus. Ad preces interea Nos convertamus, Et Sacrificia. Deum si habeamus, plus ille volet, ut potest, facere, quam nos petamus, speremusque.*

Ac profecto multis experimentis monstratum fuit, quanto sèpè felicius, ac initia se dabant, res ceciderit: quæ cùm visu, audituque usurparet Canisius, miris enimvero plenus incedere gaudijs, miris ad laudes Deo canendas incitari stimulis, novisque Socios urgere hortatisbus, ut perpetuato religiosarum virtutum exercitio supremum pariter Numen ad continuanda, quæ Societati impertita essent, præsidia exararent.

759. *Unam alteramque ad perenne pietatis incitamentum epistolam Literæ Canisij ad Socios Monacenses apponamus. Ad Monacenses Socios inter alia hæc habet:*

„ Ego, certè ut hoc obiter addam, clementissimo Deo gratias ago „ qui me ante inchoatum veltrum Collegium indignum precantem, „ singulari consolatione perfudit, & gratiò promisit, rerum nostrarum succelsum fore felicem. Hunc exitus postea comprobavit. „ Princeps Albertus viva voce, simul, & scripto testatus est, cùm „ affirmaret, Societatem IESU in Bavaria sua ad Fidem Catholicam „ restaurandam, ac promovendam plurimam contulisse. Nôrunt „ & alij Sapientes, publicique farentur, post Nostrorum adventum „ Divinum cultum in Bavaria passim reflorescere, Ecclesiastica Sacra- „ menta sèpius, ac religiosius exerceri; religionem novam obsole- „ cere, veterem verò magis magisque confirmari, Pœnitentiæ, & „ caritatis opera studiosius coli, majorem bonorum studiorum curam „ in Icholis haberi, rectiusque passim juventutem Bavaram in Fide, „ & pietate Catholica provehi. Hæc ego citra nullam arrogantiam „ sic dici, & accipi velim, soli ut Deo, & veritati suæ constet lo- „ cus, & gloria debita tribuatur, utque magis fidum aliorum homi- „ num testimonium comprobetur. Bendictus Deus bonorum auctor „ quod ego senex, atque inter omnes Nostros senior factus, non mo- „ dò videam, sed quodammodo gustem præsentes fructus, quos „ quotidianis ex Monacensi horto collectos depromitis, & complu- „ ribus Fidelibus verè salutares esse monstratis. Confirmet in Vobis, „ quod cœpit Princeps Benefactorum Christus, ac proprium Socie- „ tatis nostræ spiritum in visceribus vestris augeat, ut non vestram qui- „ dem utilitatem, sed communem Bavarorum salutem, ac profe- „ ßam, prælertim in Clero, populisque Monachiensi promovere „ pergatis. Quantò autem clementiores, ac munificentiores erga „ Vos habetis Principes, tanto majorem illorum meritis, eorumque „ præclaræ ditioni gratitudinem per Vos exhiberi congruit, ita, ut „ Bavarorum animis in Fide, ac virtute provehendis nihil antepo- „ natis, Divinæ gloriæ propagandæ sedulò inservientes. Caritatis le- „ gem auream Christus Vobis exiñie commendavit, sed & Paulus fre- „ quenter inculcavit. Hanc ipsam Monachij, & in reliqua Bavaria „ sic porrò excolite, ut, juvante Deo, multorum animas magis, „ magisque lucifaciatis, ac simul oves errantes ad suum reducatis o- „ » vile.

„ vile. De me hoc unum reticere non possum, & valde vobis commendatum cupio, ut, quamdiu novum Collegium, ac Templum divo Michaëli sacrum durabit, senioris vestri Canisij non obliviscamini, talēmque primum sive fabrum, sive architectum vestris Sacrificiis Domino commendetis, Ipsi laus & gloria sempiterna.

Alias, dum Oenipontanis scripsit Sociis, ita pergit inter cætera: 760°
 „ Excolite porro, ut cœpistis, messem Tirolensem, ac in ea cum Ejusdem
 „ prospera Dei Benedictione pergit laborare. Commando Vobis, Literæ ad
 „ quoad possum, debitæ gratitudinis officium, quod non solùm fun- Socios
 „ datoribus Austriacis, verùm etiam aliis quoque Patronis, & ami- Oenipon-
 „ cis, quos Christus non paucos tribuit, sedulò & fideliter exhibere tanos.
 „ debeatis. Egregium vobis patet ostium ad multos Nobiles & igno-
 „ biles, ad magnos, & parvos utriusque sexūs homines Christo lu-
 „ crificiendos, atque in omni pietatis, & virtutis studio, magis, ma-
 „ gisque confirmandos. Igitur paratam vobis messem, eāmque ubi-
 „ rem libenter amate, & provehite apud Tirolenses, nec verbo so-
 „ lūm, sed etiam exemplo ad meliora æmulanda charismata; multo-
 „ rum informate animos, quemadmodum Christus Dominus, mesmis
 „ & Societatis nostræ institutum, justaque amicorum expectatio san-
 „ cta à Vobis exigunt, & depositunt. Mihi vero jam emerito velut
 „ seni & inutili Operario haud parùm contuleritis, Fratres, si Canisij
 „ vestri Senioris memoriam vestris Sacrificijs, & precibus, quæ vestra
 „ est in me benevolentia, crebro interpolueritis. Illud, spero, me pro-
 „ curaturum, ut vivi & defuncti primi Patris memoria apud Vos non in-
 „ termoriatur. Bene in Christo valete, Patres, Fratresque carissimi, ac
 „ eam præclaræ vestræ Vocationis rationem semper habete, ut profes-
 „ sione pauperes, obedientiæ simplices, spiritu ferventes, & anima-
 „ rum zelo flagrantibus, multos in Christo filios generetis, ac nutriatis.

Ut Fratres eminus positos per Literas, sic proximos, & sub uno 761.
 secum techo habitantes coram ad disciplinæ religiosæ perpetuam, per- Exhortatio
 fectamque observantiam publicis etiam allocutionibus, petente ita domestica
 Collegij Præside, in extremam usque senectutem exstimulare perrexit. ultima ad
 Juvet ultimæ saltem exhortationis, quam ultimo etiam, priusquam obi- Socios Col-
 ret, anno habuit, verba in Francisci Sacchini scriptis annotata ad- legij Fri-
 numerare. „ Divinæ Majestati, uti par est, gratias ago, atque per burgensis.
 „ Vos, carissimi fratres, agi quoque percupio, quandoquidem cæ-
 „ lesti præsidio factum est, ut indignus ego, velut postremo in terris
 „ extruendo pietatis Domicilio reservarer, primumque illi præficerer
 „ in hac mea ultima peregrinatione. Anni plures sedecim abjerunt,
 „ quod, Obedientiæ Duce, Friburgum accesserim, illicque manferim
 „ factus velut præcursor aliorum, ut partim viva voce, partim cala-
 „ mo, & scripto, in hoc Agro Dominico laborarem, ac præsertim in
 „ spectabili Templo D. Nicolai Evangelizarem. Agnosco sancè ingens
 „ beneficium Domini, cui visum est me senem in hoc præstanti inter
 „ Cantones Helveticos loco tamdiu alere, ac benignè tantisper sovere,
 „ donec ætas ingravescens inutilem ferè Operarium reddidit, ut palam
 „ in Ecclesia docere, ac DEL populo servire prohibeatur. Igitur confe-
 „ ßis aliquot annorum laboribus ad majorem senilis vitæ tranquilitatem
 „ adspirare debui, meque multorum hominum convictui, atque fami-
 „ liaritati, necessitate magis, quam voluntate coactus, ita fuit duxi, ut
 „ vitam privatam agerem, velut sarcinas meas collecturus, ac pere-
 „ grina-

„ girationi huic finem impositurus, ne alioquin vocatus à DEO in
 „ patriam imparatus proficiat. Atque utinam licuisset mihi in Ministerio
 „ mio ita prælucere, sicut Collegij, & Provinciæ nostræ seniorem fa-
 „ cere oportebat, ut caritate, & vigilantiâ me cunctis præsentibus, &
 „ abentibus accommodarem, vitæque perfectioris exemplar junioribus
 „ declararem. Igitur domesticos Fratres amanter moneo, simulque ro-
 „ go, ut, quod à me domi, & foris neglectum fuit, virtutē illi suā
 „ suppleant, scisque laboribus in Christo compenserent. Excubias agi-
 „ te non solūm, ut hoc oppidum, ejusque ditionem in fide fana con-
 „ firmetis, verūm etiam, ut vicinos lupos, & ursos perpetuo insidi-
 „ antes gladio spiritūs arceatis. Præsentem hīc Clerum, & Senatum
 „ reverenter obseruant, & juventutem Vobis concreditam tum in stu-
 „ diis, tum in Catechismo, omnique virtute provehere pergit: nee
 „ minūs adultis, quam junioribus ad Catholicam pietatem instaurandam
 „ verbo, exemplo, & Sacramentis simul operam date. Præterea,
 „ nequaquam Vos oblivio capiat existim Patroni, cuius memoria in
 „ benedictione est, Francisci Bonhomij, Vercellensis Episcopi, Le-
 „ gatique Apostolici, ut de præsenti Helveria, ita & de Societate no-
 „ stra optimè meriti. Hujus quidem singularis prudentia, & integri-
 „ tas in reformanda Ecclesia, tum favor, & amor mirificus erga Fri-
 „ burgenles effecit, ut Georgius XIII. Pontifex maximus, Nostro huc
 „ jussit destinari, cùm nihil tale cuperemus. Judicavit enim operæ
 „ pretium, ut insignis hæc Respublica Societatis nostræ industriâ, &
 „ studio, velut invictum exstaret Domini propugnaculum, sive forte-
 „ ter adversus imminentes adversarios in pietate Catholicâ tueretur.
 „ Quare Nostrum est, Fratres, sancto dicti Episcopi proposito, justoque
 „ desiderio, simulque præclaræ Friburgensis Senatus, ac populi expe-
 „ stationi facere satis, ut, quotquot in Collegio novo sumptuosè No-
 „ bis, & eleganter fabricato, cuius fundamenta ego benedixi, per Deli-
 „ gratiam unquam commorabuntur, se talibus Fundatoribus, & Pa-
 „ tronis gratos, & in hac ampla messe fidos Operarios præbeant, qui
 „ pacis, bellique tempore, factis potius, quam verbis le officij sui me-
 „ mores esse declarent. Cùm vero caducum corpus meum, quod
 „ verium cibus esse debet, terræ mandaveritis, si apud Vos quidem
 „ de terra migravero, animam in primis immortali Deo commendare
 „ non desinatis, ut ego per divinam Misericordiam emaculatus, electo-
 „ rum Sacerdotum confortio aggreger, ac itidem pro Vobis, vestro-
 „ que Collegio, & oppido, Dominum precer in Regione Vivorum,
 „ Fiat! fiat!

762.
 Zelus Ca-
 nitij erga
 Catholicos
 in virtute,
 & Religio
 ne exco-
 lendos.

Cæterum, ut ex hæc tenus allatis perspicue patet, quanta Petri cu-
 piditas fuerit Instituti nostri spiritum, perfectionemque Sociorum animis
 ingenerandi, sic elucebit pariter ex his, quæ partim ab ejus in Societa-
 tem ingressu iam enarravimus, partim hīc subjungemus, obstupescendum
 profecto esse, quam latè, ac indefessè Viri hujus Apostolici insatiabilis
 ardor sese exporrerexit, veram erga Deum Religionem, & cum hac
 dignam homine Christiano virtutis curam extra Societatem quoque
 populorum animis inferendi. Penitus id cognoscendi studiosus operæ
 habebit pretium, si revolvete libuerit alibi commemorata. Hic, ut
 brevitatem sectemur, vitemusque fastidium, subnotare duntaxat placuit
 vel hucusque præterita, vel non nisi necessaria ad rerum seriem intelli-
 gendam, verbulo saltem repetenda: Ac in primis quidem ea memore-
 mus,

mus, quæ Catholicæ Ecclesiæ, & Regionum, Ecclesiam hanc Matrem, Magistrumque suam profitentium bono perfecit.

Vix confecto in Academia Coloniensi Societati jam adscriptus 763.
Theologæ curriculo, Sacerdos consecratus fuerat, cùm ocyùs in cathedralis expeditus est, quas dein per quadraginta, & plures annos continuos tenuit per Aulas, urbes, regiones, perquam multas, Latino, Germanico, Italico sermone. Et quidem perquam sèpè bis uno die De facundia, & vî eloquentiæ, ut nihil memorem, illud forsitan haud vulgo notum est, à Petro introductum fuisse consuetudinem, in omni ferè Germania hodie receptam, ut post quamlibet concionem omnis auditorum cœtus flexo poplite verba subsequatur, quæ Concionatoris ore præmittuntur, ac generalem, uti appellatur à vulgo, culpam, seu noxarum confessionem, veniæq[ue] à misericordi DEO implorationem supplici peccoris ex vero pœnitentis tunfione continent. Subiectuntur multis in locis clara voce, quas idem concepit Canisius, preces aliæ, queis DEO pro Ecclesiæ Catholicæ incremento, hæc reseon extirpatione, Principum Christianorum concordiâ, publicèque avertendis calamitatibus ab universa plebe supplicatur. Accesserunt dictioribus ex alto creberrimæ cathecheses in plano, quarum, quis ignorat, quanta sit hodie ubique locorum frequentia, postquam primus, quem Societas edidit, concinnatus à Canisio catechismi Liber in omnes Orbis partes, & omnium ferè gentium linguis est evulgatus, eadem quidem doctrinæ Christianæ complexus capita, formâ tamen dispari, pro discentium, audientiūmque videlicet captu; nam & in permodicu 764. Culpa publicæ, ut appella- tur, post conciones usus, & aliarum pres cum à Canisio intro- ductus.

hæc de Religione Quæstiones contractæ visuntur compendium, & ampliore in forma adnumerati, queis dogmata confirmantur, Scripturæ sacræ loci, addita demum nomina Sanctorum Patrum, qui idem, quod Divinæ Paginæ elocutæ sunt, testimonio suo corroborant. Quid, quod ipsa tandem verba eorundem Divorum, quos recenset, Patrum, Petri Bussæi è nostra Societate studio additæ fuerint, unde Cathechismus hic in quatuor sat spissa volumina excrevit?

Dicere porro ad populum exordia dumtaxat levia videri potuerunt 765.
Sacerdotalis Ministerij; quippe eodem adhuc anno in Academia publica alteram sancti Pauli ad Timotheum Epistolam eruditis illustratam commentationibus, & ipsa sacra Evangelia Scholasticâ ex cathedra explanare est aggressus. Quin ad lucubrationes illico edendas sese translulit, alienas primùm, ut gemina sancti Cyrilli Alexandrini, Leonis verò Magni opera omnia, conductis, collectisque operosè Typographis, quorum qui libros Catholicos vulgarent, ingens tum Coloniæ, Augustæ, & alibi fuit penuria. Non cunctatus est diu, quin ipsem et quantum cathedris, tantum & pluteis, scribendisq[ue] Orthodoxorum utilitati libris se traderet. Quanta inde animorum emolumenta extiterint, nemo sat explicet, postquam intellexerit, quæ de sancto Aloysio Gonzaga memoriaz prodata sunt. Fuit sanctissimus hic Juvenis suæmet indolis impulsu, ad agendum perpetuâ cum DEO coniunctione summo-pere intentus, formæ tamen, ac methodi, quâ id ageret, nequid sat gnarus. Venit fortè in manum libellus à Petro Canisio editus, in quo præter alia materies piè de Rebus Divinis commentandi descripta legitur, certis distincta capitibus, sanctisque unâ affectibus. Rupit hæc institutio Aloysium, itaque illi sapuit, ut, cùm præcipue spiritus, quo commentationum harum tenor descriptus erat, animum pervadoret;

non solum deinceps ad hanc methodum suas erga DEUM preces, & meditationes direxerit, verum etiam, cum ante seculo excedere statutum habuisset, ex usu dati à Canisio magisterij animo inclinari coepit ad eandem Familiam, in qua ipse hic Magister agebat, ineundam, utpote in qua illam Divina meditandi formam inventurus esset, quam à Canisio doctus ad spiritus sui gustum appositissimam fore persentisceret. Non aliunde quam à DÉO provenisse hanc impulsionem paulò post DEI Mater exposuit, cum ante suam Madriti imaginem, die in cælum assumptæ Virginis sacro, ardenter precanti Aloysio diserte indicavit, placere Numini, ut, si in cælum assumi vellet, Institutum Societatis JESU assumeret. Profectò si nullum Canisius ex Libris suis, meram spirantibus pietatem, retulisset fructum, quem tamen à plurimis inter Catholicos

- 768.** Unde Socie- reportavit plurimum, id abunde sufficeret, quod sicut sanctissimum Ju-
tas, & S. Stanislaum venem Stanislaum Societati Romam transmisit, sic & Aloysium Eidem Koskam, & paraverit, qui similiter Romæ nostri Ordinis tirocinium auspicatus est. S. Aloysi- um Gonza- publicis hodie, quos sanctissimus Pontifex Iis deberi solemniter statuit, gam pro- movere honorigibus coluntur. Faxint ambo suis precibus, ut pari solemnitate brevi mundo declaretur, ipsorum quoque ad eandem vitæ Societatem in terra ineundam ducentorem Petrum Canisium, nunc in Cælo, etiam publica veneratione dignum, utpote perpetua cum ambobus vitæ perennis Societate Beatum esse. Quod de libris à Petro in lucem precepis, idem de Epistolis, quas nunc ad varios singillatim, nunc ad cœtus integros scripsit, dicendum est; plenæ sunt hæc saluberrimis monitis, & consilijs, quæ, si quando videri possent liberiora, mira demissionis religiosæ dulcedine, & nihil nisi ejus, quem monitum volebat, emolummentum spectantis suavitate noverat legentium animis insinuare. Extant complures hujus tenoris literæ, quas ad Pontificem, Cardinales, Ecclesiasticos æquè, ac Laicos Principes exaravit. Undique promicat in illis Religionis ardor, ac zelus, fragrat pietatis, & sanctimoniaz Odor. Non sati habuit pro Parthenone Regio Halæ in Tiroli utilissima condi- disse statuta, Epistolam præterea hortativam absens misit, incitamentis ad primævum Congregationis hujus in virtutis studio vigorem conservandum (quod hodieque fit) tam potentibus resertam, ut invenire etiamnum quovis quadrimestri, clarâ voce inter prandendum, cœnandumque Virginibus prælegatur,

At verò, quis non magni instar miraculi habendum esse putet, hominem unum habendis concionibus, lucubratione librorum, Authorum lectione immensa, adeò diu, noctuque occupatum, ut agere aliud potuisse non videatur, tanta egisse tamen, quanta si deni agerent, impigras singulos Operas judicares. Vita Petri, si in itinere haud esset, tota vel in Sede Confessionaria, vel in xenodochijs, ægrotantium cubi- culis, captivorum carceribus, & pauperum Scholasticorum contuberijs transacta fuit. Bis Tridentum, & Bononiam evocatus ad Con- cilium Oecumenicum, septies Romam profectus, magna utrobique præstítit pro pietatis, & Religionis in Germania conservatione, & incre- mento. Gravissimis angustijs conflictabatur Collegij Germanici fun- datio, quam, urgente Ignatio, Julius tertius Papa statuerat. Hanc, urgente iterum Canisio, innovavit Gregorius Decimus tertius, atque ejus, quâ fruitur celebritatis fundamenta instauravit. Neque inficiari quisquam volet, Germanici Collegij fructibus, qui inde germinabant, permotum fuisse Gregorium, ut vicena terna pro diversarum gentium

- 770.** Imperat- instauratio- nem funda- tionis pro Collegio Germanico Rome, & alijs alibi, Juve-

Juvenibus, tam Romæ, quam varijs & alibi in regnis, & urbibus, maximis impensis excitârit Collegia, & Seminaria. Ut porro magno semper animo obnixus est, ne Laici Principes Quæstionum de Religione difficultatibus enodandis, aut infringendis Pontificum, & Episcoporum iuribus sese immiscerent, ita, quos novit Ecclesiæ statutis, ac Pontificum Decretis obsequentes, adhortari, eorumque captare benevolentiam, opemque implorare laboriosissimè contendit, ut nimirum ad sanctiones Ecclesiasticas exequendas, vires suas, auctoritatēmque, & præsidium conferrent. Inde perennes illæ profecções tam intra utramque Germaniam, quam in cæteras Septentrionis plagas suscepæ, nunc jussu Pontificis, nunc accersitu Præsulum, Principum, Rerum publicarum, & ultroneâ rem Animorum, tutelamque defendendi spe, & infatigabili studio.

Tam affluis, tam magnis, qui eum aut ubique circumleperant, aut, quoquoversum iret, comitabantur, laboribus occupatum, ætas ad anni jam sexagesimi limina provexerat; cum irquietum, & alia semper & alia, eaque magna pro Divinæ gloriæ incremento cogitantem obedientia tandem, quam summo Pontifici suisque Modera-
toribus præstare posse semper gavisus est, uni illum loco, ut ex alibi memoratis constat, Friburgo Helvetiorum addixit, incolam quidem diuturnum, minimè tamen otiosum, & segnem. Testem affero gravissimæ eruditione, editisque permultis monumentis celeberrimum Gabrielem Bucellinum ex Sanctissimo Divi Benedicti Ordine. Is in opere laudatissimo, quo acta Constantiæ ad Lacum Acrenum, atque ita Constantiensis Episcopatus per annos recenset, cum ad annum sesquimillesimum octogesimum pervenisset, sic ait: *Nunquam fuit sine magnis Sideribus Diœcesis nostra, aut natis, aut datis, singulariter que Numinis gratiâ & benevolentia etiam procùl venientibus.* Ita hoc anno sanctæ memoria Ven. Patrem Petrum Canisum meritissima, & laudatissima Societas Jesu Sacerdotem Neomagensem patriâ, Geldrum natione, meruit, qui nunc jussu Superiorum Helvetia immigravit, & multis laboribus Diœcesis nostram demeruit. Cuius omnia commemorare nimis quam longum foret; talia tamen fuere, qua baud multum concesserint meritis majorum Apostolorum.

Quam porro absque remissione, Apostolorum hic imitator in colenda Domini Vineâ sedulus, quam ad eandem culturam plures adducendo efficax fuerit, idem Bucellinus, dum anni supra millesimum quingentesimum nonagesimi sectandi mentionem facit, ita prosequitur: *Meretur de tota Helvetia, adeoque Diœcesi nostrâ plurimum beatæ memoria Petrus Canisius, sed & totam Rempubliam Christianam sibi obligat, diversis ingenij monumentis, catecheticis in primis, quibus juventuti, & recens ad Ecclesia gremium redeuntibus sanctè consulebat, cuiusmodi exercitium diversi divisorum Cœnobiorum Asceta utilissimè in se suscipiunt, ita ut statim Provinciis Divinus cooperans Spiritus se proderet, & viciniores quoque sacro fervore corriperet, & ad solidiorem pietatem inflammat.*

774.

Libros edi-
dit parœci-
as Cantonis
Friburgen-
sis percur-
sas

Certè ad spargendas zeli Evangelici flamas spectâsse creden-
dus est , cùm jam septuaginta annorum senex , Divorum Beati , ac
Fridolini , primorum Helvetiæ Apostolorum , Nicolai item Anacho-
retæ Vitas studiose conscripsit , prelóque edidit . Cùm interea , quem-
admodum in Austria olim degens , trecentas Parœcias id temporis
profecto lustratione summè indigas , vel ipsem et , vel missis quaqua-
versum Sociis percursavit , ita , quamvis senio jam gravescente , octo-
ginta Friburgensis Republicæ Curias pedes ipse pererravit , curiales piis
adhortationibus in fide Orthodoxa confirmavit , Curiones exemplo
virtutis , & piâ colloquiorum suavitate simul , ac eruditione effecit si-
bi peramicos æquè , ac per Sveviam aliquando circumiens , tum Pa-
rochos , tum Cœnobia Virorum perinde , ac Virginum , & ipsos Cœno-
biorum Præsides reddidit sibi additissimos . Annus , dum hæc scribo
necdum effluxit , cùm celeberrimi Virginum sub Sancti Augustini Re-
gulâ , ut appellantur , Canonistarum in Constantiensi Episcopatu Par-
thenonis Inzighofensis Antistita , pretiosum pro Templo Constantiensis
Collegij supellecili augendæ munus misit , grati , ut nuntiari jussit , ani-
mi monumentum , quod Venerabilis Petri Canisius vigilantia , & horta-
tiones Inzighofium præmunierint , ut in Religione perduraret , quan-
quam ex omni circùm viciniâ solicitationes vehementissimæ , pessimæ
que defectionis exempla , corrupto illo & lamentabili seculo , sese ob-
truderent .

775.

Ob zelum
universa-
lem hære-
ci perse-
quuntur
Canisium.

Ardor castæ erga Deum Religionis inter Catholicos tuendæ ita
occupavit Canisium , acsi non unius tantummodo , sed omnium in
Germania præcipuè Ecclesiarum curâ premeretur , unde , cùm videret
tantam ab hæresi populis Orthodoxis Animorum stragem & inferri ,
& majoris inferendæ pericula quotidie augeri , dicere ex vero poterat :

Quis scandalizatur , & ego non uror ? Huc itaque vires omnes ,
quidquid naturâ , quidquid ingenio , ac spiritu valeret , intendit , ut
zizaniorum seminationem impediret , seminarores procùl arceret , zi-
zania ipsa evelleret . Opposuerunt se fortiter operarij iniquitatis , &
nihil intentatum omisere , quo Canis huic (ita ignominioso appellab-
ant convicio) tam strenue & continenter adversus rapaces lupos
vigilanti & latrante os oppilarent , vi ad hoc , & fraude usi . Vi-
ennæ cùm ageret in Austria , & Pragæ in Bohemia , quoties ad Roma-
norum tunc Regem Ferdinandum , qui subin Carolo Fratri in Impe-
rio successit , in Aulam fuit evocatus (quod fiebat per frequenter)
militare Præsidium adhiberi Ferdinandus jussit , nequa violentia infer-
retur gradienti . Evitare nihilominus haud potuit injuriosas accla-
mationes , quas à tergo mittebant Hussitæ , noto tunc Pragæ , versi-
culo in Ca-
culo , quo utpote miro , ac ingenioso , ut sibi applaudebant , Praga
omnis personabat :

776.

Qui versi-
culo in Ca-
culo Pra-
ga ludunt.

Hinc procul esto Canis , pro nobis excubat Anser .

777.
Praga ho-
die tota
Catholica.

Bohemorum quippe lingua *Anser* idem , ac *Hus* est , quod simul Joan-
nis Hussitarum Hæresiarchæ cognomen fuit . Sed nihil streperi clamo-
res effecerunt , nisi ut occlamaret contentius sacer hic latrator Anubis .
Quin evenit demum , operante in primis DÆI gratiâ , strenua Principum
curâ , Ecclesiasticorum zelo , Ministrorum Aulæ fidelitate , ut loco
unius Collegij , à sancto Clemente nomen adepti , quod Ferdinandi Regis
fundatione Canisius ut poneret , Pragam venit , hæretici verò omni-
modo

modo impeditre, ipsūque Canisium exterminare conati sunt, terna jam ibidem constituta visantur Societatis Domicilia, & soli civitatis jus, liberūque Religionis exercitum obtineant Catholicī. 778.
 liberūque Religionis exercitum obtineant Catholicī. Tria illuc
Societas
Domicilia,
ex quibus
sepende-
cim sacri
Oratores in
varij Tem-
pla.
 Dum ex adverso, quod metu nequaquam vano præfagiérunt adversarij, ne hiscere quidem audet Hussæus quisquam declamator, personante interim plurimis ex cathedris, & Sociorum ore. Evangelij tubâ, quâ docentur Bohemi spargere in Moldavæ urbem interfluentis undas Joannis Hussii, olim in Constantiensi Concilio exusti cineres, quos vesana tunc avorum supersticio, vel ex ralo, in quo crematus fuerat, celspite in urnas collegerat; venerari contrâ sanctiores alterius Joannis Nepomuceni in Moldavam dejecti, submersique Exuvias, gentilitium nempe Palladium, pignusque tutelæ, Martyris veneratoribus, in periculo prælertim perdendi famam, clementer impendendæ. Quod sanè commenda· bilissimo studio faciunt Pragenses, cultūque sancti Joannis Nepomuceni, & cum cultu simul prodigiam beneficentiam toto terrarum orbe diffundunt, ut pateat, minimè deceptum fuisse Canisium opinione, quam, ubi Pragam ad Collegij initia fundanda pervenit, de loci incolis ore, & calamo prædicavit, notaram à se esse in eo populo inดolem bonam, & ingenia ad pietatem accommodata, modò keliorum sationi sublatæ bona succedat seminatio, qualem scilicet invicta Petrus adversum injurias præstítit patientiâ, invicto adversum minas, & pericula mentis robore.

Cæterum, ut vim adversantium neutiquam pertinuit Christi Athleta, ita ignores, num risio magis, an miteratio afficerit Virum piū perinde, ac magnanimum, ubi adversatrices linguae à violentis contra se insultibus ad calumnias, & fabulosa commenta turpiter confugerant. Monialis fuerat Moguntiæ in Cœnobij cuiuspiam gubernatione post An. tūtūtā prima. Catellæ illi cognomen erat, texendæ sutelæ argumentum. Hæc, & professionis, & nobilitatis, ex qua ortum trahebat, oblitæ, cum despiciatissimo pistrini monastici servulo Francosurtum profuga, sacrilego deinde in thoro, ac haeresi defuncta est. Vixit, eo tempore, Flactus Illyricus, inter Magdeburgenses Centuriatores vix non primus, qui, auditio Catellæ transfugio, plū quam caninâ impudentiâ, occasionem arripuit turpissimum configendi mendacium; Canisium videlicet à Catella, quam mentitur fuisse Antititam, hospitio acceptum, lautèque tractatum, ob nominum canis, & catellæ commonionem primū in calidores ex vino jocos, eam deinde familiaritatem devenisse, quæ nuptiali demum vinculo connexos, altero mox die, clandestinâ fugâ Francosurtum abstraxerit. Nullum adeò patens est mendacium, quod is tamen, qui te odit, licet ipse non credat, ut credatur tamen ab alijs, persuadere latagat: hinc est, cur Joannes Woltius Jure consultus, haud minus Flacco mendacioquus, non erubuerit explosam hanc pridem fabulam, quam evulgatam fuisse ipsos Illyrici discipulos puduit, resuscitare ex tenebris, & libro sexto rerum memorabilium, de quibus sedecim reliquit libros, rursus insertam posteritati relinquere. Sed nempe hoc unum superfuit veritatis hostibus, ad ulciscendum se de Canisio, quem unum ignominiae ex Colloquio nuper Wormatiensi, quam olim narravimus, reportatæ præciputum authorem experti fuerant. At verò Petrus, uti de suo privatim dedecore, quod calumniatores inustum volebant, parùm angebatur, penitus deinceps in Joannis Gropperi viri doctissimi, postea in Cardinalium adlecti Collegium, sententiam concessit. Hic enim, et si magnopere Wormatiam expeditus, ire tamen reculavit, quod prævideri à se diceret, ex hujus-

780.
Calumnia
de Canisio
cum Cate-
la profugo.

Ratenu-

781.
Cum Grop-
pero tam-
dixere in-
cipit, ni-
hil ex di-
putatione.

bus de publicis profici. modi rixosis colloctionibus, uti haecenius evenisse competisset, nihil ad rei de Religione summam profici, heterodoxos exulcerandos potius, & cùm ad rationem, quicis oppugnarentur, soliditatem solidi nihil respondere possint, convicia reposituros, & mendacia, quibus apud imperitos pro victoribus sese efferent, & Catholicos non solum vi-

782. Plus effe- Etos impudenter proclamarent; verum petulantii dicacitate, ac effre-
aturum se sperat con- ná calumniandi licentia, ludibrio, & odijs conarentur exponere. Verè
ciando, & scribendo. hæc dici suo recenti experimento doctus, aliud armorum genus, quod pariter hucusque ad jugulandam hæren idoneum esse conspexit, usurpare impostetur statuit, prout videlicet sese offerret multiplex occasio, linguam è suggestu, & calamum in libraria, tam fructuose, ut in utro- que ejus opera exposceretur avidissimè Friburgi Brisgojæ, Argento- rati, Moguntiæ, alijs, de quibus alias dictum, urbibus: ad quas, quām solicite postulatus fuerit, literis, quarum exempla adduci possent, testantur Reges, ac Principes, Episcopi, & Collegia Canonicorum Ca-

783. Canonico- rum Cath- dralium Augustano- rum literæ. Unum de his Epistolis afferre exemplar juvet, ex quo causæ liqueant, cur Cathedrales Canonici Augustani, Religionis tuendæ studiosissimi, Canisium ante alios pro Templo suo Oratorem sacrum è quibus Ca- modum,

Cathedralm expelunt.

Reverende in Christo Pater, & Domine nobis observande:

„ Cùm anno elapso R. D. Joannes Fabri Sacrae Theologiae Doctor, & noster in Ecclesia Cathedrali Concionator, qui per plures annos prædicando, & scribendo munus suum non segniter, sed summa cum latide apud Nos exercuerat, non sine nostrorum, ac bonorum omnium mœtore diem objisset suum; Nos verò tali egregio Verbi DEI Præcone destituti cerneremus, reliquias Catholicæ plebeculæ in hac celeberrima Germaniæ civitate, ceu oves pastore suo deslitutas, ac palantes non in modico periculo oberrantium passim luporum versari, nihil magis necessarium duximus. quām ut primo quoque tempore alium, qui defuncti ipsius Fabri locum, & Provinciam pari laude, & successu sustineret, nancisceremur. Talium autem Virorum apud Nos, hac præsertim tempestate, ubi pleraque omnia hæreticorum fermento corrupta sunt, è minor est numerus, quod, si qui eruditione, ac doctrinâ non contempnendâ prædicti reperiantur, illis tamen non statim publicè docendi provincia demandari potest, cùm experientiâ didicerimus, quanto versemur in periculo hoc tempore à falsis fratribus. Quām igitur circumspetè, & providè in re tam arduâ, ubi de Religione, ac animarum salute agatur, nobis agendum sit, perpendicularentes, eam ob causam, ut securos Nos omni ex parte esseliceret, & ut virum populo Augustano inclito exhiberemus, qui, non tam doctrinâ Orthodoxâ cum salubriter pascere, quām etiam exemplo vitæ inculpatæ saginare posset, eâ, quâ potuimus, contentione & studio apud R. doctissimumque virum D. Petrum Canisium precibus nostris institimus, ut ipse hoc munus ad DEI laudem, & Ecclesiæ ejus utilitatem subire vellet, tandemque effecimus, ut laborem, & conditionem non detrectaret, si id sibi per Te Præpositum sui Ordinis Superiorum liceret; cùm itaque Reverende, ac modis omnibus colende Domine Præposite, intelligas, quām in hac inclita, & celeberrima totius Germaniæ civitate messis sit copiosa, & uberrima materia de Religione Christiana bene merendi, & hoc præcipuum vestri Ordinis studium sit, ut ubique terrarum necessitatibus Ecclesiarum per Vos occurratur, certè, „ noſtre

„ nostro quidem iudicio , rem magis piam , DEOque gratiorem , ac utiliorem Ecclesiæ Catholicæ præstare vix poteris , quam si Nobis nobis-
tem istum tuum Fratrem doctrinâ , vitæ sanctimoniam , ac omnium
virtutum genere toti Germaniæ notissimum , Petrum Canisium hic
apud Nos morari , & Concionatoris officium subire patiare . Id quod
Nos summis ab tua humanitate precibus hisce nostris literis contendimus , ut impetrainus , enixè rogamus . Ita enim fiet , ut apud Deum
Optimum Maximum gratiam ineas , & Nos tibi , Ordinique tuo , perpe-
tuo studio adstringas . Ex Augusta 9. die Maij A. 1559.

*Christoporus à Freyberg Decanus , totumque
Capitulum Ecclesia Augustana.*

Servantur in Tabulario & aliæ literæ , sancti nimis Caroli Borromæi Cardinalis , qui , cùm , anno post sesquimillesimum octogesimo tertio à Pontifice Gregorio decimo tertio ad Helveticas oras , quarum aliquæ hæresi infectæ erant , ab eadem vel repurgandas , vel ne ulterius serperet , defendendas prosecutorus esset ; illico ad Canisium scripsit , consiliaque Legationis cum fructu obeundæ à Viro , hæreticorum reductione celebratissimo , petijt . Dedit cum submissione modestissima Petrus , secutus est Carolus , eo proventu , ut quemadmodum in horis Ecclesiæ Canonicis legimus , quam plurimos Helvetios , Rhætosque ad Fidem Catholicam converterit . Modus verò & consilia cum Borromæo communicata fuerunt eadem , quæs Petrus est usus , ac illustrissimas , in Suevia præsertim , ac Tiroli conversiones effecit , easque admodum frequentes .

In concionibus præter argumenta , quibus ipsa Religionis Orthodoxæ Veritas solidissime doctum Oratorem instruit , eloquentiam adhibuit sensu gravem , sfavem eruditione , cum perspicacia tantò intelligentius pvideri aptâ , quantò longius aberat omnis verborum acerbitas . Affectus miscuit , è quibus in primis ipsum ardore studio alienæ salutis Concionatorem elucebat , dein & in auditore propriæ animæ curram , studiūque accendi pronum erat . Quo semel obtento , id consecutum est , ut multi agnitæ veritati intellectum , voluntarēque submitterent , multi saltem non odissent Virum , ex quo nihil fastūs , astūsque , mera ex adverso comitas , & candor , sub quo nihil abdite simulationis suspicari posses , constanter emicabat . Quodsi infensi esse voluerunt alij , tales fuere , quos vel inveterata scelerè vivendi assuetudo , vel pessima superbiæ proles pervicacia sic obduraverat , ut Petrum cane pejus , & angue execrarentur ipsi , tum ut cæteri quoque odissent , perverissimis instigationibus niterentur efficere .

Nec omnino irritus , ut antè dicebamus , labor fuit , sed ferè apud plebem duntaxat , quam confitat , utpote inter verum , & futelas discernere imperitam , facile quilibet affectuum impressiones admittere , si clamatorij rabulæ speciola garrulitate id semel evincant . ut probabiles Autores habeantur , credendum esse , quidquid blaterant ; unde mirandum haud fuit , si quandoque necessarium esse judicavit Petrus , contra buccones hosce incendiarios eloquentiæ flumen nonnihil latius effundere , quæs tam noxias incautis flamas supprimeret . Quin & in libris , quos edidit , eosdem absque scommissis quidem , ac acerbitate presul arctius , & quoniam Lectores , quibus fabulatorum commenta

in manus veniunt, ultra vulgus eruditii aut sunt, aut sese existimant, hos quidem graviter monuit, ut sibi caverent, illos tunc tulerint edocuit, ut viderent, quam pestilens in herba anguis lateat, primaque illius cura fuit, seu cum Ingolstadij Academiæ, seu cum Augustanæ præflet Cathedræ, libros, qui hæreticis propinarent, legentium manibus excutere, atque etiam, ut ne audirent quidem venenatos sibilos, abducere à Ludim agistris hæreticis pueros, ac de Catholicis providere.

787. *Præter sum opus de corrupcio-*
Verbi Divini edit librum Cardinalis Hosij.
Quam eloquens autem, frugiferque Orator stetit in Cathedra, tam doctus ad pluteum Scriptor sedet, ac industrius, quantum quidem ad confidendum temporis ex assiduis tum negotiis, tum itineribus suscipiatur potius, quam seponere licuit. Præter alia geminas contra Centuriatorum, uti se appellârunt, *Magdeburgensem* fabulationes de corruptelis verbi divini, duo sà magna Volumina Typo subjecit, obiecitque, gavilus magnopere, si aliorum quoque sociam conquerere operam posset. Hinc, ubi lucubrationes Cardinalis Hosij narrat, quam nervosè Vir hic sanctitatem juxta, & doctrinam maximus novitios errores confutaret, non quievit, donec effecisset, ut luce publicâ dignissimum hoc Opus sibi liceret prelo evulgare, apud Aquaviam præterea Societatis Præpositum Generalem, vehementer instituit, ut, quoniam Theologiae Professoribus in Provincia nostra, qui initio plerumque exteri linguae Germanicæ imperiti fuere, paulatim alij in Germania nati succrescerent, nominaret quosdam ex prioribus, soli destinandos Scriptori, & libris, quibus Controversias de Religionibus exteris, & non pertractantes, avitæ quidem dogmata quam vera, novitiae quam Germanos falsa essent, demonstrarent. Impleta successu temporis sunt vota Patris optima, abundantius profectio, quam forsan tunc speraverat; nec enim; ut aliis Provincijs de Viris suis insignibus, quos utique per multos habent, memorandi argumento nihil præcipiam, in sola Provincia nostra haud Hieronymus tantum Torrensis, vel Gregorius de Valentia, Alphonus Torrensis, Hispani Viri doctissimi; verum eorundem institutione, & exemplo, Germani deinde Tannerus, Gretlerus, Rosenbutchius, sexcenti alii ad præsentem usque diem, quot & quantis voluminibus impugnarunt feras hæreticas, propagarunt fidei Orthodoxæ veritatem!

788. *Procurat Provincia nostræ vi-*
ros doctos Germanos
789. *Canisius in oratione Dei perpe-*
tua.
Sed enim, quantacunque Canisius aut ageret ipse, aut agentes Exercitias da curarer ab aliis, nunquam non memor fuit aurei illius moniti, quod ipse usurpat à sancto Patre suo Ignatio acceperat, profundè nimis in animo de & aliis committerent Viri Apostolici, instrumenta dumtaxat se esse, quævis Divinanda Manu's ad nominis sui, & gloriae propagationem uteretur, tanto ad operandum infirmiora, quanto ab Utentis manu remotiora tanto efficaciora, quanto propinquaque magis, & conjuncta essent. Appropinquatio autem hæc, ad Detum, & familiarior conjunctio, cum præcipue obtineatur frequenti ad supremum Numen recursu, & precatio, illud ex vero fas est asserere, quemadmodum iuventus laboribus, ita & in orando Deo, ut labores fecundaret, absque intermissione fuisse Canisium. Et quidem, ut seipsum convenienti Apostoli Sanctorum informaret; efficere conatus est factis exercitationibus, quas à sancto Ignatio præscriptas Petrus Faber, vel Ignatii iudicio peritissimus eas tradendi Magister, in ipso Canisio, antequam in Societatem reciperetur, accuratâ periclitacione adhibuerat. His & Canisius semel degustatis usus est pers frequenter, & servide, atque ut

Sed enim, quantacunque Canisius aut ageret ipse, aut agentes Exercitias da curarer ab aliis, nunquam non memor fuit aurei illius moniti, quod ipse usurpat à sancto Patre suo Ignatio acceperat, profundè nimis in animo de & aliis committerent Viri Apostolici, instrumenta dumtaxat se esse, quævis Divinanda Manu's ad nominis sui, & gloriae propagationem uteretur, tanto ad operandum infirmiora, quanto ab Utentis manu remotiora tanto efficaciora, quanto propinquaque magis, & conjuncta essent. Appropinquatio autem hæc, ad Detum, & familiarior conjunctio, cum præcipue obtineatur frequenti ad supremum Numen recursu, & precatio, illud ex vero fas est asserere, quemadmodum iuventus laboribus, ita & in orando Deo, ut labores fecundaret, absque intermissione fuisse Canisium. Et quidem, ut seipsum convenienti Apostoli Sanctorum informaret; efficere conatus est factis exercitationibus, quas à sancto Ignatio præscriptas Petrus Faber, vel Ignatii iudicio peritissimus eas tradendi Magister, in ipso Canisio, antequam in Societatem reciperetur, accuratâ periclitacione adhibuerat. His & Canisius semel degustatis usus est pers frequenter, & servide, atque ut

Et Socii omnes uterentur, studiose curavit, fore, ut, quemadmodum Ignatius per eas commentationes proprium Societatis ingenium, ac Spiritum hauerat, ita ejus Filiis genuinus Iustificati sensus, vigoreque impertiretur. Ad Exercitiorum, quæ Ignatius condidit, formam, & imitationem *Notas in Evangelia Dominica* cujusque per annum in negotiis animorum etiam praeces aliorum efflagitare. 791.

num diei conformavit, in quibus non tantum tria plerumque capita meditanda, verum etiam ternas hominum classes, quibus certæ à Deo gratia exorandæ essent, adnotavit, pro illis, qui conscriptis à se Meditationibus vacaturi essent. Jam nihil illi sicut crebrius, quam quories majoris momenti negotium pertractandum occurrit, cum simul ad illud expediendum consilia aliorum exquireret, insuper nunc à Patre Generali, nunc à Provincia universâ, his, illisve Collegijs, quin viritim à Sociis præces, voluntarias corporis castigationes, & Sacrificia efflagitare, ut cum optato animorum proventu, quod præ manibus erat, terminaretur. Ignatius tam piam, non nisi pia mendicandi formam non modo non improbavit, sed ipse etiam Sociorum omnium, quidquid mandaret, obsequentiâ fretus, cum rogasset Petrus, ut universo Cœtui nostro certa, eaque sacra subsidia pro populorum in plagis Septentrionalibus ab heretica lue servandorum auxilio conserrent, ita rescripsit:

J E S U S

*Ignatius de Loyola Societatis JESU Praepositus
Generalis*

**Dilectis in Christo Fratribus, tam aliorum Prae-
positis, quam Subditis de Societate JESU salutem in
Domino sempiternam,**

Cum ratio caritatis, quâ totum Ecclesia Corpus in ejus Capite Christo JESU diligere debemus, exigat, ut ei maxime Parti remedium adhibeatur, qua graviori morbo, ac periculoso laborat, visum est Nobis pro virium nostrarum tenuitate, ac Septentrionalium Regionum gravissimo baresum morbo periclitantium subventione, operam Societatis nostra perulari quodam affectu impendendam esse. Et quanvis aliis modis hoc ipsum caremus, Eo orationum, ac Missarum applicatione, jam à multis annis plurimi ex Nobis varum Regionum necessarii subvenire studuerimus, tamen ut hoc caritatis officium latius patcat, diutiusque præfetur, omnibus Fratribus nostris, tam iis, qui Nobis immediate subditi sunt, quam aliis Rectoribus, vel Praepositis, qui curam aliorum gerunt, injungimus, ut ipsi, & reliqui ipsorum fidei commissi, singulis mensibus, si Sacerdotes sunt, offerant Deo Missa Sacrificium, si vero ad Sacerdotium non sunt promoti, vident pro Germania Spirituali necessitate, ut tandem Dominus ejus, & aliarum Provinciarum ab ipsa infelizarum misereatur, & ad Religionis puritatem reducere dignetur, Idque tamdiu aurare volumus, quamdiu earundem Regis Histor. Prov. Cerm. Sup. S. J. Tom. II. Det. VI.

M mm

gionum necessitas eodem auxilio indigebit. Nec ullam Provinciam, etiam in extremis Indiarum finibus constitutam ab hoc officio caritatis excludi, ubi quidem Societas nostra fuerit, volumus. Roma VIII. Kalend. Augusti. 1553.

Ignatius.

Constat ex adnotacione anni, legem hanc etiamnunc in tota Societate vigentem, editam fuisse ab Ignatio, antequam Is Germaniae Superioris Provinciam stabiliret, atque illi Canisium primum Praesidem dedit; quod ubi factum est, Petrus, secundo Praefecturæ fuz anno, quo Res Catholica in Comitijs Imperij Augustanis haud modicè periclitata est, non tantum ab Generali Praeposito Lairio impetravit, ut novæ pro avertendo totius Germaniae discrimine preces per omnem Societatem indiceretur: verum & in sua, quæ tunc latissimè patebat, Provincia, præter Sacrificia, Coronas Marianas, & jejunia, novum, idque geminum DEI ad misericordiam flectendi placamentum introduxit, verbenerationem videlicet adhibitis flagris publicam, certis diebus à collectis unum in locum Socijs faciendam, more, in Germania hujusmodi leviteratibus haud multam assuetâ, eousque inusitato, Litanias item implorandis Sanctorum omnium Patrocinij ab Ecclesia concinnatas, ad quas itidem clara voce recitandas singuli, & omnes quotidie conveniebant. Quæ religio postea in coniunctudinem, coniunctudo reliquas per Societatis Provincias in legem, ubique receptam abiit. Placuisse Numini has pietatis industrias, testatum fecit Comitorum exitus commodus sat, & nequam ijs eventibus, qui timebantur, illætabilis. Testatum quoque fecit, agnosti à se beneficium Canisius, qui, cum Romanum Collegium, præter Viros præstantissimos, quam plurima, etiam Sacrificiorum, piòrumque omnis generis operum, ac subsidiorum Germaniae tuendæ ingentem numerum submisisset, partium suarum esse arbitratus est, temporalis saltem auxiliij quidpiam, ceu grati animi pignus, rependere: unde locupletibus persuasit, ut beneficentiae erga Nostros in Germania portionem ad levandam Sociorum, qui Romæ degebant, magnam, sibique uni perspectam inopiam derivarent. Quod planè miranda quâdam, & inexpectata opportunitate accidit. Semel, iterumque necessitas Romæ ingruit, ut certa pecunia summa, nescio, quibus exactoribus, certam in diem pendenda esset à Patribus. Aëris tantum ad manus non fuit: cum ecce! illo ipso die, antequam is penitus abiret, Syngrapha advenit à Canisio, quæ, perloluto collybo, tantam adhuc pecunia summa recipiendam assignavit, quanta exigebatur.

Interea Canisius ipse, quantum fiduciæ in sola precatione DEI reponeret, quam clarè ex eo ostendit, quod totus semper Numini orando ferventissimè immersus deprehenderetur? Fuit, cum Georgius Schererius, Vir editis libris, & concionibus habitis celeberrimus, adhuc Societatis Scholasticus Viennæ agens ex primo cubiculo, quod Canisius, nescio unde, Viennâ transiens hospes incolebat, sonoros gemitus, suspiriosas voces, atque adeò clamores perciperet. Exploratus quid hoc portenderet, ad januam silentio accedit, videtque, & audit Petrum in genua provolutum summa animi, ac vocis contentionе, Abrahami instar, luctantem cum DEO, & interejulatus, ac lacrymas supplican-

792.
Præterea
flagellatio
nem publi-
cam primus
in Provin-
ciam con-
tra neces-
ritates publi-
cas intro-
ducit.

793.
Ubi & Lita-
nias San-
ctorum
Omnia.

794.
Subsidia
procurat
pro Colle-
gio Roma-
no tempo-
re opportu-
nissimo.

795.
Quanta
contentio.
ne precare-
tur Canisi-
us, à Geor-
gio Schere-
ro depre-
henditur.

plicantem , ut universalem , quæ Septentrioni ab hæresi imminebat ; ruinam averteret.

Plura quinquagenis genera causarum in libellum conjecterat , quæ supplici prece æterno Patri quotidie commendaret , felicemque illis efflagitaret exitum , pro amicis æquè , ac inimicis , pro hæreticis , & Catholicis , pro Regnis , Provincijs , urbibus in communi , pro singulis , quos nominabat privatim , perpetuus ad Deum precursor , ac deprecator . Ultimis mensibus , et si laborem scriptitandi non omnino seponeret , ita tamen illud est moderatus , ut matutino tempore binas , quibus ad Sacrificium se pararet horas , pomeridianas verò omnes , pijs duntaxat ad Deum preceptionibus , Mariapo quotidie Rosario , Rerum Divinarum commendationi , scriptorumque piorum lectioni , vel auditioni ex anagnoste destinato assignarit . Ad Septembribus initium , Vitas Sanctorum ab Laurentio Surio collectas prælegi voluit , duraturâ per sequens anni trimestre lectione . Anagnostes , quod , auge scente semper hydropisi , metueret , ut ne ante Petri obitum volumen totum posset , ut optabat tamen , legendo absolvere , paginas , quæ minus memorabilia contineri putabat , prætermisit , monitus de hoc à Canisio , qui id adverterat , negavit præstituto alioqui tempore ad finem libri se perventurum . Non est , reposuit Canisius , cur festinemas , et si nihil prætermittas , ad propositos à nobis terminos perleetus eris liber . Præfigum affirmavit December ; hoc enim ultra medium proiecto , & anagnostes sancti Barbatiani ultimam ex ijs , quam de Sanctis ad postremum anni diem in Surio legimus , vitam finijt , & biduo post suam quoque Petrus Canisius .

Annū exegerat ætatis sexagesimum sextum , cùm circa Majum anni in sequentis , pedes , qui vacillare jam aliquamdiu cœperant , pauperrim ita officium detrectarent facere , ut curvus incedere optimus fœnix , dein baculo , quo se fulciret , sit compulsus . Nihil infirmitate corporis debilitatus spiritus omnem potius vigorem animi in id unum convocavit , ut sese ad mortem , cuius morbum prænuncium latus exceptit , lancè , felicitèque obeundam præpararet . Loquendi cùm alias semper parcus , tum ultimis mensibus fuit parcissimus , quantum non ægrè alios differentes audiret ; sed nempe non nisi de argumentis pijs , ex quibus solis aliquid levamenti doloribus videbatur accedere : præfertim cùm de magnis quidpiam referretur in Religionis cœaula progressibus ; tum enim novis ille accendi flammis , ac petuâ , ut sibi soli relinqueretur , veniâ , se totum in preces effundere , conarique , ut püs saltem desiderijs suppleret , quæ ad Divinæ gloriae propagacionem Apostolicis antè studijs consvererat adlaborare . Contemplatus dein , solere Deum laboris in vicem ea acceptare merita , quæ ex tollerantia malorum comparas , si Numini ea consecres , ut illorum intuitu prosperè evenire jubeat , quæ ad animorum salutem ab alijs suscipiuntur ; ex solo etiam hoc capite summopere sibi ipsi invigilavit , ut ne quid doloris acerbitali unquam cederet , sed gratissimâ Deo patientiâ pro se , ac alijs aptum se redderet multa præmereri . Jam lethalis humor præcordia , pœdésque ita obsederat , ut nec sedere , nec decumbere , multò minus gressum posset figere , quin nec movere se , nec tangi ab alio posset absque cruciatu . Accidit præterea non semel , ut Franciscus , qui ad ægroti curam destinatus erat , incuria , diem integrum

absque potu permaneret, quin de hac oblivione, aut situs incommodeis, vel vocem emitteret querulam; cumque venter, pedesque magnopere intumescerent, jocari etiam adus est, Vir tota vita summe abitemius; Ecce, aiebat, *inglaviem comedonis uictuli, ut distendit aquanticulum!* At brevi & hanc jocandi materiam submovit omnium penitus ciborum nausea, praterquam quod semel comedendae aviculae subjerit appetentia, quae quam prodigiosè exsatiata fuerit, cum paucim ex alijs Scriptoribus notum sit, tam hoc, tum alia non pauca, quae mortem illius antecessere, ab iisdem narrata hic loci referre superlredo, de obitu duntaxat pauca executurus.

798.

<sup>Filiu meus
Deo mori
tur.</sup> Illuxerat sancti Thomæ Apostoli pterviglium, cum libidine nō stabiliter tumore, halitus quoque redit facilius, itaque, deserto tantisper lectulo, preces, quas in Nbello scriptas habebat, adjuvante Socio, ac subin vespertinas prosecutus: paulò post, nunc tandem, inquit, tempus est, ut decumbam. Ad id dum comparatur, derepente subito pavore alteratur vultus, & insolite pallorem, sudoremque exprimit angustiæ; accesseri petit Confessionarium, & una Collegij Praesidem. Postquam hi, rogante Petro Psalmos Pœnitentiales, ut appellantur, Litaniae insuper, & Commendationem animæ ritu Ecclesiæ recitârunt, desij concussio illa, & horror, incertum, an ex objecta maligni Dæmonis specie, ut apud viros etiam Sanctissimos assolet, incusus, an ex eo terrore natus, quo natura ipsa animi à corpore separationem perhorrescit. Serenato iterum vultu, & eo vespere, nocteque insequente, ac die altero constanter transit: Recepto inter ardenter intinos pictatis affectus sacerrimo Eucharistie, ut Catholici appellamus, Viatico, frontem jucundè explicans, digito ad cubiculi ostium extento, non videtis, amabili voce repetit, non videtis? circumspicit omnes, quin quidquam cernerent. Communis tamen persuasio fuit, cœlestis aliquid speciei objectum fuisse. Adserunt brevi post mortuam à meridie præter Socios omnes, flexis genibus, lecto circumfusos Sebastianus Verroni ad Divi Nicolai Praepositus, tum Viri Senatorij Ordinis Antonius Monachius, Christophorus Reiffius, Joannes Wildius, quibus accessere duo Patres è sancti Francisci Cappucinorum Ordine. Ex his sermone ad Verronium converso, licet balbutiente jam lingua, Urbem illi Friburgensem commendavit, pergeret officio, ut haec tenus, diligenter fungi, Religionem tueri, precibus, & Sacrificijs, Cœlestium favorum continuationem procurare: Postrema erant haec voculae, ut decebat nempe, Virum alienæ saluti natum, Apostolicis quasi cohortationibus immori. Rogantibus dein flexo poplite his, qui circumsteterant, in silentio dum labente manu Crucis formâ, bene à Deo precatus, ultimum sacro Oleo est inunctus. Cum interim Sacerdotis preces, quantum ex labiorum inotu notari potuit, tacitus subsequeretur, manusq; una Servatoris Crucifixi effigiem, alterâ lucentem certum teneret. Nihil egredi lucentis animæ, nihil contorsionis adversum est in oculis: immoto quievit situ, immotis labijs, ut tum demum mori Petrum intelligeres, cum spirare amplius haud videres, quod contigit quartâ circiter pomeridianâ, ætatis aetate anno septuagesimo sexto, mense post septimo, mensis die vigesimo primo. Nec animadversione indignum est, eadem luce, sancto videlicet Apostolo Thomæ sacrâ, abiisse è terris Canisium, quâ idem ante annos leptendecim Collegij Friburgensis possessionem adjerat.

Non

Non tam citò vulgata Viri Venerabilis mors est , cùm se prodidit 799.
 sensus , quantam de vivente x̄aminationem Urbs universa conceperit , Sepulchra
 nutriri queat. Convenit Senatus uterque Ecclesiasticus , & Laicus , Canisius u-
 atque unanimi sensu decrevit , neutquam concedendum esse , ut Viri nanimi vo-
 tam pij venerandos Exuviae alio in loco , quām in Templo Divi Nicolai , to statuitur
 urbis primario , ubi videlicet Petrus , post cœptas illico ab adventu Iudei in Templo
 conciones per novem annos continuasset , pretiosi loco thesauri asser- urbis Prin-
 varentur. Itaque in eandem Aedem , die postero , venerabili Clero cipe ad S.
 præcente universo , comitante propemodum omni civitate , moestum Nicola.
 sonante cuncto ære Campano , Funus defertur inclinante jam ad occa-
 sum sole. Prodit in suggestum Sebastianus , quem suprà nominabam ,
 Verronius , & funebrem in Defuncti laudes Orationem luculentam ha-
 bet , ipsum deinde cadaver in tumulum ante Principem Aram demitti-
 tur. Sepulchralē ex albo marmore titulum imposuerunt Diesbachij ,
 vetustissimæ nobilitatis quaterni Fratres , his notatum verbis :

M O N U M E N T U M

Patris Nostri PETRI CANISII

Societas JESU Theologi

Nic. Roch. Georg. Pet. Frat. à Diesbach post.
M. DXCVII.

Superlites adhuc sunt è stirpe hac inclyta Posteri , & quibus eminet
 Georgij Pronepos , Fridericus Diesbachius , Princeps sanctæ Agathæ ,
 Sacri Romani Imperij Comes , militaribus gestis , munisque celeber ,
 ac Legionis Cæsareæ Præfector.

Elogium aliud ab Joanne Wildio , qui dein totius Republicæ Prætor
 fuit , concinnatum , Verronius Ecclesiæ Collegiatæ Præpositus , ex vi-
 cina columnæ amplis exaratum characteribus legendum affixit , quod , 800.
 ubi ad annum abhinc decimum quintum devenerit scriptio , enarrabi-
 tur , gloriōsis in eo titulis Canisius . quasi quidam Friburgensium Patro- Processus ,
 nus , Ecclesiæ per Helvetiam Patriarcha , Religionis Catholicæ sui tem- & preces ,
 poris Columna celebratur. Clarius multò documentum edidit sum- ut expona-
 mæ de Canisio , ac venerabundæ opinionis Senatus , Populūsque Fri- tut publi-
 burgensis , cùm , sequentib[us] annis , post geminam , uti ritus Ecclesia- ca venera-
 stici præcipiunt , de vita Petri inquisitionem seu Processum Romani- tioni.
 missum , processus etiam ad preces , misso ad Pontificem Libello sup-
 plici , ut sancta Sedes Romana Petrum Canisium inter Beatos cæli In-
 colas publicè colendum pronuntiaret.

At nempe luculentius ad Petri Canisij Venerationem , gloriōsam-
 que memoriam nil attulero , quām si exponam , fuisse illum eo loco , est,
 quo , Ecclesiæ teste , Deus glorificantes se glorificat. Multa , quæ , &
 in vita , & post mortem Petri contigertunt , prodigijs speciem manifeste
 referentia hic prætermitto , tum quod aliqua jam in utraque præsentis
 Historiæ parte , tum quod plura recenter ab alijs Scriptoribus , quorum
 lucubrationes multorum manibus teruntur , fuerunt edita. Religioni
 tamen mihi ducerem prorsus in volvere silencio , de quibus dubitare fas

801. est, an satis volgo sint cognita. Hora necdum effluxerat post beatum Petri è vita abitum, & ecce! facies extincti, quæ pallida antè, ad penitus emaciata fuerat, amoenum renidere cœpit, & purpureo colore apparere vivida, quòd & in manibus notatum, quin & odor exhalans omni aromate fragrantior. Coepus inde concursus fieri ad necdum sepulti cadaver, ad exequias, ad sepulchrum, consecutis evenitibus prodigiosis adeò multis, ut Moderatorum magnâ vigilantiâ opus fuerit ad præcavendum, ut si, quod futurum prævidebant, cogitatio do Venerabili. Viro inter Cælites juxta Canonum ritus, publicæ veneracioni expõendo susciperetur, in prævia inquisitione, prouti Decreta Romana imperant, demonstrari posset, nunquam eousque temporis publicum cultum fuisse exercitum. Quæ sola etiam causa exitit, cur exponere

802. Et alia, quæ videri potest, ad sepulchrum Canisij, haud voluerint Nostri prægrandem cereum, quem Colmarienses Friburgum miserant voto exolvendo, quo DEO le obstrinxerant, si Canisij Patrocinio ab lue pestifera immunes servarentur, quod & obtinuerunt. Dissipata nimis in remotiores etiam plagas erat opinio, quam Friburgenles incolæ conceperant, stare videlicet Canisium promisso, quod, paulò antequam decederet, circumstantibus dederat, preces se interpositurum coram DEO, ut pestilenzia à multis jam annis per intervalla non sinè strage grañanti modus poneretur; tenuit promissio: tribus omnino lustris vicina quidem Friburgo loca vexavit contagio, urbem ipsum ingressa est nunquam. Ut vero postea tandem in civium ædes irrepit, tamen clades, neque diuturnas, neque magnas intulit, quia multi etiam, ubi privata pietate Canisij præsidium implorârunt, malum aut præverterunt, aut repulerunt. Fama hujusmodi beneficiorum in exteris etiam Provincias, atque adeo in Tirolim pervenerat.

Preher. The- Eodem tempore, quo superioris seculi anno tricesimo tertio, &
st. Vir. quarto Vallem Tirolis Oenanam pervagata est pestis, fuit in urbe Hal-
Doctor. lensi Parthenonis Regij Medicus Hippolytus Guarionius, Christophoro in arte Medicâ celeberrimo patre natus, nec ipse in eadem arte, cuius specimen eruditissimo Libro vulgavit, minus celebris, quii in sancti Caroli Borromæi Familiâ educatus, ejusdem postea inter Cælites rite adnumerati honoribus, ad Volderanum pontem urbi Halensii vicinum, Ædem sacram ædificavit, membrabilis ad hanc usque diem prodigo: quod videlicet prægrandis lapis operarum operæ ex vicini collis apice erutus, cum ex earundem incuria in præcepsum impetu devolveretur, multos haud dubiè oppressurus, derepente ad sancti Caroli invocationem, exclamante, qui tunc præsens aderat, Guarionio, in ipso casu absque ullo retinaculo suspensus hæserit. Ad cuius rei monumentum decidus ex rupe lapis in Templo repositus, hodieque visitur. Merita videtur insignis Hippolyti erga proximum caritas alterum prodigium, Petri Canisij haud dubiè patrocinio impetratum, quippe cum bis venenata lues Halam quoque, ubi Collegium habemus, invalidisset, duoque Sacerdotes, qui curandis pestiferoruin animis invigilarent, designati essent, Guarionius, concessu Parthenonis, ultronea pietate industriam suam, artémque omnem Magistratui detulit, in corporibus infectorum curandis adhibendam. Haud tamen ausus hic pro communi salute fuit temerarius, utpote fiduciæ innixus, quam Vir optimus in Venerabilis Petri Canisij patrocinio colloca verat: literas necio, unde naetus, ipsius Petri manu exaratas, nominèque subscriptas, quoties ad ægrotos circuibat promiscuè, suspensas gettabat ex pectore: scuti

scuti loco, & omni amuleto certiores hæ fuerunt, quibus pestilentis auræ, & halitus afflatu, utroque anno, immunis, ac diu postmodum incolmis evalit, cum interim duo Patres nostri, qui contage laborantium spiritualem curam gesserant, mortem ipsi ex hac operi petuerent.

Sed infinitus ero, si prosequi velim singula, quibus perspicue ostendisse Deus videtur, quantum Servi sui Petri Canisij patrocinio tribuat. Unum pro totius Elogij clausulâ juvet superaddere, unde colligas, quam paratam in hoc patrocinio spem habere possit universa, & Provincia nostra, & Germania ob perpetuam videlicet curam, quam à se etiam in cælo haberí non obscuris significationibus indicavit Petrus.

Anno prioris seculi decimo, cum Provinciæ Visitator esset Vir celeberrimus Theodorus Busæus, Belga, in Societatem recepit Ferdinandum Reinman Merano, celebri apud Tirolenses oppido oriundum, decem & octo annos natum: is dein, exorata in Indiam, & nominatum Peruvium ad animas juvandas, navigandi venia, inde ex turbe Lima Peruvani Regni principe, ad unum è Nostris, duodecimo Maij, anno supra millesimum sexcentesimum trigesimum tertio, hunc in sensum Epitolam dedit. „ Scribo Reverentiæ vestrae casum miraculosum, qui in urbe Quitensi sub ipsa linea æquinoctiali sita contigit. In Collegio nostro illius civitatis habetur effigies Ven: P. Petri Canisij in Altari quodam B. V. Lauretanæ. In ea visus est per aliquot dies defluere copiosus sudor à vultu R. P. Canisij. Adverterunt Patres novitatem rei, & monuerunt R. P. Provincialem, R. P. Ludovicum de Sontillas, qui tunc erat in Collegio, & cum multis alijs rem accuratè examinavit, & ipse oculis suis defluentem copiosum hymni sudorem conspexit, & in lana bombycina exceptit, quæ tincta, & madefacta fuit ubertim 23. April 1633. Ipse P. de Sontillas mihi narravit, & particulam lanæ bombycinæ mihi dedit, quam religiosè servo. Placuit hæc Reverentiæ Vestrae scribere, ut conferat dies Sudoris cum ijs, quæ eo tempore contigerunt in Germania. Forstian lacrymatus est miserabilem Germaniæ statum.

804
Prodigi-
fus ex ima-
gine Petri
Canisij sit.
dor.

Animadvertisendum hic porrò est, nequaquam in Altari, quod DEIparæ Virginis Lauretanæ honoribus, titulique erectum memoratur, Canisij imaginem, velut Sancti, fuisse expictam, sed effigiatos simul circa Magnam Matrem fuisse pios quosdam ejusdem è Societate Veneratores, quorum dum viverent, insignis erga Cælitum Reginam pietas, & cultus memoria dignus est visus, ut exemplum ejusdem religionis etiam posteris inter Peruanos tum Nostros, tum exterios proponeretur, quantum quidem decretum Urbani VIII. Pontificis Maximi permittit, cuius observantiam Nobis maximè cordi esse præmissa tum hucusque, tum sequentibus etiam præsentis Historiæ Partibus Protestatio affirmat, affirmabitque.

Cæterum nimis quam veram scriptoris, qui hæc hñticiavit, fuisse de prodigioso hoc sudore conjecturam demonstravit calamitosissimus, eodem anno, totius Germaniæ, pro quo tantum vivens defudavit, ac omnium Societatis, quas in Germania Superiori præsertim, condidit, Provinciarum status, præsentissimo periculo, ne, si Fridlandi famosa conspiratio processisset, Societas omni omnino Germania extingere-

805
Portendisse
hic sudor
videtur Re-
ligionis, &
Societatis
eo tempo-
re calamis-
tus.

geretur. Ut de nostra solùm Provinciâ loquamur solâ : Augustus Vindelicorum, priore jam anno à Suecis captæ, posteaquam Collegium tria florenorum millia pendere compulsum, & biduo integro di-reptioni militum fuerat permisum, denique, Socijs omnibus migrare iussis, penitus fuit evacuatum : pulsi item, Ratisbonâ, & Friburgo Brisgojorum Socij omnes, excepto Rectore Sebastianio Mezgero, ac Edmundo Sikingio, in custodiam abreptis. Nec absque damno fuere Domicilia Nostrorum, quæ in Tiroli tum fuerant, ac trans Rhenum : et si enim militum ipsas invasiones artis illis haud senserint, magnus ta-men fugitivorum è cæteris Bavariæ, Sueviæque Collegijs numerus eis alendis incubuit : Ad Friburgense profecto Collegium quod, ceu Beniaminus quidam, Parenti suo Petro in primis sese cordi esse confidit, rogatque, geminas, easque non leves in Oeconomia plagas accepit, ut sua Nos temporum series edocebit, at simul erudit, sudorem, qui de Petri imagine expressus fuit, tum pro indicio acceptum fuisse calidissimarum precum, quæ Cäniſius misericordiam DEI imploravit, tum pro incitamento, ut & mortales eodem calore in preces incumbe-rent, quibus exorati Superi averruncarent extrema Germanie fata, quin & in meliora converterent.

806.
Reiprat
semente
anno Ger-
mania.

Et emollitam fuisse Numinis Clementiam ex eo apparuit, quod in-sequente mox anno, post immanem Suecorum in prælio Nördlinganq stragem, ij contingere cœperint eventus, ex quibus non tantum Socij in Collegia, & urbes, ex quibus aut fugati, aut ejectedi fuerant, reverti potuere, sed insuper tam durante ipso adhuc tricennali bello, quam pa-ce dein consecrata, novas adepti sunt stationes; ita, ut Superioris Germaniæ Provincia, quæ, vivente Canisio, ejusdem authoritate, consilio, rectione stabilius Collegijs tenebatur non nisi undenisi, stationibus vero alijs, seu Residentijs, ut appellamus, quaternis; post beatissimam Viri mortem, illius utique (sic enim confidimus) adhuc è cælo Provinciæ suæ per studiosi patrocinio, Collegia numeret ultra sex viginti, Residentias octo. Grata id agnoscit Provincia, grati posteri erga pri-mum Patrem suum, qui in sudore vultus sui panem paravit, quo tam liberaliter vescantur Filii, nunquam sanè futuri immemores honorare idcirco Parentem tam providum, ut longæva sit hæc habitatio super terram.

807.
Domicilio-
rum Socie-
tatis nume-
rus in Pro-
vinciæ no-
stra hodie
duplo maj-
or.

Certè prodigiosa hæc, quam retuli, sudatio plurimam erga Patrem Canisium etiam in Peruvio apud Nostrates excitavit venerationem, plu-raqe de illo cognoscendi aviditate, unde memoratus suprà Ferdinandus Reinman alia in Epistola sic habet: „ Legimus nuper ad men-“ lam compendium vitæ Venerabilis Patris Canisij, Hispano sermone „ editum Madriti (nam quæ à P. Radero edita fuit, ad Nos nondum Nostrates „ pervenit) & summa admiratione juxtâ, & animi voluptate omnes „ perfusi sunt tam heroicâ, & Apostolicâ Viri familitate, quæ sum- „ mūm Pontificem nondum induxerit, ut illum Sanctorum Catalogo „ inscriberet. Certè si Hispanus esset, jam pridem Hispani summo „ calore illius Canonizationem promovissent.


808.
Veneratio
Petri Ca-
nisij ex hoc
prodigio
aucta apud
Nostrates
in Peruvio

Evidem absit, ut è privatâ hujus scribæ sententiâ licere Nobis ar-bitremur causas examinare, cur Sedes Apostolica cultui publico nec-dum exposuerit Canisium: optare hoc juvet, cuperéque, ut ipsum id optantium vota secundet Cælum. Interea quemadmodum universa

So-

Societas nostra, velut singulare à DEO beneficium agnoscit, illum
 Cœtui nostro concessum fuisse primum Generalem Præpositum, Ignati
 videlicet, cuius Sanctoritatem quisquis in universa nostra Sodalitate
 vivendo, vel eminus adumbrarit, formamque ad hoc prototypum ex-
 prefferit, verè Societas JESU spiritu fæse agi demonstrabit; ita Socie-
 tatis JESU Provincia in Germania Superiore, nunquam satis prædicari,
 laudarique posse profitebitur Divinæ Bonitatis provisionem, quod pri-
 mum Societati in Germania Superiore inducerit Provincialem Petrum
 Canisium, cujus vitam quisquis Sociorum, ut debet, seu speculum
 contemplatur, atque ad id mores suos, actionesque conformat, næ
 is præclarissimam Virtutis Apostolici, atque ex proprio Instituti nostri
 spiritu viventis Socij JESU cœlypon efformabit. Hoc certe ut ab om-
 nibus, singulisque fiat, vovemus. Faxit DEUS optimus, ut in hujus
 voti explectione Anni præsentis acta enarranda claudamus, & secuturos
 omnes, paria, atque majora etiam, DEOque magis grata,
 & animorum saluti proficia agendo
 continuemus.





HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA.
DECADIS SEXTÆ
ANNUS OCTAVUS.

SEU

CHRISTI MDXCVIII.

S Y N O P S I S.



Regorij de Valentia Ingolstadio Romam revocati elogium n. 811. & seq. Gretserus edit libros de S. Cruce n. 815. Monasterium seu Münchsg. Münster traditur Collegio Ingolstadiensi n. 818. Ejus origo & eventus varij. n. 819. & seq. Philippi Cardinalis à Bavaria Ducibus pia mors, & elogium n. 820. & seq. Magni Hospites Templum Monacense lustrant. n. 840. Confessio suadetur voce ignota, n. 841. Albertus Princeps perorat ex cathedra n. 842. Catalogus SS. Reliquiarum Ebersperga. n. 848. Ursinus Princeps Romanus Eberspergam venit, n. 849. Missio in ditionibus Monasterij Monseensis n. 853. Et in Silvam n. 856. Hylini nostri Concionem ne audiant, Lutheranis predicantes interdicunt, n. 858. Exempla Religionis Matiae Archiducis, & Magnatum in Comitibz Ratisbonensibus n. 861. & seq. Jacobi Milleri mors, & elogium. n. 860. Item Petri Loppersij n. 867. & Matiae Schurvertfirb. n. 868. Landsperga abusus in auditione Sacri extirpatus n. 869. Fuggerorum in Augustanum Collegium beneficia n. 872. Christopherus Fuggerus quasi novus Fundator. n. 873. & 880. Antonij Fuggeri memorabilis profide zelus. n. 874. & seq. Stabilitas à Fuggero ad S. Mauriti Concionator constituitur. n. 886. Georgij Mayr elogium n. 886. & seq. Processiones sacra Augusta palam resumpta n. 889. & seq. In his textoria tribus Vexillum a tempore S. Utalrici n. 890. & seq. Ottonis Gemmingy Episcopi augustani mors

68

Elogium n. 894. Laudes Henrici Knöringy Episc. Augustani. n. 896. Religiosi ex Convictu Dilingano disceptatio cum predicatoribus. n. 899. Et unius è Nostris Professoris Theologi n. 900. Elvacensis Princeps pro Collegio Constantia perficiendo laborat n. 901. Missio in Silvam Brigantinam n. 902. Mirabilis eventus cum Theodorico Canisio n. 904. & seq. Philippi II. Regis Hispania in Collegium Lucernense beneficij exequia n. 910. & seq. Missio Colmariensis n. 914. & seq. Et Lotharingica n. 915. Calumnia contra Stephanum Bertinum n. 917. Alia calumnia dæcta & punta. n. 917. Episcopus Basileensis promovet fabricam Collegij Brunnenani n. 918. Schuvazium opidum in Tiroli à Nostris excultum n. 923.



Uspicari primordia narrationis de hoc anno mens est à primo Collegio, quod Provinciæ nostræ initium, eiusque Reæctioni primum dedit Præsidem Petrum Canisium, in quo præcedentem annum finivimus. De Ingolstadiensi videūcet Domicilio agendi materiam magna offert pariter Viri magni jaætura, nisi ita nominare prohiberet veneratio, quæ obediens jubet Præpositis, quibus, quidquid dedere, denuo auferre prout ipsis visum fuerit, potestas est. Anni supra vicenos terni abjere, ex quo Everardus Mercurianus Præpositus Generalis, exorari se passus est, ut Gregorium de Valentia, qui anno ætatis decimo quinto in Societatem receptus, vix absolvitus Theologiz studijs necdum Sacerdotio iniciatus, Philosophiam Romæ docuerat, in Germaniam mitteret. Adeò nempe luculenta jam Specimina Gregorius dederat, quantâ cum in omni scientia, tum maximè in controversis de Religione Quæstionibus, ubi contra Novatores depugnandi occasionem nascurus esset, peritâ, & vigore polleret. Ex Theologica Dilingæ cathedra, in eandem Ingolstadium, altero mox anno, translatus, tribus omnino lustris, & amplius eam tenuit, sexennium dein Anglipoli adhuc moratus, se totum scribendis præter eos, quos jam ediderat, libris impendit. Plura quinquagenis volumina, contra hæreticos plerosque typo subjecit, quibus insuper quatuor præclaros in Summam Doctoris Angelici Thomæ Commentarios adjecit. Quantâ doctrinæ famâ, & auctoritate apud omnes Catholicos, quam formidatus fuerit hæreticis, partim ex ijs constat, quæ sparsim haec tenus in Historiæ præsentis utrâque Parte allata sunt, partim ex elogio, quod, intellectâ illius morte, Collegium Theologorum Ingolstadiensem, communis etiam Externorum Doctorum consensu, posuit, ac in Auditorio publico post ejus mortem scribi jussit, paulo post, & à Nobis describendum. Plus quam abunde hoc monumento confutatur impudens de Viro victorijs adversus quoslibet concertatoe reportatis clarissimo, fabularum inanitas, quæ hæretici, malevolique alij confinxerunt. Luculentissimum contrâ indicium, quo loco Valentiam haberet, Maximilianus dedit, qui jam translato in se à Parente Imperio utens, inter laudatissimæ, quam continuaturus erat, gubernationis specimina demonstrare affolebat, quantum literarum, Literatorumque amator, ac estimator esset. Reputans, quantum Gregorius, & universè in tota Germania Rei Catholicae, & Ingolstadiensi nominatum in Bavaria sua Academiz, splendoris, & incrementi addidisset. ubi comperit, mense Februario, Roman evocatum esse, ut in gravissimis coram Pontifice disceptationibus de auxilijs

Ooo 2

Gratiae

811.
Ingolstadi
Gregorius
de Valentia
revocatur
Romam.
Eius elegi-
um.

*Secundum
Bibl. scripto
s. 3.*

Gratiæ suam , & ipse opinionem exponeret , probaréque , Monachid
illum transire in Italiam voluit Maximilianus , & clementissimè exce-
ptum , equis , famulo , liberali insuper viatico instruxit .

812.

Jam elogium , quod antè innuebam , ita legitur : „ Gregorius de
Valentia è Societate JESU , Methymnensis Hispanus , sacræ Theolo-
giæ Doctor , inter Theologos sui temporis nulli secundus , Parisiis ve-
hementer expetitus , à Stephano Rège Poloniæ diu postulatus , præcla-
rum hujus Accesiæ Decus , in qua annos viginti quatuor commora-
tus , cùm lacram Theologiam sedecim annis continuis magnò Auditio-
rum plausu , & fructu fœcundissimæ eruditionis propagatione docuisse ,
atque interim in omni Controversiarum genere contra hæreticos
quam multos compluribüs libris editis , nunquam non victor egregiè
dimicasset , universamque Scholasticam Theologiam quatuor Com-
mentariorum Tomis , commemorabili opere , illustrasset , immortalem
nominis gloriam adeptus , anno millesimo , quingentesimo nonagesi-
mo octavo , Superiorum suorum voluntate Romam advocatus est .
Cùmque illic partim sacræ Theologiæ Professor , partim supremus in
Collegio Societatis studiorum Moderator aliquamdiu clarissimus vi-
xisset , demum assiduis laboribus fractus , & inveteratâ consumptus
ægritudine , Neapoli , quo valetudinis causâ æger concesserat , è vi-
vis semper vieturus excessit XX. Aprilis anno 1603. ætatis 54.

Non autem ut Bibliotheca Scriptorum , Romæ edita dupli errori
typi , vel alterius notat . 63. quippe nec lucem aspexit Valentia A. 1551.
sed 1549. nec ab hoc anno ad 1603. plures sunt , quam anni 54.

813.

Uti grato animo suspicimus honorificum , quod de Collega suo ju-
dicio tulerunt Theologi Anglipolitani , persimile illi , quod Janus Ni-
cius Erythræus , Latinis Joannes Victorius Roscius , qui Valentiam
Romæ , utpote coævus , probè neverat , insigni elegantia scriptum reli-
quit , profundiore tamen veneratione commemorari fas est præconit
quo Gregorium summus ipsem Pontifex Clemens Octavus , vir-
tute , ac prudentiâ , doctrinâque verè Maximus , cohonestavit , cùm
sæpius in concertationibus , quæ ipsus adesse voluit , ingenti cum vo-
luptate auditum , non dubitavit Doctorem Doctorum appellare .
Quod imbecillâ eum valetudine ut aliquando videret , admotâ sellâ ,
soli , ut consideret , circumstantibus cæteris Disputatoribus , præcepit ,
favore coram tanta Majestate prorsus insolito , conciliaverunt nempe
Gregorio sanctissimi Patris gratiam cum admiranda Viri eruditio , tum
jucundissimum eruditionis decus , humanitas , & modestia , quam in-
ter calidissimos disceptationum fervores , constantissimo semper agendi ,
loquendique tenore nihil immutatam , præsetulit ob id ipsum Do-
mi pariter quam venerandus , tam earus universis . Disciplinæ quo-
tidianæ , & Ordinis functiones tam accurate obiit , ac si non Règulae , aut
universalis , quæ usurpanda omnibus incumberet , consuetudinis , sed
voti etiam obligatione adstringeretur . Cùm Romam abiturus Socijs
valediceret , fuit , qui joco diceret : Faustus in urbem perge avibus ;
Galerus te illic obumbrabit purpureus , Cui madentibus oculis reposuit
Valentia : Crede , mi Pater , aliud nos docet matutina Meditatio ;
optare id poterit , qui banc non quosidie quasi ex votu instituit .
Haud diu Romæ perficiut Theologiæ primū Professor , dein literarij
inter

Clementis
Octavi de
illo judi-
cium.

Frater.
Theat. P.
Vr. eras-
dit.

Domesticis
ob virtu
tem carus.

inter Nos studij Moderator; cùm Romani pro ipso aëris conditio, & contracta ex assiduo disputandi labore phtis impulerunt Præpositos, ut Medentium consilio, Neapolim cum mitterent. Nihil curæ nihil caritatis fuit intermissum, ipso Clemente Pontifice viri tantopere æstimati causâ sollicito; sed profundius jam vires exederat inveterata tabes, quā ut expelli posset, corpūsque revirescere; itaque vigesima quinta Aprilis, cùm salubrioris auræ captandæ ergo Tiberius Caraffa Biliñiani Princeps in suam cum villam deduxisset, ibidem optimè ad mortem comparatus obiit, anno superioris seculi tertio, ætatis quinquagesimo quarto.

Facta se prodiderunt quamprimum, signo sanè memorabili, mortis hujus indicia Ingolstadij; eodem quippe tempore in cubiculo Jacobi Gretseri, qui Theologiaz & ipse Doctor Academicus ibidem præsens aderat, clavi ferreâ, quæ supra lecti tholum ad alios fortè usus reposita erat, octodecim sonori, distinctique ielus notabili morâ fuerunt editi, an ut moneretur inquilinus pro Defuncto, quisquis ille esset, preces effundere? ita certè has pulsationes interpretatus est Gretserus, mox que se ad orandum Deum composuit. Nec abs re videtur conjectari posse, Numinis permisso, vel opem extinctum petuisse ab amico, vel in discessu quasi valedixisse pro veteri, quâ simul vixerant, necessitudine, & virtutum simul, ac literarum commnnione: quamvis omnino universa Provincia causam abunde haberet mox piam in precibus ad Deum, ac dein perennem, gratamque servandi memoriam Viri, qui tam diu, tamque insigniter Societatem in Germania cum primis Superiore, vitæ Religiosæ exemplis, & clarissimis doctrinæ monumentis condecoravit.

Ut verò in tanta jaclura eminus nuntiatâ, cominus solarium habèrent Ingolstadienses, pro subducto veluti Polluce, Castorem sunt naclti eum ipsum, quem modò nominabam, Jacobum Gretserum; Is hoc anno quinque libros de sancta Cruce, manu Adami Sartorij typographi Anglipolitani vulgavit, quorum editio postea tribus Tomis formæ majoris in folio, ut appellant, repetita est. Dedicavit Gretserus primum lucubrationem hanc Ferdinando Austriæ adhuc Archi-Duci, dein Romanorum Imperatori, celeberrimæ Crucis in Templo Collegij Ingolstadiensis beneficentissimo nuper Positori. Præfixit ijsdem libris elegans carmen Philippus Menzelius Medicæ Artis Professor Academicus, ac in Poësi juxta Scriptor peritissimus. Et verò dignum in hodiernam usque lucem Opus hoc censetur perquam magna commendatione, utpote ex quo perspicuè appareat, quantus in Theologiaz doctrina severiore, quantus in Controversijs Fidei enodandis, in Eruditione Historica, & literaturâ deinceps politiore, & linguarum, Græcæ in primis, peritiâ, Gretserus extiterit. Multum tanti Doctoris fama contulit, ut illa quoque Theologici studij professio, quæ Conscientiaz casibus explicandis continetur, atque hactenus, rogante ipso Collegij Rectore Paulo Hoffæo, in Vitum Michaëlem contubernij Georgiani Præsidem translata fuerat, uni è Societate rursum imponeretur, postulatu videlicet Maximiliani Duci, qui idem Nostris Philosophiaz in Academia Professoribus opportunè omnino favorem suum impendit.

Miserat Princeps Anglipolim pro sua, quam habuit, de felici illius Academiaz statu solitudine, altero post aditum regimèn anno, quæ sitores ex Aulæ Consiliarijs, qui Rei literariæ cursum, & Scholasticos

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

815.
Libros de
S. Cruce
edit Gret-
serus quos
Ferdinan-
do, postea
Cælari, de-
dicat.

816.
Pluce et ex
hoc Libro
doctrina
Gretseri.

817.
Gub. Artisticæ
facultatis
re-

Ppp

vocata in
questio
nem ap
probatur.

regendi formam inspestanter. Non defuere, qui in facultate Artistica, ut vocant, seu Philosophicâ, nescio, quid immutandura vehementer contenderent. Mandavit Princeps, ut negotij totius discusio ternis ternarum, quæ in severioribus disciplinis versantur, classium Professribus committeretur. Videbatur Hoffæo, fieri posse, ut disquisitio hæc in lites deum, non absque periculo, ne antiqua, & salutaria statuta concuterentur, tractu temporis devenirent. Itaque de re tota Othonem Eisenreichium Provinciæ Præpositum edocet, qui Monachum profectus, incommoda, quæ sequi possent, perspicacissimo ex se Maximiliano luculenter propónit; unde is properè literas Ingolstadium cum ad Patres Academicos, tum ad Collegij Rectorem expediri jubet, quibus priora mandata revocat, & in antiquo omnia statu relinqu imperat. Magis emicuit clementissimus Ducis animus ex beneficentia, quâ Collegij Oeconomia subvenit, dum Monasterij pridem deserti, quod Germani Münchs. Münster appellant, possessionem jure perpetuo tenendam Collegio tradidit.

818.
Münchs.
Münster/sem
Monasteri-
um traditur
Collegio
Ingolstadi-
enii.

Tam traditionis memoria, quam usurpata hucusque res nostras e- narrandi series postulat, ut amplius non nihil de hoc Monasterio differamus. Quo tempore Dynastæ Vohburgi, quod oppidum est in Bavaria, medio ferè Ingolstadium inter, & Biburgum ad Danubij ripas itinere, amplis potiebantur ditionibus, quæ, postquam stirps eorum ante annos circiter sexcentos desit, ad Bojariæ Principes, sib quorum cli- entela memorati Comites Vohburgij ditiones suas possederant, omnes fuerunt devolutæ; ex ijs Marchionibus (nam & hoc titulo insigniti reperiuntur) Diepoldus pro Cœnobitis ex Divi Benedicti Ordine Asce- terium aut fundavit, aut instauravit, ac, derivato ex incolis nomine, Monachorum Monasterium appellavit. Diversos id eventus expertum est; nam, et si hostes habuerit potentes, Hungaros, præfertim ab Arnulpho, quem, incertum, an ex merito, Malum dixerunt Authores aliqui, in Bojariam evocatos, à quibus exustum fuit, invenit tamen, qui damna resarcirent, Viros Nobiles admodum beneficos, de quorum uno ex vetustis monumentis, ac judicio, indicioque Mathæi Raderi, celebris Bavariæ Sanctæ, Piaque Scriptoris res memorabilis posteritati est relicta. Filium is genuerat unicum, cui ceu bonorum omnium fu- turo hæredi, non de Sponsâ tantummodo providerat æquè nobili, ve- rùm & nuptiale jam epulum, quod faustum, felixque Hymenæus redde- ret, magnis paraverat sumptibus; sed exitu, quam parentes sperave- rant, longissime alio. Filius, qui & à thalamo, & ab omnibus, quæ seculum sapiunt, dudum abhorrens, solam cogitabat solitudinem, in qua se totus supremi Numinis servituti addiceret, cùm antè jam peregrinatoris vestem sibi clanculum procurasset, hâc indutus, ipsâ nuptiali no- ñe, clam parentibus, sponsâ, domesticis, ex paternis ædibus summo fæse silentio proripuit, repetito Alexij, & Joannis Calybitæ exemplo, aut sacer erro futurus mendici habitu per omnem mundum, aut velut extra mundum, Anachoreta. Quæ non lamenta post cognitam manè altero fugam, qui non luctus domum totam concusserunt? quantocytus jussi properare famuli, pérque omnes vias investigare profugum. Ac deprehenderunt sane, verū, quem nunquam reducturi erant. Perve- nerat fugitivus post aliquot viarum ambages, studiosè declinato calle regio, Geisenfeldam, ubi itidem hodie Monasterium est Benedictinum Monialium simul, & oppidum, illic sub mendicabuli habitu supplex à caupone cibi quidpiam rogitat, quo vires reparet, & fami eosque,

819.
Eius origo.
& eventus
varij.

820.
Mira histo-
ria de Ju-
vene pio
Monaste-
riensi, ut
creditur.

Raderus, sen
Raderus
interpre-
tatio pia.

Filium is genuerat unicum, cui ceu bonorum omnium fu- turo hæredi, non de Sponsâ tantummodo providerat æquè nobili, ve- rùm & nuptiale jam epulum, quod faustum, felixque Hymenæus redde- ret, magnis paraverat sumptibus; sed exitu, quam parentes sperave- rant, longissime alio. Filius, qui & à thalamo, & ab omnibus, quæ seculum sapiunt, dudum abhorrens, solam cogitabat solitudinem, in qua se totus supremi Numinis servituti addiceret, cùm antè jam peregrinatoris vestem sibi clanculum procurasset, hâc indutus, ipsâ nuptiali no- ñe, clam parentibus, sponsâ, domesticis, ex paternis ædibus summo fæse silentio proripuit, repetito Alexij, & Joannis Calybitæ exemplo, aut sacer erro futurus mendici habitu per omnem mundum, aut velut extra mundum, Anachoreta. Quæ non lamenta post cognitam manè altero fugam, qui non luctus domum totam concusserunt? quantocytus jussi properare famuli, pérque omnes vias investigare profugum. Ac deprehenderunt sane, verū, quem nunquam reducturi erant. Perve- nerat fugitivus post aliquot viarum ambages, studiosè declinato calle regio, Geisenfeldam, ubi itidem hodie Monasterium est Benedictinum Monialium simul, & oppidum, illic sub mendicabuli habitu supplex à caupone cibi quidpiam rogitat, quo vires reparet, & fami eosque,

que, & lassitudini necdum assuetas. Porrecta humaniter offulâ, post fornaceim lese in angulo collocat. Eodem tempore servuli aliquot, quos major Herus ad minorem indagandum ablegârat, cauponam subeunt, ut & ipsi longiore iam itione fatigati, brevi se prandio reficerent, quibus dum, ut fieri solet, assisit caupo, referre illi causam, eventumque occœptant, cuius ergo circumirent: quin unus eorum, dum Filijfamilias stataram describit. *Ferè, inquit similis est mendicabulo, quod illic desideret cum sportella sua, quin nec vulnus lineamenta multum ablu-*
dunt. Tonitrua fuerunt hæc voces, quæ aures, & animum juvenis nihil magis, quam agnoscit timentis perculerunt: mox itaque sublatâ ad Cælum mente, brevi sed calidissimo suspirio Deum rogat, ut vel servaretur incognitus, vel repentinâ morte, ne à sanctis, quæ conceperat, decreta avellendus foret, subtraheretur: Posterius hoc placuit exorato Numini. Primus qui mortuum deprehenderet, vernula fuit, qui dormire illum credens, demissumque caput fornaci accensæ acclinantem conspicatus, ne quid læsionis acciperet, excitare est aggressus. Cum extinctum cerneret puer, suclamat, accurrit cæteri, & en! ipsummet, quem tanto cum dolore quæsitum missi oberrarent, esse Filium familias cognoscunt. Ocyüs res adeò inopinata domum nunciatur, ocyüs parentes Genitor, Genitrix, nurus, vidua prius quam nupta, Geisenfeldain properant, & Pater quidem diversorum præsentario ære, quantum caupo petierat, coëmit, diruit, eademque in area magnificum Templum construit, cuius Altare Princeps statutum fuit illo ipso in loco, in quo filius beatam animam ad Superos nuper emiserat. Lectori judicandum relinquitur, an sacra hæc Ædes eadem fuerit, cui postea cœberriuin, quod memoravimus, adstructum visitur Monacharum *Gretserus* *vita Othonis.*
 Cœnobium. Certè, si attendamus ad Versus antiquos, utut male do-
 latos, quos Gretserus in Notationibus ad vitam sancti Othonis Monaste-
 riensi olim parieti inscriptos extitisse testatur; Monasterium, Münch-
 Münster primitus à Tassilone conditum fuisse perspicuum fit. Quodsi
 etiam mentem advertamus ad Raderi testimonium affirmantis multa sub-
 in, ad sepulchrum Anonymi nostri Geisenfeldæ perquam honorifice tu-
 mulati, patrata fuisse miracula, neutiquam improbabilis conjectura
 est, Albertum Muorachij Dynastam ex Comitum Eberspergensium
 stemmate, post centenos exin propemodum annos, cum Geisenfeldæ
 Monialium Parthenonem statuere decrevisset, adjunxisse hunc pro-
 digijs jam celebri Templo, quod ubi dein bellorum calamitate penè ad
 ruinam devenit, Eberhardus secundus, Semptæ & Eberspergæ Comes
 cum uxore Adelhaide Cœnobium Geisenfeldæ, quæ à Geisone Hunno-
 rum Duce post habita illic stativa nomen traxit, attributis opinis præ-
 dijs, denuo instauravit, conservato, aut saltim etiam post geminata in-
 cendia restituto prospero loci statu, absque eo, ut unquam inde sacræ
 DEO Virgines expellerentur.

Haud eadem constantia fortunæ fuit, in quam ultronei, de quo agi-
 mus, Exulis Parentes, aliique fautores, Monachorum Monasterium,
 seu, ut Germanicâ appellatione utar, Münchsmünsteram provexerunt.
 Eò ærumnarum devenit, ut à quadraginta jam annis orbum, & ab ha-
 bitatoribus desertum staret. Nec spes, neque ob redditum tenuitatem
 cupiditas ulli fuit redeundi in stationem pristinam. Mandaverant qui-
 dem Bojariæ Principes Albertus, & Guilielmus Quintus, ambo, quibus ex
 Suinmorum Pontificum Bullis potestas data erat, quod ex desertorum
 821.
 Monasterij
 calamito-
 sus status;
 unde defe-
 situr.

822. *Cœnobiorum censu restaret, pios in usus, aut Collegiorum, aut Seminariorum expendendi, Quæstoribus suis, ut, dum certi aliquid de his præventibus derelicti hujus Monasterij statueretur, pauperculis Scholasticis quotidiani aliquid esculenti, & Collegio nostro sexcenti-quotannis floreni, qui ad explendam fundationem deerant, tum aliaæ alijs, eæque majores, quam nostræ erant, pecuniaæ portiones penderentur. Sed, ut fieri astatat in hujusmodi stipendijs fiduciarijs, neque industria curandi rem, utpote alienam, aderat, neque solutio, nisi molestis ferè extorta postulatibus. Querelæ hinc ab ijs, & quidem exteris potissimum, quorum interfuit assignatam sibi æris partem adipisci, Monachium fuerant delatæ. Non deerant, qui hac occasione impetraturos se sperarent, ut redditum, qui superessent Monasteriensium administratio penitus ab Religiosis avulla, in suas hominum laicorum manus devolveretur.*

823. *Denique absque utili tricis at tributis Collegio Ingolstadiensi. tamen sibi consilium ab ærarij curatoribus proponi, ut videlicet Münch-Münstera tota cum universis censibus, atque etiam bonis, & juricis Collegio Ingolstadiensi traderetur, cessaturas ex hoc importunas multorum quiritationes; fore contra, ut Jesuitæ, quemadmodum ipsi debitas sibi florenoruim sexies centum pecunias absque multis concursationibus decerpturn, ita, & reliquis pensiones annuas fideliter absque tergiversatione, quin, & omni suo emolumento, sint tradituri: In hanc itaque sententianitum est ab Monacensis Aulæ Consiliarijs.*

824. *Quos Collegium certis conditionibus acceptat. Licuit Socijs suas quoque conditiones, quibus acceptarent, quod offerretur, exponere: prima illorum fuit, ut stipendijs jam Principum decreto, & præteriorum añorum usu firmatis nulla omnino superadderentur nova: altera, ut si experimento manifestum fieret, ex acceptatione Monasterij plus damni, quam commodi Collegio emergere, liceret denuo administrationem loci à se reinovere. Ne porro incommoda evenirent, traditionem eadem juris plenitudine, quam olim Biburgum, perpetuò, quamdiu Collegio visum fuerit, mansurâ faciendam esse: ut nemini etiam ex Principum Ministris liceat, administrationi sese quocunque prætextu immiscere, respectanda potius deinceps bona omnia, quæ ex Monasterio, aut jam adessent, aut deinceps proventura essent, tanquam possessionem ex integro concessam, & Collegio singillatim, ac generatim relictam, & attributam, cum hoc insuper privilegio, ut possessores loci deinceps liberi forent à præstandis oneribus, & servitijs, quibus olim Monasterium gravabatur, exempli causâ, venatorijs, aut obligatione sistendi equos armatos pro publica Provinciæ necessitate. Quodsi circa jurium horum usurpationem à Principe, Monasterij prædicti vicino, iniquæ moverentur controversiæ, Dux Bojorum tutelam suam, ac defensionem interponeret. Postulatum denique fuit, ut quoniam summa esset necessitas, ruinosam in primis Ædem sacram, & reliquam habitationem reparandi, in expensarum sublevationem modicum id, quod frumenti reliquum in Monasterensi granario esset, donaretur. Clementissimè in omnia consensit Maximilianus, ac brevi patuit, ex hac translatione, extraneis, ad quos aliqua redditum ex Münch-Münstera derivatio pertingebat, non modo nihil decessisse, verùm emolumenti accessisse haud modicum. Pauperculi certè Scholastici, qui olim in varia dispersi gurgustia, & probrosis onusti ollulis, ut artolagani quidam, aut pulvis ex cicere nanciserentur, destinatam ad domum, horum studi, ramque citato cursu, alteri alteros festinabant prævenire, collecti hodie unum iubet etiam, viquæ eundem, & aluntur commocè, & eru-*

825. *Ex itac translatio-ne ortum Seminari-um paupe-tiorum. *Licuit Socijs suas quoque conditiones, quibus acceptarent, quod offerretur, exponere: prima illorum fuit, ut stipendijs jam Principum decreto, & præteriorum añorum usu firmatis nulla omnino superadderentur nova: altera, ut si experimento manifestum fieret, ex acceptatione Monasterij plus damni, quam commodi Collegio emergere, liceret denuo administrationem loci à se reinovere. Ne porro incommoda evenirent, traditionem eadem juris plenitudine, quam olim Biburgum, perpetuò, quamdiu Collegio visum fuerit, mansurâ faciendam esse: ut nemini etiam ex Principum Ministris liceat, administrationi sese quocunque prætextu immiscere, respectanda potius deinceps bona omnia, quæ ex Monasterio, aut jam adessent, aut deinceps proventura essent, tanquam possessionem ex integro concessam, & Collegio singillatim, ac generatim relictam, & attributam, cum hoc insuper privilegio, ut possessores loci deinceps liberi forent à præstandis oneribus, & servitijs, quibus olim Monasterium gravabatur, exempli causâ, venatorijs, aut obligatione sistendi equos armatos pro publica Provinciæ necessitate. Quodsi circa jurium horum usurpationem à Principe, Monasterij prædicti vicino, iniquæ moverentur controversiæ, Dux Bojorum tutelam suam, ac defensionem interponeret. Postulatum denique fuit, ut quoniam summa esset necessitas, ruinosam in primis Ædem sacram, & reliquam habitationem reparandi, in expensarum sublevationem modicum id, quod frumenti reliquum in Monasterensi granario esset, donaretur. Clementissimè in omnia consensit Maximilianus, ac brevi patuit, ex hac translatione, extraneis, ad quos aliqua redditum ex Münch-Münstera derivatio pertingebat, non modo nihil decessisse, verùm emolumenti accessisse haud modicum. Pauperculi certè Scholastici, qui olim in varia dispersi gurgustia, & probrosis onusti ollulis, ut artolagani quidam, aut pulvis ex cicere nanciserentur, destinatam ad domum, horum studi, ramque citato cursu, alteri alteros festinabant prævenire, collecti hodie unum iubet etiam, viquæ eundem, & aluntur commocè, & eru-**

ac

diuntur præterea more Seminarijs usitato in Provincia ad Musicam simul, ac literas perquam solerter: creber id fructus comprobat Virorum, qui in egreſſi ad noſtra usque tempora, ad amplas dignitates fuerunt promoti. De Subditorum multiplici utilitate ſpirituali tum dicetur, cùm ſequentes anni ad hujus mentionem Nos deducent.

Discedimus Ingolſtadio, ut pariter abeuntem illinc ducamus, 826.
 utinam non ultrà, quā mundu videbatur optabile, magnum omnino,
 ac venerandum holpitem Philippum Cardinalem & Episcopum Ratis-
 bonensem. Necdum annus abjerat, ex quo ſacris Ignati Exercitijs
 in teatro vacaverat octiduo, cùm Anglipolim redijt, quod Medici com-
 modiorem illic valetudini, quā jam afflictabatur, auram esse futuram
 judicarent. Arripuit hinc occationem piissimus Princeps, dum
 ædes, in quas diverteret, in urbe pro tanto Hospite aptarentur, in no-
 stro ſibi Collegio, atque adeo in repetendis ſancti Patris nostri commen-
 tationibus diverſorium ſumendi. Absolutis Exercitijs, quamvis in
 arce parata ad hospitandum eſſent omnia, tamen, quod major ante ce-
 lebritatem Paſchalem Hebdomada adveniſſet, huic ſanctiūs, atque
 contemplandis Redemptionis noſtræ Mysterijs aptius transigendæ, in
 Collegio iubtit. Exin, cùm morbus invaleiceret potius, quā mi-
 nueretur, Parentum invitatu iplam in patriam, urbem videlicet Mona-
 censem, profectus eſt, auram in vicino Dachavij Castro, quod præalto
 colli impositum eſt, ſalubriorem experiendi cauſa: ſed in deterius lapla
 in dies ſunt omnia: neque tabes, quā lentè abſumebatur, inhiberi, ne-
 que ſanguinis purulentī ejectione ſili potuit. Contraxerat malum ut-
 rumque anno jam ſuperiore ex lapsu, quo ab equo vehementi impetu
 humi allitus fuit; adhibitum eſt, quidquid Medentium turba, & præ-
 feris corā, & abſens litteris consulta, profuturum vel censuit, vel
 ſperavit. Junctæ fuerunt preces, & vota ab universis Ordinibus fa-
 cris, & profanis, publicè, ac privatim. Fuitque è Noſtris Collegij
 Ratisbonensis incola Sacerdos, qui conſcio Rectore, ſuccedaneam
 viictimam pro Philippo in mortem paratiſſima voluntate supremo ſeſe
 Numini devovit. At nempe verbis utor, queis Auguſtinus noſter
 Oldoinus in Additionibus ad Ciacconium de Vitis Pontificum loquitur:
Terrenus Orbis Angelicum hunc juuenem caeleſti orbe expetitum, diu-
nus apud ſe retinere non potuit. Ubi mortem præforibus eſſe in-
 tellexit, nihil animo infraetus, id primum habuit, ut vitæ totius culpas
 relegeret, quibus à Confessario ſuo Georgio Eberhardo, Collegii Ratis-
 bonensis ante biennium Præſide, abſolutus, ut felicius quoque æterni-
 tatis iter ipſe met absolveret, ſacra ſancto Euchariftæ Viatico instrui pe-
 tijt. Ubi poſt extremae Unctionis impertitum Sacramentum circum-
 ſtantes Aulicos gemiſibus, lacrymisque plenos conſpexit, ſereno ipſe
 renidens vultu, quid ſletu, inquit, Amici, opus? jucundiorē
 multo vitam agemus, cùm in calo rurſum convenerimus. Peculiare
 ſibi, ut Principes ſolent, axioma delegerat illis ex Davidis Cantico vi-
 cesimo verbis contentum: *Dominus illuminatio, et ſalus mea!* ex
 his verbis, ut ad ſolitas erga Deum aspirationes Principis memoriam re-
 vocaret Sacerdos, Psalmum ipſum clara voce recitare incipit, ſequitur
 præeuntem Philippus, cùmque recitando illuc deuentum eſſet: *linam*
petij a Domino, banc requiram, ut in habitum in Domo Domini,
 Sacerdotem prævertit ipſe, & quanto potuit, collecto ſpiritu, vocis
 que contentionē verba hæc pronunciavit. Paulò poſt, cùm deficere
827.

Eger Da-
chavium
vicinam
Monachio
a cœm de-
fetur.

818.
 Preparatio
 Philippi ad
 mortem.

829.
 Piu. uenit
 pia mors.

cœpisset halitus, ipse met præsens Genitor animam agentis dexteræ mortualem cereum inferuit, propriamque manum supposuit, donec quantum notari ex signis poterat, cui semper compos exspirasset. Columnam Ecclesiæ maximam cœcidisse dices, nisi videri posset, ipso ex calu fuisse majorem; adeo plus fulcimenti ad sustentandam Religionis Catholicæ, & Ecclesiæ, Ordinisque totius Ecclesiastici existimationem vita illius etiam si fuisset longior, præstare vix potuisset, quām memoria Sanctissimorum virtutum, & exemplorum, quibus quām plurimis, & præclarissimis, nulli non hominum statui præluxit. Eximiæ fuerunt dotes, quibus vel sola natura demonstraret, etsi genus decesset, magnum in eos iuspici debere Principem: corporis proceritati venustatem addidit grata oris compositio: Ingenium subtile ad comprehendendas severiores, & quæ, ac humaniores literas ita celere, ut in utrisque summæ, etiam publice, daret doctrinæ specimina. Accessit ingenita quādam facilitas quidquid animo comprehendisset, lingua eloquendi cum amabili claritate, & gratiâ.

832. Sed fuerunt admiranda hæc decora lectus duntaxat argenteus in
Virtutes, & quo posita effulgerent mala aurea; virtutes nimirum pretiosissimæ: Religio erga Deum, ac Cælites, reverentia, & pietas erga Parentes, Modestia, Mansuetudo, benignitas erga omnes. Ex quo sacra semel à teneris annis Confessionis, & Eucharistiæ degustare cœpit Sacramenta, ea posthac octavo quoque die regustare per omnem vitam nunquam intermisit.

Cultus B.V Cultu MAKÆ Virginis, quem Bojariæ Principes velut hæreditariâ erga Ejusdem prodigiolam Oettingæ Veteris Imaginem veneratione annuâ, piæ salutationis tessellâ contestari solenne habent, ut Philippus se nec degenerem, nec postremum esse comprobaret, effigiem suam intra Ædiculæ Sacerrimæ interiorem ambitum collòcavit, perpetuum monumentum, quām cuperet semper adesiè præsens venerator, ac lervus, quanquam reipla, quoties negotiâ permisere, admodum frequenter id coram præstiterit. Publicas Ecclesiæ functiones cum maiestate voluit omnium, quantumvis multi aversarentur, oculis ostentari, imperterritus ipse Religionis propugnator, & propugnantium sautor, defensörque; inter hos quantum & Societatis homines amaverit, liquet tum ex ijs, quæ sparsim recensuimus, tum quod ultimis hebdomadis duos illorum semper sibi adesse voluerit. Fervore in pro Fide, quem Episcopo, in Diœcesi hæreticis permista, in primis necessarium esse sat agnovit, acuere consuevit, tum quotidianiis Rerum sacrarum commen-tationibus, tum librorum, qui controverſias de fide Quæstiones expediunt, lectione, tum crebris etiam, quæ ore fiunt, precationibus. Inter has erat Psalmorum à Davide comitorum recitatio, quos omnes memoriâ tenebat expeditissimâ, quâ tamen nequaquam ad feltinandum in Breviario utebatur, quin id quotidie graviter singulas voces pronuncians, tenerimo pietatis sensu, spirituque absolveret. Pudicitia tam fuit illibata, ut qui eum ab incunabulis noverant, nec sensisse illum unquam crederent vitij ab hac virtute avocantis pulsationem. Fructus

834. Pudicitia mira fru-
 etus pia-
 educatio-
 nis.

is fuit vigilissimæ educationis, quam piissimi Genitores, & adhiberi volebant ab alijs, & præ alijs adhibebant ipsi, è quorum exemplis etiam, ac institutione, cui in omnibus summè illorum reverens obsequebatur, enata est admirabilis illa comitas, modestia, humanitas, quâ utebatur erga omnes, ut, cum etiam servitij quidpiam à Ministris peteret, rogare potius, quām imperare videretur, si quid negliceretur, neutquam obligando exprobraret. Blandè alloqui, & salutare homines, vel infimæ con-

835. Comitas,
 benignitas
 erga ægros
 & paupe-
 tes.

conditionis asperius. Benignitatem insuper erga pauperes, & agrotos exercuit mirificam, adire frequens, & orphanotrophia, & nosocomia, ubi cum largam stipem, & pia solatia amantissime tribueret. Non exhortauit pedes etiam ablucere, & osculis demulcere; unde mirum non est inter universales planctus & complorationes, mendicabulorum, & morbi miserijs affictorum lamenta, altisque gemitus, & exultatus maximè personuisse.

Excepit venerabilissimas Exuvias, omni thesauro pretiosiores, Col-
legiata Ecclesia Magnæ Virginis honoribes dicata Monachij, intra
quam avitæ Principum mortuali cryptæ Funus illatum. Neque in
hac tantum urbe, sed per universam Bavariam Exequiae fuerunt habitæ,
Ingolstadij præsertim, ac Ratisbonæ. Et Academia quidem Angli-
politana parentibus sacris laudationem publicam adjunxit, typo vulga-
tam, quæ suæ quondam juventutis Principe summopere simul, uti
debuit, ex merito, & eloquentè celebravit.

Ratisboneñses, quos proprius tanti Prælulis jaætura tetigit, & affli-
xit gravius, nihil intermisere, quod ad Justa pertinebat, tanto Principi,
longubri juxta, & magnifico apparatu perfolvenda. Varij illa lessi
interstinixerant à nostris Guilielmo Starkio, & Zacharia Schmadlero, lite-
ratura politiore celebratis, concinnari, atque à nobilibus pueris magno
audientium motu recitati. Transiere hæc cum sonitu, sed leætu op-
portuñis, atque in omnem posteritatem memoratu multò dignius est
Epitaphium, quod Ratisbonæ in Templo Cathedrali extat: Maximilia-
nus demortui Philippi Frater, jamque tunc Bojaræ cum imperio Dux,
ac Dominus, in Æde memorata Effigie Christi Servatoris de Cruce
pendentis ex Orichalco, atque ex eadem materia fusam germani Fra-
tris sui imaginem habitu, quo Cardinales uti solent, in genua, cœu ado-
randi causâ prostrati, magnis sumptibus colloçari iusserit, atque hæc
subscribi verba.

PHILIPPO Guil. V.F. Com Pal. Rheni, Bojorum Duci,

Eccl. Ratisb. Ant. Rom. Card.

Principi incomparabili ante diem mala tabe con-
fecto, & heu! rebus humanis crepto in summa
fortuna, in ævi flore, in incremento honorum,
magno, Parentum, magno Fratrum, Sororū-
que luctu, illacrymante Funeri Patriæ, ingemi-
scientibus Extérnis, mœstis omnibus, iratis Orbi
Superis, qui in hoc Principe ostendere, quan-
tum bonum dare possent terris, quantum

darent Cælis.

Desideratissimo Fratri

Maximilianus Princeps Rerum in Boja potens F.C.
Decessit XII. Cal. Jun. A. Ch. M. D. XCIVIII,

Qqq 2

836.
Celebratio
Exequiae
Monachij,
Ingolstadij,
Ratisbonæ.

837.
Epit. pni-
am Fratri
Duce Maxi-
miliano Ra-
tisbonæ possum.

838.
Exequiae
Defuncto
Monachij
habuerat.

Monachij cùm in octavum usque diem ritus funerale suissent dilati, vicesimo quinto Maij cantatæ fuerant primæ Vigilæ, cætera ad solemnies Exequias pertinentia sequente triduo tam in Templo, in quo Funus tumulatum fuit, quam in Aede sancti Michaëlis, postulantibus ita Serenissimis, prætentéque semper juventute Scholasticâ, concioni præsertim funebri, quam dixit Carolus noster Peuttingerus. Cùm dies à morte Philippi advenisset tricesimus, hunc peculiariter riti veteri celebrandum sumpsit Congregatio Beatissimæ Virginis Literatorum Major, ut memorem se, gratiamque testaretur, pro eximio splendore, quem longè majorem ex fulgentissimæ vitæ exemplis, quam Serenissimis Natalibus Cætui Mariano purpuratus hic Sodalis, ad imitandæ virtutis incitamenta attulit, quæ præsentibus ut nuper in Templo, ita nunc in Gymnasi Aula scholarum Discipulis, Sodalitatis Præfectoris Joannes Martinus Hefler laudativa Oratione exposuit, proposuitque.

Hæc omnia, ut ex monumentis Collegij Monachiensis excerpta sunt, sic & illa, quæ jam nunc subdimus; quamvis pauca duntaxat, cùm multò plura latietas præterire silentio compellat. Guilielmus Dux, Renata Conjuræ, ac utriusque soboles Magdalena, paucis post Philippi Cardinalis Exequias diebus, ad mensam nostram, quam intru parcißimè velut in luctu deceret iussérunt, divertere, ut suæ (ita dicebant) ex domestico funere ægritudini sacra solatia, & lenimen ex pio magis colloquio, quæ ex mensa quererent. Ut in Templum quoq; facilior, quod persæpe faciebant, aditus pateret, atque ad illud absque ullius incommodo haud observati, ne posito quidem in Collegium gressu, pervenirent Duces, ambulacrum columnis impositum extraxerunt, additis quibusdam, ut in illis pietati suæ in silentio vacarent cubiculis, ex quibus ad ipsam Ædem commodè descendi posset. Protensa securis temporibus est hæc ambulatio, ut ad Aulam utramque, & quam Guilielmus ædificavit, & quam Maximilianus subinde struxit, liber hodie sit transitus. Commodus hic omnino fuit magnis Principibus, qui, cùm huc iter agerent, ad Sancti Michaëlis Templum totâ jam Europâ celebre, inviserunt. Fuere hi Cæsar Specianus, Nuncius Apostoli- ci, ex Germania in Italiam redux, Albertus Austriae Archi-Dux, Maximiłiani secundi Imperatoris Filius, Philippi secundi Hispaniæ Regis Gener, Isabellæ Eugeniae Maritus, & Belgij Gubernator, Princeps item ex Lotharingia Carolus Dux Aumalij, Princeps item Auriacus ex Nassoviorum Stemmata, tum illustris fœmina Marchio Badensis ob Religionem ditione sua extorris. Magna fuit omnium Basilicam hanc, sacrâaque ejus opulentiam lustrantium admiratio; at major fructus eorum, qui in causa salutis animæ ad eam confugerunt. Ex his numerati sunt triginta duo, ad Catholicæ Fidei agnationem, professionemque perducti. Ad idem Templum mulierem reæ conscientiæ interperijs, propemodum ut insaniret, abruptam perduxit vox, nescio unde, saepius diu, noctuque clarè allapsa: Ædem ut nostram, Nostrumque aliquem pro sacro Tribunal adiret. Adiit, ac persuaderi sibi passa, ut peccatorum Confessionem institueret, tranquillato penitus animo domum rediit, permanitque ingenti Domesticorum gaudio, qui multum miseræ ab amentia, aut desperatione timuerant.

839.
Ambulatio
ex utraque
Aula ad
Templum
strata.

Hæc omnia, ut ex monumentis Collegij Monachiensis excerpta sunt, sic & illa, quæ jam nunc subdimus; quamvis pauca duntaxat, cùm multò plura latietas præterire silentio compellat. Guilielmus Dux, Renata Conjuræ, ac utriusque soboles Magdalena, paucis post Philippi Cardinalis Exequias diebus, ad mensam nostram, quam intru parcißimè velut in luctu deceret iussérunt, divertere, ut suæ (ita dicebant) ex domestico funere ægritudini sacra solatia, & lenimen ex pio magis colloquio, quæ ex mensa quererent. Ut in Templum quoq; facilior, quod persæpe faciebant, aditus pateret, atque ad illud absque ullius incommodo haud observati, ne posito quidem in Collegium gressu, pervenirent Duces, ambulacrum columnis impositum extraxerunt, additis quibusdam, ut in illis pietati suæ in silentio vacarent cubiculis, ex quibus ad ipsam Ædem commodè descendi posset. Protensa securis temporibus est hæc ambulatio, ut ad Aulam utramque, & quam Guilielmus ædificavit, & quam Maximilianus subinde struxit, liber hodie sit transitus. Commodus hic omnino fuit magnis Principibus, qui, cùm huc iter agerent, ad Sancti Michaëlis Templum totâ jam Europâ celebre, inviserunt. Fuere hi Cæsar Specianus, Nuncius Apostoli- ci, ex Germania in Italiam redux, Albertus Austriae Archi-Dux, Maximiłiani secundi Imperatoris Filius, Philippi secundi Hispaniæ Regis Gener, Isabellæ Eugeniae Maritus, & Belgij Gubernator, Princeps item ex Lotharingia Carolus Dux Aumalij, Princeps item Auriacus ex Nassoviorum Stemmata, tum illustris fœmina Marchio Badensis ob Religionem ditione sua extorris. Magna fuit omnium Basilicam hanc, sacrâaque ejus opulentiam lustrantium admiratio; at major fructus eorum, qui in causa salutis animæ ad eam confugerunt. Ex his numerati sunt triginta duo, ad Catholicæ Fidei agnationem, professionemque perducti. Ad idem Templum mulierem reæ conscientiæ interperijs, propemodum ut insaniret, abruptam perduxit vox, nescio unde, saepius diu, noctuque clarè allapsa: Ædem ut nostram, Nostrumque aliquem pro sacro Tribunal adiret. Adiit, ac persuaderi sibi passa, ut peccatorum Confessionem institueret, tranquillato penitus animo domum rediit, permanitque ingenti Domesticorum gaudio, qui multum miseræ ab amentia, aut desperatione timuerant.

840.
Magni Ho-
spites Tem-
plum Mo-
nacense lu-
strant.

Hæc omnia, ut ex monumentis Collegij Monachiensis excerpta sunt, sic & illa, quæ jam nunc subdimus; quamvis pauca duntaxat, cùm multò plura latietas præterire silentio compellat. Guilielmus Dux, Renata Conjuræ, ac utriusque soboles Magdalena, paucis post Philippi Cardinalis Exequias diebus, ad mensam nostram, quam intru parcißimè velut in luctu deceret iussérunt, divertere, ut suæ (ita dicebant) ex domestico funere ægritudini sacra solatia, & lenimen ex pio magis colloquio, quæ ex mensa quererent. Ut in Templum quoq; facilior, quod persæpe faciebant, aditus pateret, atque ad illud absque ullius incommodo haud observati, ne posito quidem in Collegium gressu, pervenirent Duces, ambulacrum columnis impositum extraxerunt, additis quibusdam, ut in illis pietati suæ in silentio vacarent cubiculis, ex quibus ad ipsam Ædem commodè descendi posset. Protensa securis temporibus est hæc ambulatio, ut ad Aulam utramque, & quam Guilielmus ædificavit, & quam Maximilianus subinde struxit, liber hodie sit transitus. Commodus hic omnino fuit magnis Principibus, qui, cùm huc iter agerent, ad Sancti Michaëlis Templum totâ jam Europâ celebre, inviserunt. Fuere hi Cæsar Specianus, Nuncius Apostoli- ci, ex Germania in Italiam redux, Albertus Austriae Archi-Dux, Maximiłiani secundi Imperatoris Filius, Philippi secundi Hispaniæ Regis Gener, Isabellæ Eugeniae Maritus, & Belgij Gubernator, Princeps item ex Lotharingia Carolus Dux Aumalij, Princeps item Auriacus ex Nassoviorum Stemmata, tum illustris fœmina Marchio Badensis ob Religionem ditione sua extorris. Magna fuit omnium Basilicam hanc, sacrâaque ejus opulentiam lustrantium admiratio; at major fructus eorum, qui in causa salutis animæ ad eam confugerunt. Ex his numerati sunt triginta duo, ad Catholicæ Fidei agnationem, professionemque perducti. Ad idem Templum mulierem reæ conscientiæ interperijs, propemodum ut insaniret, abruptam perduxit vox, nescio unde, saepius diu, noctuque clarè allapsa: Ædem ut nostram, Nostrumque aliquem pro sacro Tribunal adiret. Adiit, ac persuaderi sibi passa, ut peccatorum Confessionem institueret, tranquillato penitus animo domum rediit, permanitque ingenti Domesticorum gaudio, qui multum miseræ ab amentia, aut desperatione timuerant.

841.
Confessio
inaderatur
voce igno-
re.

Hæc omnia, ut ex monumentis Collegij Monachiensis excerpta sunt, sic & illa, quæ jam nunc subdimus; quamvis pauca duntaxat, cùm multò plura latietas præterire silentio compellat. Guilielmus Dux, Renata Conjuræ, ac utriusque soboles Magdalena, paucis post Philippi Cardinalis Exequias diebus, ad mensam nostram, quam intru parcißimè velut in luctu deceret iussérunt, divertere, ut suæ (ita dicebant) ex domestico funere ægritudini sacra solatia, & lenimen ex pio magis colloquio, quæ ex mensa quererent. Ut in Templum quoq; facilior, quod persæpe faciebant, aditus pateret, atque ad illud absque ullius incommodo haud observati, ne posito quidem in Collegium gressu, pervenirent Duces, ambulacrum columnis impositum extraxerunt, additis quibusdam, ut in illis pietati suæ in silentio vacarent cubiculis, ex quibus ad ipsam Ædem commodè descendi posset. Protensa securis temporibus est hæc ambulatio, ut ad Aulam utramque, & quam Guilielmus ædificavit, & quam Maximilianus subinde struxit, liber hodie sit transitus. Commodus hic omnino fuit magnis Principibus, qui, cùm huc iter agerent, ad Sancti Michaëlis Templum totâ jam Europâ celebre, inviserunt. Fuere hi Cæsar Specianus, Nuncius Apostoli- ci, ex Germania in Italiam redux, Albertus Austriae Archi-Dux, Maximiłiani secundi Imperatoris Filius, Philippi secundi Hispaniæ Regis Gener, Isabellæ Eugeniae Maritus, & Belgij Gubernator, Princeps item ex Lotharingia Carolus Dux Aumalij, Princeps item Auriacus ex Nassoviorum Stemmata, tum illustris fœmina Marchio Badensis ob Religionem ditione sua extorris. Magna fuit omnium Basilicam hanc, sacrâaque ejus opulentiam lustrantium admiratio; at major fructus eorum, qui in causa salutis animæ ad eam confugerunt. Ex his numerati sunt triginta duo, ad Catholicæ Fidei agnationem, professionemque perducti. Ad idem Templum mulierem reæ conscientiæ interperijs, propemodum ut insaniret, abruptam perduxit vox, nescio unde, saepius diu, noctuque clarè allapsa: Ædem ut nostram, Nostrumque aliquem pro sacro Tribunal adiret. Adiit, ac persuaderi sibi passa, ut peccatorum Confessionem institueret, tranquillato penitus animo domum rediit, permanitque ingenti Domesticorum gaudio, qui multum miseræ ab amentia, aut desperatione timuerant.

842.
Albertus
Princeps
ante discer-
tam.

Hæc omnia, ut ex monumentis Collegij Monachiensis excerpta sunt, sic & illa, quæ jam nunc subdimus; quamvis pauca duntaxat, cùm multò plura latietas præterire silentio compellat. Guilielmus Dux, Renata Conjuræ, ac utriusque soboles Magdalena, paucis post Philippi Cardinalis Exequias diebus, ad mensam nostram, quam intru parcißimè velut in luctu deceret iussérunt, divertere, ut suæ (ita dicebant) ex domestico funere ægritudini sacra solatia, & lenimen ex pio magis colloquio, quæ ex mensa quererent. Ut in Templum quoq; facilior, quod persæpe faciebant, aditus pateret, atque ad illud absque ullius incommodo haud observati, ne posito quidem in Collegium gressu, pervenirent Duces, ambulacrum columnis impositum extraxerunt, additis quibusdam, ut in illis pietati suæ in silentio vacarent cubiculis, ex quibus ad ipsam Ædem commodè descendi posset. Protensa securis temporibus est hæc ambulatio, ut ad Aulam utramque, & quam Guilielmus ædificavit, & quam Maximilianus subinde struxit, liber hodie sit transitus. Commodus hic omnino fuit magnis Principibus, qui, cùm huc iter agerent, ad Sancti Michaëlis Templum totâ jam Europâ celebre, inviserunt. Fuere hi Cæsar Specianus, Nuncius Apostoli- ci, ex Germania in Italiam redux, Albertus Austriae Archi-Dux, Maximiłiani secundi Imperatoris Filius, Philippi secundi Hispaniæ Regis Gener, Isabellæ Eugeniae Maritus, & Belgij Gubernator, Princeps item ex Lotharingia Carolus Dux Aumalij, Princeps item Auriacus ex Nassoviorum Stemmata, tum illustris fœmina Marchio Badensis ob Religionem ditione sua extorris. Magna fuit omnium Basilicam hanc, sacrâaque ejus opulentiam lustrantium admiratio; at major fructus eorum, qui in causa salutis animæ ad eam confugerunt. Ex his numerati sunt triginta duo, ad Catholicæ Fidei agnationem, professionemque perducti. Ad idem Templum mulierem reæ conscientiæ interperijs, propemodum ut insaniret, abruptam perduxit vox, nescio unde, saepius diu, noctuque clarè allapsa: Ædem ut nostram, Nostrumque aliquem pro sacro Tribunal adiret. Adiit, ac persuaderi sibi passa, ut peccatorum Confessionem institueret, tranquillato penitus animo domum rediit, permanitque ingenti Domesticorum gaudio, qui multum miseræ ab amentia, aut desperatione timuerant.

domesticos posthac parietes, Dialectices literis ab Joanne nostro Ga- Gymnasio,
steiger erudiendus, non secūs ac cereæ facis splendor ultimis, ante- perorat en
quam dispareat momentis, vel maximè emicare contendit, ita & ipse Cathedra.
nonquam serenius effulsit, quam dum in Solemnitate Paschatis postre-
mùm illustrissimus Orator comparuit, audiente totâ in aula Gymnasij ju-
ventute Scholastica, præidente ipso Patre Serenissimo cum sex alijs è Do-
mo Boja Principibus summâ Auditorum, ob amabilem argumenti, 843.
gestus, vocis gratiam, voluptate. Contestato dein Guilielmo, ju-
cundissimam sibi esse literarij hisce exercitationibus præsentiam suam
commodare. Quanquam verò Albertus literas discendi causâ ad Frequentas
Gymnasium ultrà non veniret, persæpe tamen ad idem revisit, atque tamén Con-
extructam inibi Congregationis Majoris Exedram frequentavit, ut Li- ventus pu-
teratorum, si non ultrà condiscipulum, Sodalem se tamen in colenda blicos So-
Matre Propitiâ, re ipsa Ducem, & Antesignanum commonstrarer. daliatis
majoris.

Nempe, eximia Religionis paternæ exempla repræsentabant Filij, quid enim hi aliud discerent, qui non nisi, quæs Geni- 844.
tores initierant, virtutum spectabant vestigia, quin & nova præsi- Guilielmus
gnata? Guilielmus Dux, jam deposito, gubernationis onere, Ebersper-
ad ea, ad quæ colendi Numinis, Sanctorumque æstus ferebat, gam ad S.
expeditior, ut antiquorum, Bojorum erga sanctum Sebastianum admo- Sebastianum
dum collapsam venerationem instauraret, ipsem cum Renata Conju- num cum
ge, sanctorum operum Sociâ dicam, aut, quod Guilielmus avebat ex Renata
animi videlicet demissione pio joco dicere, assidue Stimulatrice, tertium Conjugi
excurrit, admodum lætari se confessus, quod conficeret, Nostros, descendit.
quorum terni duntaxat hoc anno fuere, indefessâ cura Divini cultûs au-
gendi causâ laborare. Nam imperata à Patre Generali Præposito fa-
cilitate, ut rusticis servitijs, antequam ad opus exirent, audiendi
Missæ Sacrificium copia fieret, summo unus manè ad Aram sacrificatu-
rus exiit, quo tempore, cùm magni numeri loco haberetur, quindenit
initio, dein triceni ad Templum convenissent, nunc triplicatus etiam
numerus haud sufficeret. Concessum quoque Româ fuit peculiari, 845.
ut tum ferebant tempora, privilegio, diebus quidem Dominicis, Festis
que ad Rem Divinam uti concentu Musico, ac præterea ter saltum intra
anni spatium. Quamobrem Ludimagistro Musices non penitus impe- Cœptum
rito adjuncti, alitique pueri cantatores quinque, unus item, qui Organo Musica.
sonare gnarus esset, quæ impensæ cum auctorario in hanc usque
diem fiunt. Insigni etiam animarum fructu tum in ipso Eberspergæ
oppido, tum in vicino, cui Grafinga nomen est, atque etiam vico Oberndorffensi, catechesis explicari cœpta est. Cœptum quoque ad
venustatem reparari Templum; ut major Aëdi lux, liberiorque ad Aras
prospectus pateficeret, remotum est, quod transversum ab una columna
ad alteram in sublimi procurrebat podium, habendis ibi choris destina-
tum, manus etiam admotæ elegantiùs ornandis sacerditarum Reliquia- 846.
rum valis. Missus ad hoc fuit Landspergæ Paulus Guldinus, adhuc Catechesis
tiro, qui, ut anno clapso vidimus, auriforis opificium professus, in eo tribus in
etiamnum exercendo utilem per aliquot insuper annos locavit operam, locis expli-
usque dum Sacerdotij Ordinem frustra ex demissione deprecans, iussus cari cœpta,
fuit suscipere. Neque duntaxat æqua, sed vel maximè debita sacra- 847.
tissimorum Pignorum, quibus Ecclesia Eberspergensis locupletatur, p. Paulus
meliorum in formam, ac repositoria magis pretiosa aptandorum cura
fuit, & cogitatio, tam sanctâ nimirum omniq[ue] veneratione digna sunt. Guldinus
Ex præstantissimis paucula memoro. Particulam de sacra Christi adhuc tum
Hister. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI. crucifixu re-
parat vasa sacra.

848.
Rrr Crucifixus, Brevis Ca-
 talogus Sac-

**enarrat E
bersperge
Reliquia-
rum.**

Cruce , de sacris item Fascijs , queis Divinus Infans fuit involutus , de ejusdem Flagris , Sepulchro , Sudario , Sanguinei Sudoris sanctissimis adhuc guttis in Monte Olivetano impressi notabili : Spinarum item , queis Divinum Caput perforatum est . De Velo , ac Cingulo Magnæ Delparæ de quibus omnibus Monimentis fide dignissima adiunt testimonia . Præterea , testibus pariter legitimis tabulis , Dens sancti Joannis Baptiste , duo Crania ex Legione sancti Mauritij , uti & quatuor è Societate sanctæ Ursulæ , digitus sancti Vincentij Martyris , sancti Romedij Comitis , alia sacra Ossa , ac Cineres quam plurimi , ad quæ unâ cum sancti Sebastiani Cranio piè deveneranda religiosi Bojorum populi minimum octoginta ex oppidis , pagisque , volantibus signis , & ordinato agmine , quotannis confluunt , & Colossicos , quos proprijs locorum insignibus ornatos statuerunt , cercos , illustri flammati certis in Celebritatibus animant , & quoties opus est , renovant . Ut mirum haud sit , propagata latè tam conspicuæ Religionis famâ , etiam longinquos peregrinatores Eberspergam attrahi . Inter hos fuit præsente anno Ursinus ex vetustissima per Italiam , Bohemiam , Germaniam ad mare usque Balthicum nobilitate Princeps , qui unâ cum Sorore huc decessus , postquam prodigiis Martyris sacerrimum Cranium religiosè veneratus , consecrati ex eo vini pauxillum , ut mos est , libâset , sumpto Domi nostræ frugali prandio , liberalem in discessu stipem reliquit pauperibus clargiendam .

**849.
Urinus
Princeps
Romanus
Ebersper-
gam venit.**

850. Post exterorum Principum munificentiam prædicare multò æquius est Bojoriæ Ducum donationes , erga eos præcipue , indigos , quorum ut curam ante alios haberent , ordo caritatis exposcere ipsis quidem est visum . Agebant Socij Oettingæ Veteris octo , quinque ex his Sacerdotes , terni fratres & economiæ curatores Laboris fuit tantum , ut ægræ , qui laborabant , sufficerent . Annonæ ex adverso tam modicu , ut planè deficeret . Silentibus Nostris , aliis , quem Principes constituerant , ut viellus nostri curam haberet , eos , quam arcta foret penus nostra , admonuit . Quare , ut Superiore jam anno Guilielmus juss erat , tantum varij alimenti , & supellectilis curari , quantum in hic mem integrum sufficeret , ita hoc anno Maximilianus , crescentibus ex auge sciente donariorum copiâ Sacelli sacri proventibus , judicavit , & quum esse , ut ex ejusdem Sacelli ærario sexcentis florenis annuis assig natis quadringenti alij adjicerentur illorum alimentis destinandi , quorum indefessa opera ad ærarij incrementum hactenus fuisset utilis , ac nullo non tempore futura esset in posterum . Accessere huic sub fidio tritici aliquot modij , ejusdem Ducis Imperio , quotannis ex granario suo Burghusiano pendendi . Pernoti inde Provinciæ Præpositi quamprimum suppetias , & ipsi miserunt Oettinganis , Joachimum Rhætiū Sacerdotem impigrum . Haud desisterunt quoque benefici esse Maximiliani Parentes ; Guilielmus quidem , missis quinquaginta aureis , Renata pretiolo Sacerdotis , & Aræ amictu , quod & Magdalena fecit Filia , & Jahelina Schwarzenburgica Comes , vidua piissima . Celebritas porro sancti hujus loci novis perrexit inclarescere prodigijs , quibus incitati fuerunt Socij , ut ad propagandum Delparæ honorem sua & ipsi studia intenderent : Ex his , ut longitudinem evitemus , unum de multis afferre liceat . Homo rusticus Naucleri servitio addictus , cùm , nelcio quid , ex alligata ad navem majorem cymbâ petiturus in eam parat transfilire , fallente vestigio , in flumen toto corporis pondere delabitur , ad fundum demersus Magnæ Matris , quæ Oettingæ colitur , opem implorat quam celeriter , tam serventer , & en ! spectare sibi videtur

**851.
Prodigiū
servati
nautæ à
submersio-
ne.**

detur coram Augustâ Matronam formâ , cæruleo contextam pallio , si-
mûlque ignarus ipse occultâvi sublatum ex imo, repositum se videt in
phæslo , proin stupore plenus Oettingam properat , cùmque pruden-
ter oratione cogitaret , acceptius se adjutrici Numinis Matri , ipsique
Numini munus , ceu grati animi pignus. haud oblaturum , quâm purga-
tam peccatorum labe mentem : & hæc in lacra Confessione , & confi-
tendi causam tenerrimo pictatis sensu uni è Nostris enarravit.

Graviori non corporis , sed animæ periculo erupti fuere duo , qui ,
cùm è Cœnobis suis profugi , nescio , quo casu , Oettingam pervenis-
sent , cò adducti sunt , ut noxiæ vagationis loco in solitudinem , & sancti
Patris Nostræ Exercitia se reciperent . Ut ea subjerunt , mens paulatim fu-
biit melior , deferbuit pijs commentationibus profugiendi æstus , ac salu-
bribus instruti consilijs modum quoque , & viam invenerunt , ad Suos
iterum magno solatio redeundi .

Latiùs adhuc magnorum sese fructuum potrexit collectio , ad Ana-
sum videlicet conterminum Bojariæ in Austria Superiore fluvium . Vix-
dum annus abjerat , ex quo Lunelacensi Asceterio (quod Germanis
Mondsee , voçari olim memineramus) abjerant Nostræ duo , in aliquot
illuc hebdomades postulati ; cùm & loci Antistes , & reliqui in Cœ-
nobio ardenter petjerunt , ut redirent ; adeò nimirum etiam in amplas
Monasterij ditiones reddituram quoque utilitatem sperabant . Abbas ,
qui sub Magisterio Societatis literarum studijs Ingostadij vacaverat , con-
spicatus , quâm sedulo invigilaret Principum soiertia , ut expulsâ se-
mel in Straubingano Bojariæ tractu Lutheranâ hæresi , refloresceret an-
tiqua pietas , animum sumpsit imitandi hunc zelum in dominijs suis . Et
jam feliciter effecerat , ut octo inde ejus præcones sanioribus Magistris
locum facerent . Idoneos , ad hoc futuros sperabat Præsul è Societate
homines , quos etiam Oettingâ Veteri missos in bimelle tempus est na-
ctus . Credi vix potest , quanta rerum , quæ ad salutem creditur
sunt necessarie , in simplici popello ignorantia fuerit ; & confusio : cras-
sus plerosque tenebat error facerimus Eucharistiæ Sacramentum haud
nisi mutilatum percipi , nisi & sub vini Specie sumas : alij alia Religionis ,
vel nesciebant Mysteria , vel horum loco ineptissima fingebant sibi
phantasmata , in quæ tamen mox patuit , fabulatorum potius malitiâ ,
& simplici nimis credulitate suâ miseros fuisse abductos ; quippe , ubi pri-
mùm dexteram , lævamque evel lendis lolijs admoverunt Socij , experti
sunt intento quidem , at non diurno labore opus esse . Explicare
cooperunt veritatem è suggestu , catechesin creberrimam habere in pta-
no , per vicos , domosque alloqui nunc universos , nunc singulos , de-
docere opiniones hæreticas , veritatem inlerere Orthodoxam , comi-
tate , & candore tam in vulgus amabili , ut , cùm clarè plebs agnosceret ,
syncerè agi omnia , & ex animo nihil aliud quæri , nisi , ut educerentur
è Labyrintho , in quem à perfidis duotoribus se devolvi permisissent ,
non jam viritim , sed turmatim DEUM sibi , & Ecclesiam conciliari fla-
gitarent . Opus fuit singulorum ferè Confessiones à tota vita repli-
catas excipere , ut intricatos conscientiae nodos expedire , & lecuram
animis tranquillitatem possent restituere . Plures Oettingensis ab hæresi
duos intra menses fuerunt absoluti , non absque religiosa ceremonia .
Mos enim nunquam in plagis illis visus , cohortantibus Nostris , intro-
ductus fuit , quem Pius Quartus Pontifex , & Concilium Tridentinum
sanctivit , ut , cùm unus junii turmæ voce clara præjens præscripta ex For-
mula

mula Fidei Catholicæ Professionem edidisset, cæteri in eandem conceptis verbis, & tacto duobus digitis sacrosancto Evangelij Codice palam, ac solemniter jurarent. Perculit quidem id facientes sacer quidam 855. ^{Que simu-} horror, ac reverentia, ast pia simul, & usque ad lacrymas tenera cordis latè jurata, motio cum supplici ad Deum prece, ut, ad quæ jurejurando tam sanmorte re- pentinâ vi- ^{ta est pani-} tūm hoc animi decretum fuit repentina, atque ad salubrem omnium terrorem perquam idoneo eventu. Temerarius è rusticis veterator, uti ipsemet simulato duntaxat obsequio pejerat, ita cæteros suo pede metiens, cum risu arguere est ausus, & ipsos quoque in fidem Romanam juratos Eucharistiam sub una Panis specie sumpsisse, non quod ita faciendum crederent; sed, ut Antifititis sui, ac Domini vel gratiam inirent, vel multam evaderent. At non ipse Divinum evasit suppli- cium, cum impudenti hæc buccâ blaterasset, postera die inter jentandum repentina morte concidit, quam omnes, ceu præsentissimam puniti perjurij significationem sunt interpretati: vicini vero Monasterij Abbas animum inde sumpsit, suis etiam ruricolis Calicem Eucharisticum tollendi, ac persyadendi, ut ultrò renunciarent Privilegio, quo ex permissione Pontificis hucusque licuerat, ea tamen conditione, ut profiterentur, id non fieri ex Precepto Christi, sed indulgentiâ Ecclesiæ, sub utraque specie Divinum Sacramentum accipere.

856. Ratisbonensis Collegij Incolæ, quamvis videri poterant, domi plus, ^{Ratisbonæ iteratur Missio in Silvam.} quam satis habere, quod agerent, contineri tamen se non sunt passi, quin haud in propinquâ duntaxat oppida, & vicos comphures, sed in ipsis rursum, more annis prioribus consveto, Silvas, quas antiqui communi cum Hercinijs vocabulo appellatas fuisse memorant, Bohemicas hodie, excurrerent, ubi pererratis agrestium nunc vicis, nunc sparsis seorsim tuguriis, octingentos absolverunt à noxis, denos & sex ab hæresi. Horrida sçpè pervadenda fuerunt lucta, montes prærupti, & vorticosi amnes, toleranda frigora, dum densæ è celo nives ruerent, ut mirum non fuerit, Sacerdotum alteri valetudinem haud confitisse, gravissimis iliorum tormentibus oppresso, ex his tamen cum metucret, ne ex medijs laboribus Apostolicis intercipetur, Apostolorum Reginam factò ad ejus honorem terna DEO Sacra offerendi voto, quamprimum convaluit. Urbicis Ratisbonæ laboribus, quos ante innuebam Collegij Socijs enatos fuisse, causam præbuere, ac materiam Imperij Comitia publica, in quibus iterum de bello contra Turcas gerendo, gerendique modo, & subsidijs, ad anni elapsi finem consultari cœptum. Cæsaris Rudolphi nomine his præsedidit ejusdem Frater Matthias Archi-Dux. Ob advenarum multitudinem necesse judicatum est præter duas, quas Socij objerunt, in Templo Cathedrali, & Nostro Conciones, in posteriore tertiam addere, ab hieme videlicet mediâ ad Veris usque initium. Præfectus huic muneri fuit Joannes Sallerus, postquam sexennio Philosophiam exposuisset, m̄xque specimina dedit, quanto operæ pretio cathedralm scholasticam reliquerit, & Ecclesiasticam concenderit, multorum deinceps annorum Orator maximè frugifer.

857. Tempore Comitiorum tertius Concionator Joannes Sallerus. ^{857.} ad sanctum Petrum Ecclesiastes Joannes Hylinus, & numerosam omnino, & elegantem illustrissimorum Virorum concionem atraxit cù potissimum ex causa, quod more, quem à Petro Canisio, cùm is Ratisbonæ olim diceret, servatum meminit, bifariam argumentum diviserit, ac in altera dictionis parte quæstionem de fide peculiariter enodandam suscepit, opportuno sane invento pro ea, quæ tunc fuit, con-

858. Hylini Nostræ concionem ne au- diant, Lu- theranis predican- tes inter- dicunt,

confuentium ad Comitia promiscuae Religionis hominum permissione. Tractandum præcipue illud quæsitum sumpsit, præceptamine extet Servatoris nostri, Divinum Corpus sub utraque Panis, & Vini specie recipiendum esse. Cùm id non extare solidissimis argumentis demonstret, adversarii, ne ex eo, quod refutare haud poterant, plebs sua scrupulis saltem enalcituris objiceretur, severè interdixerunt, ne quis vel ad audiendum duntaxat Concionatorem ad sancti Petri accederet, adeò captiosam illius eloquentiam esse dictantes, ut Dæmoni ipsi, millennis licet instructo artibus, pervertendo, si interesset, suffectora videatur.

Quantum Hylintus ex cathedra, tantum Vötterus noster, veteranus jam pugil, Lutheri dogmata oppugnavit ex plano, partim in catechesi, quam habere perrexit, partim ex Museo domestico, & armis quidem ab ipso hoste suppeditatis, dum quaternos iterum libellos lingua Vernalcula vulgavit, sententijs, dictisque ipsius Lutheri refertos, tam indignis, ut ipsos eorum Lutheranos jam tunc videatur puduisse. Juvenis certè artifex, quanquam illiteratus, intellectu tamen nequaquam ita hebes, ut, quæ in Vöttero legerat, si ex Lutherio profluxissent, absconsa omnino esse non perspiceret; vehementer itaque dubitare coepit, an non inficita hujusmodi acromata per calumniam ab Jesuitis insolenti Lutherio fuissent afficta: unum ergo de suis præconibus adjens percontatur sollicitè, veréne in Viri tam pretiosi libris extarent, quæ Vötterus attulisset. Cùm Minister Verbi verbum à se reddi haud posse diceret, gravioribus, magisque necessarijs occupato negotijs, ad alium ejusdem ordinis se confert opifex, scūmque exponit dubium: *Nihil est, quod angaris, reponit præco, babet hac Lutherus quidem; at ne utiquam Nos in Lutberi, sed Evangelij verba juravimus.* Indignatus homo, deceptum fuisse tamdiu, ut Evangelio quidem crederet, at non alter intellecto, quām uti pretiosus vir Lutherus Evangelij interpres exponeret, protinus agnovit, imprudentis esse in ea jurare dogmata, spemque in ædificare salutis æternæ, quæ hujusmodi duntaxat Magistri niterentur opinionibus, in quas ipsummet jurare nollent illius asseclæ. Nec inora, ad Nostros accutrens, edocētusque signa veræ de vero DEI cultu doctrinæ penes Ecclesiam Catholicam esse, latus in cande se recipi petiit, & expediti molestis dubijs animi quietem invenit. Eandein & Mulier consecuta est, sat longo tempore à spectro diu, noctuque infesta, præconis Lutherici formam referente, ipsa Dæmonem esse credidit, quod si quis idem opinetur, ac Sathanam in Angelum lucis sèpè se transfigurare asserat, Angelus Pacis certè hic non fuit, adeò molestus miseræ vexator identidem irruit, unde melius è sensu Orthodoxo arbitrati sunt alii, DEI concessu permissam, vel etiam, uti lubitum est Numini, ignorantis, aut invito Satanae imperatam fuisse hanc vexationem, quæ intellectum daret Mulieri, ut, cum nuspia in secta Lutherica à tetrico exagitatore perfugium reciperet, inter Catholicos quæreret, atque etiam, factâ fidei professione obtineret, naœta tam auspicatae transitionis alios adhuc socios triginta quinque.

Vötterus
novos li-
bros edit
contra Lu-
therum
cum fructu.

860.
Femina à
spectro ve-
xata profes-
sione Fidei
liberatur.

Fuerit haud dubiè redeundi in viam salutis aberrantibus ab ea incitamentum oppido magnum Religionis eximia Majestas, & specimen per quam multiplex, quod primæ Comitiorum ediderunt Capita. Ipsi emerit Conventus augustissimi Præses Archi-Dux Mathias, ipsis Januarij Kalendis, Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI. Exempla Religionis edita à Mal- gitibus in dis, Coloniae Ratisbonæ.

dis sacra novi anni auspicia exordiri voluit in Templo nostro ab Re Diversa, cui cum magno Procerum, & Aulicorum numero, magno etiam pietatis sensu interfuit. Ex illius porro Familia multi etiam Primarij Socios delegerunt, quibus in Confessione, cum dies festi celebriores inciderent, conscientiam aperirent. Quod quidem tum alij, tum pietate, ac nobilitate clarissimus Rudolphus Comes Helfensteinius, singulis Mensibus ad Sacrosanctam Eucharistiam, accedentes praestiterant semper, & quideam publicè. Adnitentibus Nostris, probantéque admodum Archi-Duce, &c, qui vivebat etiamnum, Cardinale, Philippo Aedes nostras, Quadragesimæ Dominicâ tertîâ, solemnni quadraginta horarum Compunctione delecta est, impetrandæ stabili inter Germanos paci, felicique contra Turcas bello. Initium Precationi publicæ factum est pridie diei Dominicis, horis ita ordinatis, ut finis in diem sancti Mathiae incideret. Cantatae sunt itaque Sabbato à meridie preces Vesperinæ, quibus Orator sacer ferventissimo sermone Proceres, Clericos, populum, qui confertissimus aderat, ad exorandum supremum Numen est cohortatus. Exin Quirinus Leoninus summæ Aedis Decanus, stipantibus hinc Moguntini, inde Colonensis Archi-Episcoporum Legatis, per Templi ambitum in pretiosa Hierotheca adorandum Christi Corpus circumgestavit. Decantatus deum est Psalmus Davidis qui quagesimus, sub quo geminæ Sodalium Partheniorum decuriae Templum ingressæ aculeatis flagris tergora ad copiosum usque sanguinem, insigni spectantium motu, conciderunt. Ubi sancto Mathiae Apostolo, à quo Archi-Dux suo simul Tutelari nomen traxerat, dedicata dies illuxit, Serenissimus non solum horâ Compunctionis ultimâ, eaque totâ, verum etiam Sacrificio dein solemniter celebrato, comitatu magnificentissimo religiosus Precator, quin & concioni, quæ totius Compunctionis, ut principium, sic & terminus erat, auditor interfuit, ante oinnes utique primarius.

861. Deinde & spectator etiam adesse voluit, cum, nocte, Archi-Dux lugubrem Parasceves diem insequente, pullo ad luctum vestitu paucis venit ad Cenotaphi comitatus ad Collegij Templum invisit, ut, quod in Christi pro hominibus defuncti monumentum excitatum sterit, venerabundus inspiceret, ad Collegiū & ad Gymnasium, & ad universitatem, quibus sacra nostra Officia approbabat Serenissimus, atque etiam extimulabat, indicijs, signa infuper præclarissima addidit augustæ clementiæ, quæ Domus Austriacorum Principum Societatem jam inde ab illius exordio complexa est. Collegium lustrasse comiter non contentus, illius etiam penum, cellâaque liberaliter sublevavit: quin & Gymnasium subire haud deditiatus est, cui eruditissimè salutando varius Musarum apparatus insudavit, atque ita placuit, ut reducem quoque attraxerit tam magnum Hospitem spectandi causâ tragœdiam, quæ Bacchanaliorum triduo de Herodis interitu in scenam fuit producta, eâ spectantium approbatione, ut tertium fuerit repetenda.

Principis erga Collegium benevolentiam imitati sunt, qui in illius tum vivebant Aula, ut Rudolphus Helfensteinius, Baro Beckius, Ferdinandus Comes Kuenius, qui instruendæ sanctæ Crucis Altari centenis plures solidos aureos dedit. Ante oinnes vero jucundum fuit habere

864. Martinus Brennerus frequentissimos in Collegio amicos universæ Societatis Georgium Wege- Seccovien. lnum, celeberrimi Monasterij ex Ordine sancti Benedicti ad Vineas, seu sis Episco- Weingartensis Antistitem, & Martinum Brennerum Ferdinandi Archi- gius, & Ge- Ducis, quem à præcipua, cui dominabatur, Provinciâ, Styriæ Princi- pem

pem ævo illo nominabant, ad Comitia Legatum. Horum prior Wege-
linus paſſim per omnein Sveiam, & Helvetiam, prudentia, & reli-
gioſæ disciplinæ instaurandæ zelo ubique inclytus, & summâ erga Coe-
tum nostrum propensione ferebatur notissimus : Brennerus Seccavien-
ſium sub Archi-Episcopo Salisburgenſi Episcopus, hodie adhuc non alio
nomine, quām Apostoli Styriæ celebratur, quod illius potissimum curâ,
& imperterritō zelo usque ad annum sequentis ſeculi decimum ſextum,
nobilissimæ dux Austriaci Imperij Provinciæ, Styria, & Carinthia, ex-
pulsâ hæreſi, totæ nunc ſint Catholicæ.

Sed & Domestici Bojariæ Principes, Guiilielmus, & Maximilianus, &
cum his Clemens ipſe Octavus Pontifex magnopere Collegij promove-
runt commoda ; illi quidem dum novis rurſum tabulis indicarunt, ſtaro-
fe decreto ſuo, ut Ratiſbonenſe Collegium Societatis JESU ijs privilegijs
fruatur, quibus cætera per Bavariam Monasteria univerſa : hic vero
Clemens nempe Octavus, proficuam Ratiſbonenſibus tulit ſententiam.
Cūm adhuc in potestate Monialium pagus eſſet, cui à ſancto Vito nomen,
civium quispiam haud infimæ fortis locum, decimas, juraque cætera ſum-
mæ admodum levis penſione acquiſierat, nec Pontifice, nec Episcopo
præſciente, multò minùs conſentiente. Urſerunt amici, ut recuperata
rent irent Socij bona tam iniquè vendita : & agnoverunt Noſtri, haud
licitum ſibi eſſe, ut diſſunularent emptionem, venditionēque nec pro-
fanō jure, nec ſacro firmatam. Defertur cauſa ad Curiam Romanam,
hæc diſcutiendam committit Antiftiti Ratiſbonenſi. At Collegij Rector
paratum alteri ſe parti offert, antequam ad forum contentioſum, litesque
deveniatur, ad rem amicâ conventione transigendam. Factum hoc eſt,
tantāq; traſactum moderatione, ut eam Ratiſbonæ nemo æquus arbitr̄
non laudarit, Roma etiam magna commendatione admirata fuerit. Ibi
ter tot DEUM, Collegij labores, ac res cæteras tam latè promoyentem
laudandi cauſas haud defuit tamen ob funus non unum lugendi, & Supe-
ros pro defunctis precandi materia ; quippe, ut immenſum de morte
Cardinalis Philippi dolorem haud renovem, amisit Societas, ac in priu-
Provincia noſtra, Patronum, ac Defenſorem strenuiflum, Jacobum
Millerum Ratiſbonensis Diceceſeos, donec ipſe Philippus Episcopus re-
tionem fuſciperet, Administratorem. Participem bonorum operum
ac meritorum, quæ haberet coram DEO Societas, Præpoſitus Genera-
lis eā, quæ inter Religiosos uſitata, probatāque eſt, formulâ declarave-
rat, dignum omnino grati hâc animi ſignificatione ob perpetuum, pro-
pensiſſimumque ſtudium, quo Societatis cauſam promovit ubique, ac
propugnavit. Apoplexiâ extinctus eſt, cūm pridie & ſacra Confefſio-
ne emundasset animum, & Eucharistico refecisset Pane, quin Sacrificium
peragens in Aede noſtra ipfemē ſibi confecerat. Male de mortuo,
quem vivum laceſſere nemo eſt aufus, quosdam locutos fuſſe mirum
haud eſt. Erupere videlicet odia, quæ multi conceperant, & ringen-
tes ægre texerant aduersus Virum vitæ quidem integerrimæ, invilum
tamen ob zelum Religionis Catholicæ, quām imperterritus aduersus
omnia obſtacula defendit ſemper, & quacunque viā poterat, propaga-
vit. Quod exacuiffe inaledicentiam videretur amor, quem erga So-
cietatem maximum fuſſe omnibus compertum erat, æquitas Societati
ejus famam poſthumam tuendi onus viciflum imposuit. Præſtitit hæc
præclarè, quo valebat ingenio, & eloquentia, Hylinus noſter, cūm
de mortui Exequiæ in Templo Cathedrali in ipla ſepulture, atque iterum
die poſt tricesimo, cum gemina concione fuerunt celeratae.

867. Demum nec ipsa Domus nostra suo, quod efferendum erat, funeris Petri se caruit. Venerat Ratisbonam ex Rheno inferiore ad Comititia Ordinis Teutonicorum Supremus Magister Maximilianus Archi-Dux, & cum hoc Petrus Lopessius, qui ei a Confessionibus erat, e Societate nostra. Ig, quanquam ultra annos etatis quinquaginta necdum progressus, tenacissima pulmonum oppressus gravedine, primis sub adventu diebus, mortis brevi secuturæ indicia dedit, at simul magnæ ommino patientie, aedemissionis, earus ideo futurus Nobis, ac pretiosus, si frui licuisset diutius. Primus fuit, qui in sepulchreto Socij Ratisbonæ moriaris excavato conditus fuit peregrinus hic advena, admonitus neimpe omnes, qui illuc secuturi essent, ut memores forent, in hoc seculo non nisi homines se esse & advenas; siquidem cives Sanctorum esse vellent, & Domestici DEI.

868. Tales si esse dicas, qui Landspergæ in Bavaria tirocinium Societatis subeunt, merito hospitem dumtaxat appellabis, & advenam Mathiam Schwerthirb, qui obedientiæ, & caritatis ductu ideo delatus Landspergam fuisse videtur, ut inde ad Civitatem, quam sanguis Chrysostomus prædicat, & Sanctorum frequentiam ascenderet. Vir ab annis prope modum triginta multis laboribus pro animorum commodo, Dilingæ, Elvaci, ac demum in Helvetia fructuose peractis, ex hac nostrorum aliquem, cui ex Medicorum judicio mutationem aëris mandarant Præpoliti, comitari, & ægrotantis curam habere jussus est. Landspergam usque jam eum deduxerat, cum ipse morbum eundem (ita medentium fuit opinio) ab infirmo haustæ convalluit alter, Mathias succubuit, fraternali nempe (ut spes est) obsequij mercedem in Cælo consecutus. Inter ea, quæ ibidem utiliter fuerunt suscepta, vixi est tandem adeisse tempus, ut, quod hucusque tempestivum haud putabatur, manus adiuvaretur mori nec decoro, nec, ut multi agnoscent, religioso, impotens abolendo. Cum dies Festus, atque adeo in diem illum habenda concio incideret, decantato sub Missa publica in Aede Parochiali Evangelio, & si ritus postularet, Nicæno Syimbolo, contendendum erat dicturo Oratori in cathedram. Absolutâ dictione, Sacerdos protinus in silentio actiones Sacrificij, in quibus utique ex Theologorum sententia sacri peragendi integritas consistit, panis nimirum & vini pro consecratione offerendi ceremoniam, quin & hymnum Eucharisticum Canoni, ut vocant, Majori solebat tacitus conjungere, quin tamen taceret cathedra; vix enim unquam contigit, ut post concessionem preces solæ, quas subiungere concioni usus tenet, voce clara recitarentur. Nunquam non personabantur suggestione denunciations variæ de festis diebus proximè recursuris, de illorum solemnitatibus, & Indulgentijs, de Anniversarijs, & precibus pro ijs, qui recens defuncti, aut periculo ægroti essent, tum & sponsalia promulgabantur, & nuptiæ, & quod ministeris, profanorum etiam Magistratum de negotijs profanis decreta, quantum quidem ad universum populum pertinebant. Peritabat linctus hic non jam Orator, sed proclamator plerumque magnam horæ partem, donec, eo silente, quantocytus Sacerdos, cui interea, vel si mavelis dicere, Christo ipsi in Panis specie comparituto exspectandum fuit, Consecratam Divinam Hostiam manu in sublime extulit, populo, scilicet per adorandam; ast, quam nisi à paucis id fieri sperares, cum auditores, ut alter vix evenire potest, rerum promulgatarum, quies intentas dicare solent auriculas, imaginibus pleni diu postea varios inter affectus, & judicia, prouti audita probant, vel improbabant, illis ruminandis

869.
Abusus in
auditione
Sacri extir-
patus.

nandis: insistunt. Jacobus noster Luzius; qui sedecim annis magna Landispergensem approbatione suggestum tenuerat, satis providebat, si consuetudini huic obniti auderet, facile rem eō evasuram, ut non plebem duntaxat, apud quam consuetudinis cuiusque tandem vetustas diu tolerata plus fæpè, quam argumenta, utut solida, prævalet, habiturus esset adversam, sed Magistratum insuper, ut, quo, si non volente, saltem non abnuente, ad illud usque temporis usurpata hæc fuissent; cupidus tamen gratiam, & auctoritatem, quam apud omnes civitatis ordines collegerat, ad supremi Numinis, cui quidquid valeret in acceptis ferebat, gloriam refundere, consulto prius Curione, atque hoc perlubenter annuente, quin & adhortante, primores de Senatu convenit, commendat initio cum magna gratiarum actione studium, quā hucusque honestati morum inter cives conservandæ, &c, si quā opus fuit, reparandæ, ac profligandis vitijs invigilassent, subjungit deinde, vigeret adhuc consuetudinem, cui extirpandæ quidem hactenus interpellativam judicasset falcem, donec deteriora lochia, quæ ex hereticorum vicinitate propagata fuissent, evelletentur: quibus nunc abstinendam ultrà manum haud videbi, postquam cives in omnibus, quæ ad verum DEI cultum ab Ecclesia præscriptum pertinent, obsequentes esse consiperet; atque inde fors provenire videretur, quod etiam in reliquo urbis regimine Magistris tam sint morigeri. Hæc præfatus sedate simul, & graviter docet, non modo irreventiam Templo fieri, sed ingens periculum enasci, ne populus denunciationes è cathedra percipiendi curiositate impediatur à debita Augustissimo Sacramento adoratione, & longè magis ab ea, quam Ecclesiae mandata præcipiunt in audiendo Sacro, attentione; ad hanc enim necessarium esse, ut Fideles ad ternas præcipue Sacrificij audiendi partes non corpore tantum, sed animo præsentes esse nitantur, scilicet, dum Materia Numinis consecranda offertur, dum Consecrata adorationi publicæ exhibetur, dum exhibita deum à Sacrificantे sumitur: affirmare. Theologos, legi haud obedire, qui se se sciens, volensque actione quapiam occupet, quā ita abstrahatur, ut ad necessariam attentionem ineptus evadat. Nihil porro esse pronius, quam ut multi, vel dum auscultant denunciationes, vel post auscultatas ita se se immergent alienissimis cogitationibus, ut ad illam, quæ ex præcipuis Misericordiæ partibus non nisi in summo silentio tractatur, vel ex negligentia, vel etiam perdurante adhuc præcepti Ecclesiastici contemptu, quem heretici nuper instillassent, animum nec advertant, nec advertere studeant: Existimare profecto se se, non solum Oratori publico incumbere, sed æquum etiam, dignumque esse, ut urbis Rectores præcaverent, ne plebs, in qua homines, eo præsertim tempore, Rerum Sacratum incurij, nunquam decessent, in assuetudinem irreverenter habendi Templorum & Ecclesiarum præcepta devolveretur, aut scrupulis nequam inanibus de non rite exsoluto DEI cultu se se implicaret. Preces denique annexuit, ut, si proxime auditorum pectora ad moris hujus abrogationem proconcione præparaturus esset, longè fortius illi auctoritate suâ, & suffragio pondus adderent.

Collaudarunt Senatores Patris Jacobi sollicitudinem, quin & intendantam censuerunt, itaque non supervacue laborantes inquirere, quid Theologorum subtilitates conniverent, in Concionatoris sui, de cuius doctrinâ æquè, ac zelo securi erant, sententiam plenis iverunt pedibus, nihilque ipsis perinde, ac civibus, postquam & hi melius Sacrificii audiendi ritum debitum è suggestu edicti fuere, gratius accidit, quam

quod non adhibitæ in hunc usque diem à Sacerdotibus, ut id in pri-
mis cupientibus adhiberi coeptæ sint ceremoniæ, cantiones, & signa,
quæis populus non ad unam solummodo Missæ partem, sed ternas præ-
cipuas, atque adeò universè ad præsentiam toti Sacrificio piè commo-
dandum admoneretur.

870.
Inopiam
domesti-
cam levat
aliena libe-
ralitas.

Singulare Divini Numinis beneficium Land-
spergensis agnovit Domus, quod in magna rei œconomicæ penuria
eminus insperata naœta fuerit subsidia. Nobilis Anna Zollerina, Ru-
dolphi Haydenreichij, qui & ipse beneficis Collegij Halensis fautor ex-
titerat, superstes vidua mille florenos alendis Landspergæ Societatis
Tironibus misit, totidem Wigulæi Hundij Cancellarij Aulæ Bavariae,
optimi Societatis Patroni donavit Vidua. Duplo amplius duæ Virgi-
nes Monacenses duplicitate utique merito, vel exinde, quod nomina sui
nulli mortalium, sed uni DEO, in librum scilicet Vita referenda confa-
re voluerint. At longè ploris, si pretium tunc jam prævidisset, Land-
spergensis Domus æstimasset DEI munus hoc anno concessum, dum
ternos accepit in tirocinio pro nostra Societate educandos juvenes:

871.
Brandisius,
Muskaus,
Drexelius
Novitij.

Christophorum Brandisium ex priina Tirolensium nobilitate, Româ post
absolutâ jam studia jurisprudentiæ huc missum, Albertum Muskayum
Augustanum, & Augustanum alterum Jeremiam Drexelium; qui in-
signem aliquando in Historia nostra locum obtinebunt,

Elucefcet tunc, quod ad tertiuin ex his attinet, si Fuggerorum no-
biliissimæ Familiae ob structum, fundatumque tam Collegium, quam
Gymnasium nullas, quas profecto maximas debet, grates agendi cau-
tas haberet Societas, eam solam sufficere, quod ex hoc Gymnasio
eductum naœta sit Mathæi Raderi in addiscenda eloquentia discipulum,
Jeremiam Drexelium, quem vel nominasse hic, prægustatas jam de-
disse laudes est, quarum commemoratione cive hoc suu gloriari semper
poterit Augusta, gaudere insuper, atque ad imitanda virtutum exem-
pla, veluti domestica incitari, tum Societas omnis, tum nostra speciatim
Provincia.

872.
Fuggero-
rum in Au-
gustiūm
Collegiū
beneficen-
tia, Jacobi
Fuggeri, &
uxoris Ma-
riæ Illsungæ.

At nempe quoties Augustam subit calamus, cum volu-
ptate pariter memoriam subit, multumque illic detinet Fuggerorum in
Societatem commendanda omni posteritati beneficentia. Mortutus ex
his est, mense Februario, Jacobus Antonij Filius, qui quantum abunda-
vit opibus, quas nonnemo ad quadragies centena florenorum millia
ascendisse scribit, tantum & liberalitate, ac misericordia erga homines
tum DEO sacratos, tum egenos fuit verè eximiūs; unde summus
pauperum erepto, hoc largitore, consecutus est luctus. Nec minorem
pijs precibus demortuo parentandi causam tum Augustani, tum Land-
spergenses habuerunt Socij. Vidua illius Maria Illsungi, qui Austria-
carum per Sveiam Ditionum Præfectus erat, filia, pretiosum omnino
vexillum centenis comparatum auris Sodalitati ad Boatissimæ Virginis
cultum institutæ donavit. Sed ante omnia memorabilis est serè altera

873.
Christo-
phorus
Fuggerus
quasinovus
Fundator.

Collegij Augustani fundatio à Christophoro Fuggero suppeditata: Patre
hic natus erat Joanne, Antonij nepos, à quo planè non nisi piè, ac Lau-
dabiliter nepotari didicit, hoc est, opes suas Numinis augendo cultui
profundere. Adeò recens videlicet Fuggerorum animis hærebant exemplorum recordatio, quibus posteros suos Antonius olim docuerat, nihil
scilicet magis cordi habere, quam Religionem Orthodoxam, pro qua non
opes suas tantummodo largissime expendit, sed ne expendere prohiberetur,

874.
De Anto-
nia memo-
rabilis pro
Fide zelus,

dura etiam, & ignominiosa perpeti gloriæ sibi, & honori duxit. Ju-

cundum est de tam magnanima Antonij pietate, cum de illius haud pro-
fecto degeneri nepote agimus, specimen adducere, cuius memoria,

edī

et si in prima jam parte multa de Viro hoc attulerimus, ut ad illustrissime & magnis gentis laudem perpetua vigeat, curare æquum est. Impetraverat jam anno supra sesquimillefimum decimo sexto Jacobus Fuggerus, quem Fuggerica monumenta stirpis hujus potissimum Fuggericæ opulentia, & magnitudinis amplificatorem prædicant, à summo Pontifice Leone decimo privilegium, jusque perpetuum ad munitis Parochi in Collegiata sancti Mauritiij, & Sociorum, quæ Augustæ admodum celebris est, Ecclesiâ, virum quem aptum judicaret, promovendum diligendi.

Profligari tunc Augustæ fidei Orthodoxæ, paucis post annis, statutus est cœptus: cum Urbis regimen non iam penes solos Patricios, sed plebis etiam Tribunos esset. Faquin est tunc, ut pleroque populo inducta Lutheri dogmata, feroce in novitatem pruritu, arriperentur, ac sacra & profana foedissimè conturbarentur. Ararium Mauritianæ Aëdis curandum Marco Ehemo cuidam civi, homini à Fide Catholica perfugæ coñissum fuerat; is veluti omnia prout libitum esset, administrandi licentiam nactus esset, pro hac planè imperabat, agebat, mutabat, quin & abolebat permulta, quæ ex veteri Catholicorum ritu, atque ex Fuggerorum fundatione eousque fuerant usurpata. Dies instabat ascendentî in Cælum Christo dicatus: triumphi tam sacri memoria ut simplici populo, ac puerorum ætati sensilibus ceremonijs altius imprimatur, atque etiam congrui tanto Mysterio animi motus excitentur, solet in permultis Germanicæ locis statua Servatoris sub apertum Templi tholum inter geminas Angelorum veluti circumvolitantium imagines attolli, ac receptâ intra tholum statuâ, simulacrum Columbae candidum, sancti videlicet Spiritus symbolum demitti; antiquitus jam moris Augustæ fuerat celebritatem hanc in Aede sancti Mauritiij magis spectabili, quam per alia urbis Templa concursu, pompâque representare. Fuggerus, qui ad multos jam ritus Ecclesiasticos ab Ehemo petulanter abrogatos continuerat se, ut qui majores à seditione tumultus verebatur, tolerandum tamen haud est arbitratus, ut Solemnitas, quâ triumphalem Stygii Veteri Christo ad Supera ingressum Ecclesiâ universa celebrat, sola in Urbe Augustana intermittatur; & primùm quidem Canonicos monet, se iuriū in Aedem sancti Mauritiij, quanta quidem haberet, memorem, sacro Ascensionis die in Ecclesia præstò fore, ut coram Ehem, si & ille compareat, insolentiam retundat, adessent Canonici quoque audacter, ut cerneret populus, necdum oppressam jacere penitus Religionem, tum Christi effigiem iride circumdati, ut & Angelorum, & Columbae suo ære confici, deferriique in Templum jubet. Ipso Celebritatis die sub meridiem, Raimundus, & Antonius Fuggeri, servulorum, Clientumque numerosâ stipati catervâ, concurrente etiam eorum, qui in urbe supererant, Catholicorum multititudine, Templum subeunt. Ehemus olim quidem Antonij amicus, & magnis ab illo affectus beneficijs, quod super tamen, cum ipse Georgium Storrium Concionatorem Catholicum suggestu prohibuisset, Antonius pro alio Concionatore Orthodoxo, non ærarij; sed Fuggerorum impensis alendo foundationem instituisse, amicitiam furiosus apostata in odium verterat. Quapropter, ut pri-

mùm intellexit, quid in Aede Mauritianâ ageretur, longe majori cum Lutherano gladijs & pugionibus armatorum cunio in Templum irrumpit. Ut Narrationis longitudini occurram, solum id memoro, in proximo fuisse, ne in ipso loco tam sacro, post dira à secularijs convicia, minas, & imaginum dejectarum confractiōnem, multa insuper fecerit sanguinis effusio. Exitus denique is suit, ut Antonius ab Ehemo, ejusque fa-

873.
Ehemo L.
theranus
ceremoni-
as Festo
Ascensionis
abrogare
molitar.876.
Ehemo L.
theranus
ceremoni-
as Festo
Ascensionis
abrogare
molitar.877.
Ehemo pre-
conserua-
dis Catho-
licis ritibus
se opponit:
Antonius
Fuggerus.

878. *Qui saepe
osorum in
solentia da-
tur in cu-
stodiam,* **878.** *Exione, quam & in Curia, & in urbe habuit præpotentem, sopus per-
culosi tumultus, & proclamaretur ut auctor, & condemnaretur ut reus.
Vir honestissimus de patria una cum fratre quam optimè meritus, eâ-
que natus familiâ, cuius industria, & felicitate Augusta & olim totius
Germanie Emporium commercijs, opibus, artificibus, ædificijs evasit
nobilissimum, & quidquid hodie adhuc celebratatis habet, ex hoc po-
tissimum fonte, originèque accepit, iussus est, tñm multuário utique judi-
cio, &, quod ob solam Religionis propugnare causam ex tribunorum
potius violentia, quam saniore Magistratus parte prodierit, in custo-
diam Nobilium, quæ in turri supra portum Goggianam sita est,
concedere, atque ad septem ibi dies permanere, quanquam postridie,
ubi nox rei indignitatem melius expendendi moram dedit, laxata sen-
tentiâ, domum regredi permisus fuerit.*

879. *Dein obli-
tus injuriæ ad Albitum victoriam, rerum facie, non mutavit Antonius animi magni-
tudinem; vindictæ de iniqua accusatione, & sententiâ oblitus, persistit
in amore erga patriam, obstupescientibus ipsis Augustanis, quibus,
quantâ adversum illos Imperator ob initum foedus Smalcaldicum fereba-
tur indignatione], tantum non adfuit modo patrocinijs, sed etiam
impensis, ac optato, ut alibi referebamus, cum successu Cælarem le-
nivit Antonius.*

880. *Christo-
phorus An-
tonijNepos primis Christophorus, de quo agi suprà cœptum est, mense Aprili, a-
ex triplici cerbâ morte optimum Parentem Joannem Antonij filium, Elisabethæ
eventu tri- Nothaftiæ ante annos sedecim demortuæ ex antiquissimâ Bojorum stirpe
sti, pia con- Maritum, trium Cæsarum Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi Consi-
cipit consi- liarium, arcis Kirchheimensis ex fundamentis conditorem; nemo de-
bia,* **880.** *Fuggerorum munificentia, ac solicitudine postmodum evenit, ut,
cùm Augustæ securior jam, pacatiorque vigeret Religionis Catholicæ
status, Nepotes tamen occasionem invenirent in domesticis etiam ar-
umnis ostendendi, constare menti suæ avitam nobilitatem. Amisit in-
Parentis eximia in egenos largitas auxerat potius, quam acciderat, in so-
latium sibi vertit, Patris animam eleemosynæ ope, si quâ indigeret, ad
Cælum promovere posse. Accessit novum doloris augmentum ex
obitu Conradi, post Joannem Ernestum, ac Othonem Henricum filios anno
clapso natis, atq; hoc anno extinti. Verumtamen & huius iterum ja-
cura piam Genitoribus mentem injecit, patrimonium, quod filio paraverant,
ad Divini servitij incrementum transcribendi. Supervenit denique ad do-*

*mesticum iuctum Christophoro ipsi morbus admodum periculosus, quo-
ne filialis, quorum neuter decimum ætatis annum attigerat, intempe-
sive subtraheretur, magnam pecunia pios in usus elargiendæ summam, re-
cuperandæ valetudinis causâ DEO yovit. Exauditus, ut Patris & ahi,
ac cæterorum ex Fuggeris agnatorum vestigijs insilioret, quæ premenda
à teneris sibi annis proposuerat, accedente etiam hortatu ecclissima fa-
minæ Mariæ Salomes Schwarzenbergiæ, quam ante decennium sibi
conjugem despondit, foundationem Collegij nostri Augustani amplian-
dam sumpfit. Quadragesita igitur florēnum millia tradidit, quæ ad
censum elocata pluribus aliendis expenderentur, Legitimis de hac tra-
ditione tabulis conditionem adjecit, quâ se ipsum quoque omni jure, ac
potestate abdicat; quocunque ex eventu, & causa donationem hanc*

882. *Voti exsolu-
tio etiam lo-
revocandi, eâ tam sanctè quod steterit, tanto magis admirandum est,
difficillimq; quanto excusabilior paulo post mutandæ voluntatis causa accidit; in-
eventu.* **gens**

gens quippe detrimentum universæ Fuggérorum Familiæ enatum est ob interversa commerciorum, quæ in Hispanijs copiosa admodum habuerant, lucra, & bellis Belgicis interceptas debitorum solutiones. Damni hujus pars omnino magna cùm ad Christophorum pertineret, fuit ex amicis unus, qui, illo inscio, varios variarum Academiarum Theologos juxta, & Jurisperitos, quin & Religiosos consuluit, an teneretur voto suo Christophorus, cùmque ex Religiosis aliqui promissi sacri obligacionem sublatam esse respondissent, ægre omnino tulit Christophorus, se inconsulto gratuitam hanc, sed planè ingratam operam, & fratri suo Marco commerciorum socio renunciavit, et si plus incommodi ex Hispania ad se, quād ad fratrem pervenisset, decretum tamen sibi esse, nec teruntio minus, quād promisisset, dare: Dominum quidem multum ex eo, quod dederat, abstulisse, prout ei suisset placitum, reliquise tamen adhuc tantum, ut nequaquam, alijs alia fadentibus, ipse judicet, eximium se à voto esse, quod multā cum deliberatione supremo nuncupatum Numini eo esset exsoluturus libentiūs, quo propensiore semper à puero usque suisset animo, Societati JESU benefaciendi; Tali mente confirmatum ultro Socij rogārunt, ne, quandoquidem statutum illi foret præstare, quæ spöonderat, nimio se tamen, in recenti Oeconomiae plagâ, supponeret oneri, sed pecuniæ pendendæ summam comodo sibi tempore per partes repræsentaret: Sociorum hoc & famæ, & rei etiam Oeconomicæ magis futurum esse proficuum. Assensus est Christophorus, ac beneficium Numen ita prosperos illius Domui successus præstitit, ut non modo pauculos post años ad ultimum usq; obolum voto suo satisfacere potuerit Sponsor; verū etiam post sexennium inde elapsum in celeberrimo, quod ad Monasterium Religiosorum sancti Benedicti Augustæ visitur, Templo Aram, quæ magnæ Matris in Cælum Assumptionem, artificiosissimo penicillo depictam imaginem, exhibit, non levibus impensis statuerit, addita fundatione Anniversarij, & excavatâ ante Aram cryptâ cum superimposito monumento, & hac inscriptione.

883.
Et ex his
intra pau-
cos annos,
40000 flo-
renorum
Collegio
Augustano
transcribit.

884.
Insuper An-
niversari-
um fundat-
& Sacell-
um ad S.
Udalrici.

CHRISTOPH. FUGGER

Joan. F. Ant. N. Liber Baro à Kirchberg, &
Weissenhorn, Dominus in Mindelheim,
Sibi, Conjugi Mariæ Com. in Hohenland-
sperg, Liberisque suis hoc mortis & resurecti.
Mon. F.C.

Anno post Ch. Nat. MDCIV,

Nunquam satis prædicandam in Augustanum Collegium Christophori munificentiam nunquam pariter non memori, gratissimoque animo conservari, ac perpetuas pro tota illius posteritate preces ad DEUM fundi debere, lubentes sanè profitemur, idque eo ferventiūs, quo continentius experti fuimus, hodièque experimur à Christophori Nepotibus avitam perpetuari ergo Societatem, & benevolentiam, & beneficentiam.

885.
Hodie ad-
huc ejus
posteri in
Societatem
benefici.

Meminimus suprà Antonium Christophori , de quo hucusque multus sermo , avum , loco depulsi ex cathedra ad sanctum Mauritium Concionatoris Orthodoxi , suis ex pecunijs de fundo providisse , unde alius deinceps & quidem in perpetua tempora Catholicus Orator sufficeretur , ne id fieri porro haud posse , ob ærarij defectum adversarij causarentur . Hoc anno curavit Familia Fuggeriana pro jure suo , ut Societati tradere-

886. **Georgius Mayr è Socie-
tate IE SU , stabilis gustæ coimmorari est jussus , donec Romam est evocatus , ut novo testa-
mento , quod ex Latino in Hebraicum transtulerat , typis edendo ad-
esset . Sed non diutius Romæ quàm uno inter vivos esse anno licuit ,
cùm ætatis annos egisset quinquaginta & octo , Societatis initæ quadra-
ginta . Opportunum arbitramur , ut , quæ Philippus noster Alegambe in
Bibliotheca Scriptorum Societatis de hoc viro condidit , cùm potissi-
mum Augustæ acta fuerint , uno quasi visu percurrenda hic propona-
mus . Cùm puer adhuc in Schola triviali tantum didicisset , ut chara-
cteræ quidem Christi Crucifixi , cujus effigies in Templo exposita erat ,
titulo superscriptos Latinos esse agnosceret , nesciret tamen , quid , qua-
lésve essent figuræ cæteræ , percontatus est ab Ludimastro , quid notæ
illæ significarent : reposuit hic , literas esse idiomatis , quo uterentur
tum Græcorum gens extera , tum Hebræa , ex qua multos utique novis-
set Georgius per viciniam dispersos , cæterum indicari his signis haud a-
liud , quàm quod Latini suo charactere signarent , nomen videlicet
JESÙ Nazareni Regis Judæorum : sensit mox puer vehemens in corde
accendi desiderium linguam haud Latinam solummodo , sed & Græ-
cam , Hebraicamque addiscendi , atque ocyùs triplici huiç studio ,
quantum per ætatem , Magistrósque licuit , totum se improbabili diligentia
impedit : longèque id majori opportunitate , ac profectu , postquam
Latinè jam doctus , absolutà Dialecticā , novendecim annorum juve-
nis , ex Ingolstadiensi Academia in Tirocinium Societatis Landsbergam
eundi facultatem obtinuit . Creatus Sacerdos , ac tria in Societate vo-
ta professus , ubi demandatum munus agendi palam in urbe ex Catholicis ,
ac Luthericis composita accepit , mox etiam in talentis , quæ à Domino
acceperat , negotiari exorsus est , præstanti , quâ diversorum idiomatum
genera , Græci ante alia , & Hebraici perfectè jam complexus tenebat ,
memoriâ suffultus , ita perspicue Prædicantium aliquos revicit , ut , qui
alias nunquam gravius circumspetantes barbam mulcere essent soliti ,
quàm cùm , mutuatis ex Grajo quopiam sancto Patre , aut Rabbino Thal-
midico voculis , Græcanicos sc , aut Judaicos venditasse lanioni cui-
piam , aut cerdoni ex annuto sentirent , convicti jam vel de ignorantia
sua , vel malitiâ in pervertendis sententijs , vel de utraque , desisterent
posthac , quin penitus nonnulli cathedrâ cederent , locum quæsitiuri ,
ubi ab importuno exagitatore securi , si non verius , quietius tamen ,
quæ liberet , declamare possent ; cùm interim irquietus in laborando
Georgius , è suggestu redux alia quàm plurima & domi , & foris agenda
mox arripuit , ac in Museo quidem stupendâ prorsus industriâ , Doctrinæ
Christianæ compendium à Petro Canisio editum , in alias linguas ,
transferre est aggressus , perfecitque tam feliciter , ut jam vix natio sit
sub sole , quæ non percipiat linguâ suâ loquentem magnalia Religionis
Catholicæ ; Nec enim soli exinde Germani , & Latini , sed Græci etiam ,
ac Hebrei , Itali , Galli , Hispani , Lusitani , Angli , Poloni , Bohemi ,
Sclavi , ipsi etiam Sinæ , ex unius Georgij interpretis calamo opportuni-
tatem**

887. **Occasio addiscendi lingua sa-
cra.** **Eius elogi-
um.**

accendi desiderium linguam haud Latinam solummodo , sed & Græ-
cam , Hebraicamque addiscendi , atque ocyùs triplici huiç studio ,
quantum per ætatem , Magistrósque licuit , totum se improbabili diligentia
impedit : longèque id majori opportunitate , ac profectu , postquam
Latinè jam doctus , absolutà Dialecticā , novendecim annorum juve-
nis , ex Ingolstadiensi Academia in Tirocinium Societatis Landsbergam
eundi facultatem obtinuit . Creatus Sacerdos , ac tria in Societate vo-
ta professus , ubi demandatum munus agendi palam in urbe ex Catholicis ,
ac Luthericis composita accepit , mox etiam in talentis , quæ à Domino
acceperat , negotiari exorsus est , præstanti , quâ diversorum idiomatum
genera , Græci ante alia , & Hebraici perfectè jam complexus tenebat ,
memoriâ suffultus , ita perspicue Prædicantium aliquos revicit , ut , qui
alias nunquam gravius circumspetantes barbam mulcere essent soliti ,
quàm cùm , mutuatis ex Grajo quopiam sancto Patre , aut Rabbino Thal-
midico voculis , Græcanicos sc , aut Judaicos venditasse lanioni cui-
piam , aut cerdoni ex annuto sentirent , convicti jam vel de ignorantia
sua , vel malitiâ in pervertendis sententijs , vel de utraque , desisterent
posthac , quin penitus nonnulli cathedrâ cederent , locum quæsitiuri ,
ubi ab importuno exagitatore securi , si non verius , quietius tamen ,
quæ liberet , declamare possent ; cùm interim irquietus in laborando
Georgius , è suggestu redux alia quàm plurima & domi , & foris agenda
mox arripuit , ac in Museo quidem stupendâ prorsus industriâ , Doctrinæ
Christianæ compendium à Petro Canisio editum , in alias linguas ,
transferre est aggressus , perfecitque tam feliciter , ut jam vix natio sit
sub sole , quæ non percipiat linguâ suâ loquentem magnalia Religionis
Catholicæ ; Nec enim soli exinde Germani , & Latini , sed Græci etiam ,
ac Hebrei , Itali , Galli , Hispani , Lusitani , Angli , Poloni , Bohemi ,
Sclavi , ipsi etiam Sinæ , ex unius Georgij interpretis calamo opportuni-
tatem

tatem sunt naucti, Orthodoxum dogma à Canisio in quinque collectum Capita, suo quique legendi sermone vernaculo. Pervasit eruditio[n]is fama omnem Germaniam, unde factum, ut passim ventitarent epistolæ etiam à Viris Principibus, quibus varia[us] quæstiones, ac dubia proponebant, & verò etiam responſa, quæ expetierant, ac dubiorum solutionem reciperent. Scribendo, fatigatus, respirandi causâ deambulationes suscepit, ast non alio, quād ad Xenodochia, & Nosocomia, contubernia, item militum, & rerorum, qui carceribus inclusi tenebantur, ergastula, salutaria ubique monita, & solatia impertiri sedulus. Compererat ex frequente cum tenuibus opificibus, quorum humiles officinas multò libenter, quād Magnatum palatia amabat terere, non paucos, qui in Luthericorum opificum familijs degebant, aut spe lucri, aut licentiæ exemplis, à religione Catholica abduci; perfecit itaque, & apud Bojariꝝ Duces, & apud piissimum Antistitem Augustanum Henricum Knöringium, aliosque in vicinia Dynastas Orthodoxos, ut nulli ex his servitijs, si quando tabulas publicas de baptismo, déque legitimis natalib[us] peterent, ex concederentur, nisi, quamdiu Dominis Acatholicis famularentur, scripto nomine, sigillōque Confessarij munita misissent testimonia Confessionis saltem annuæ Ferijs Paschalibus, peractæ. Statutum hoc Rei Catholicæ si non incrementum peperit, avertit certè detrimenta non exigua. Cùm intermedio tempore sacra studia profecutus, Biblia, ab hæreticis perversissimâ fide edita, versaue esse deprehendisset, illam Bibliorum partem, quam Novum Testamentum Ecclesia appellat, ex primigenio linguae Hebraicæ sensu vulgandum prelo aptavit. Magni laboris, nec minoris considerationis Opus, ut ipsus accurate simul, & collato cum Eruditis, qui Romæ ex omni literatura, omnique gente, ac tempore sunt perquam multi, cōſilio, denuo expendum resumeret, viſum est Moderatoribus operæ pretium, Georgium Romanum evocare. Ivit, sed brevi postquam advenit, in Collegio Germanico, etatis anno undesexagesimo, à Partu Virginis post millesimum sexcentesimo tertio, non absque Eruditorum lucu è vivo abiit.

At calamus noster Augustam redit invitatus ad memorandum nōnum beneficium totius Magistratus Augustani concessu impertitum, adnitente potissimum Octaviano Fuggero Duūm-Vifo, ut nimirum quotannis viginti quinque ligni plaustra calefaciendis biennali tempore Gymnasij Scholis, Reipublicæ impensa, deinceps devitantur, cæſioneque fornacibus aptentur, usu ad magnum tenerioris juventutis commodum, ac valetudinem, per universa, nostræ saltem Provinciaz, (nescio an aliarum) Gymnasia recepto. Amplius etiam patuit ejusdem Magistratus, quatenus Catholicos complebat, studium ac zelus in Sacris Celebritatibus, quatenus Acatholicos, amica conniventia: anni abjerant perquam multi, ex quo Augustæ ob Lutheranæ plebis, haud facile domabilem petulantiam Processus sacri, iisque per urbem publici intermissioni, ac intra Aedes duntaxat sacras, earumque ambitus, privatâ magis quam spectabiliter pompa instituti fuerant. Occasionem producendæ, per aperta compita Celebritatis præbuit anno hoc felicissimus eventus, Duatore Exercitū Cæsarei contra Turcas in Hungaria, & eodem auspiciatissimo novi stratagematis inventore Adolpho Gunthero, Comite Schwarzenburgico, cui vice posteritatis, quā cæteroquin caruit, immortalis Gloria, ceu filia permanet, quam Jaurinum, fortissimum Panioniz Superioris, & cui vicinum est, inferioris Austriae propugnaculum;

888.
Augustanus
Magistre-
tus in Gym-
nasium be-
neficus.

889.
Processio-
nes sacre
palam re-
sumptæ.

Ex occa-
ſione recu-
perati Jan-
rini in Hun-
garia.
Buccellum
7.1.

Turci denuo pyloclastri appensi ope erectum eidem peperit. Inexplicabili totius Romani Imperij, cuius plurimum interfuit, gaudio exceptus est fortunatissimus nuncius: itum catervatim, ut quondam ab Romanis ad sacra Pulvinaria, sic modò, sanctiore ritu, ad sacras Aedes, precésque ibi fundendas Eucharisticas. Opportunissimum id tempus vi sum est Joanni Othoni Augustano Episcopo, veterem in urbe illa supplicationum, ac Processuum ad Templā, compositis agminibus institudorum consuetudinem resuscitandi. Quis enim se opponeret? Bellum contra Turcam omnium Imperij Ordinum consensu in Ratisbonensibus nuper Comitijs decretum fuerat, belli feliciter gerendi jucundissimum omen fuit, Martio adhuc Mensē, Jaurini, priore anno turpiter amissi, recuperatio. Machometo magis, quam Christo, & Christi Ecclesiæ addictus esse videri poterat, quisquis quemque impedire auderet, qui in communione totius Germaniae triumphali gaudio suæ Religionis professo ritu solemnes victoriae largitori DEO grates properasset persolvere; animum itaque sumpli Episcopus invitandi partim, partim jubendi, ut omnes, quotquot Augustæ, ac multò plures ex vicinia ad Diocesin pertinerent Augustanam, in Dominicam post Pascha tertiam, quam Ecclesia Jubilate appellat, ad Templum Cathedrale convenirent, ordinato exinde agmine alcensuri ad Aedem Sanctorum Udalrici, & Afræ. Explicari vix potest, quam penè innumera fuerit prodeuntium multitudo, quantus, quamque decorus Ecclesiasticorum ac Nobilium ordo vexillis distinctus, & varijs Musicorum hymnos, & sacra cantica intercentibus Choris, cum & tubæ simul, & tympana, & Campana æra ex omnibus Catholicorum Templis interspreterent: ita nempe decere boni omnes existimârunt, ut pompa, quam fieri posset, maxima celebraretur triumphus, & Austriacæ Domus inter tot adverfa, & Religionis Catholicæ inter tot oppressiones. Tenuerunt quidem sese Lutherani, ne obstrepere audacter nimis vide rentur prævalenti totius Imperij gaudio, & exultanti lætitia; Ast, ubi non multò post in Ferijs, quas appellamus, Rogationum, denuo vide runt circumduci publice agmen supplicantum, quin & duas adhuc, eadem æstate, Supplications institui, gravissimè conqueri coepit Natio Lutherica, rem eò paulatim tendere, ut Papistici denuo ritus, & cum his dogmata, quæ evelenda optimo Lutero tantis sudoribus constitissent, reducerentur. Propositæ fuerunt hæc querelæ in Senatu; at cum respondissent Catholicæ: *Nihil se maliri novitatis, usurpare dunt axat, que ab antiquis seculis exercita frequentissime fuissent in ea Religione, cuius utique sacris juribus, & ceremonijs haud interdictum, sed potius per Imperij Constitutiones, ut salva permanerent, cautum est: Reciproca pacione se quoque nihil opposituros, si quas Luterus suis praescripsisset similis forma functiones publicas, libere, ac palam Luterici eadem exercearent.* Acquievit responsioni pars Senatorum etiam adversa, & compressa in irritum cecidere obgannientium in murra: non tamen sic oppressa penitus, ut non in mendacia saltem, & maledicentiam contra Societatem desierint.

Ansam dedit magnifica Linteonum pietas. Est hæc opificum tribus hodie adhuc numerosa præ cæteris, & magnis ornata privilegijs, ex quo, ut vetutissima tenet traditio, Udalricus Augustanorum Præfus, Episcopali habitu, & Cruce, Victoriae tesserâ, ac omne armatus, equo sublimis contra Hunnos Augustam obsidentes, & jamjam impressionem fa-

sacturos magnam civium ex textoribus collectam eduxit multitudinem, quæ per portam hodie à sancto Jacobo appellatam facta eruptione, & Hunnorum Regulo occiso, hostibusque magna clade repulsis, vixtrix in urbem rediit. In perenne tam glorioli facinoris monumentum Otho Magnus Imperator, postquam, die sancto Laurentio sacrâ, Hunnos celebratissimo in Historijs prælio in campis Lycatijs prope ipsa urbis Augustanæ meenia, ad internectionem cecidit, à triumphali in urbem ingressu, inter triumphalia victoribus distributa, textoribus, vexillum luteo, rubeoque colore distinctum jure perpetuo gestandum assignavit; quod etiamnum in domo, quam textorum appellant, tribunitijs suis expensis propemodum in palatijs formam extructâ, asservari perhibent. Cæterum ut ante dñi secula, sola ferè urbs Augustana primum, & cōmune in Germania habebatur emporium, interque alias merces lineaæ telæ quamplurimum inde petebatur, ita textorum Collegium multò, quam hodie numerosius fuit, & numerosius ad septena propemodum milia; unde mirum non est, quod, cum plures adhuc de illis essent Catholicî quam Lutherici, ex opulento admodum communi suo ærario, in pii quidpiam operis derivandum esse censuerint. Quapropter, ubi post nuperam ob recuperatum Jaurinum quietè transactam Celebritatem proximis Rogationum, quas Ecclesia appellat, Ferijs aliam rursus Supplicationem productum iri intellexissent, prodire statuerunt in ea cum recenti, & eleganti vexillo. Ac fuit hoc sanè materiâ dives, & elegantiâ spectabile, ut ante cæteras, quæ procedebant, vexillationes facile illa, quam textorum fuit, insignem à novo hoc signo suo laudem ferret. Pupigit hæc apparatus novitas, plebis Acatolicæ oculos, cùmque aliquid nil in mentem veniret proprius, spargere cœpit, inventum rursus hoc Jesuitarum esse, qui, ut publicas hæc pompas, & pretio, & stipulatione spectabiles facerent, multa aureorum millia expendissent conducendis ex urbe non minus, quam vicinâ, qui se Catholicorum Supplicationibus ad ostentationem exhibendis comites adjungerent. Tantum commentum istud fidem reperit apud viles homunciones, ut non pauci ad Collegium ventitarent, qui licitarentur, quantum ipsis daturi essent Socij, si ad unam, alteramve horam pro Catholicis sese ferrent, ac in hujusmodi circuitu comites sisterent. Reiecti sunt, cum ludibrio dicam, an indignatione, vilissimi homuli, ne teruncio quidem digni, quibus tamen vel hodie turpissimo calumniatorum mendacio imponitur, Catholicis rusticellis, qui diebus Parasceves è propinquis pagis in urbem confluent, mercedis haud modicum dari, ut vel tergatra flagris cruentati, vel prægrandibus è ligno crucibus humeros onusti, lugubrem, quam Christi pro genere humano mortui cruciatus, & mors recolitur, supplicationem comitentur.

Honorificentius omnino de Societate existimârunt Canonici Cathedralis Ecclesiarum quando unam ob causam, ut ostenderent, benevolo profusi, & affectu & judicio erga Collegium se ferri, non aliud, ac Templum nostrum delegerunt, ad quod Supplicationem rursus publicam primi ipsi, & Auctores, & Ductores instituerunt, ut deligendo ad universæ Diœcesis salutiferam gubernationem novo Præfuli lumen è Calo exorarent; Extremum nempe diem, sexto Octobris Dilingz, obierat Joannes Otho Gemmingius, è vetustissima, atque, ut ferunt, è primis in Rhætiam ex urbe Romana profectis nobilibus Colonis, deductâ prosapia. Vir hic fuit, de quo ambigas, an ex reculata ante octo annos Eystadiensi modestissimè Insulâ, an ex Augustana septem annis præclarissimè gestâ, His. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

*addam. extiterit laudabilior. Hanc certè nunquam admisisset, nisi religio fuisset
muc. mori. injecta, adversari iplum Divinæ Voluntati jam secundo, & quidem con-
jur. Ejus cordibus Eligentium suffragijs ad Pedum vocanti. Et vero in hoc dig-
elogium.*

*Hierarch.
Eccl. Au-
gust.* nitatis apice constitutus, qualem se præstiterit ab Authore, qui Hierar-
chiam Augustanam edidit, his verbis describitur: *Princeps cum Stem-
matis, nobilitate nobilissimo à natura ingenio donatus, singulari eru-
ditione, & sapientia celeberrimus, à luxu domestico, fastuque ex-
terno quam maximè abborrens, memorabili probatatis, humilitatis
que exemplo ceteris pralucens, liberalitate, prudentiâ, temperantiâ,
aliisque virtutibus, & suavissimis moribus enitens, morum suavitâ-
te cunctis longè gratissimus, animi submissione eximius.*

Erga Societatem, quanquam alij, & exempla, & verbis dehorta-
rentur, opùmè semper affectus, cùm adhuc summi Canonicorum Col-
legij Decanus esset, rem sociorum angustam consilio, ac beneficentiâ
persæpe adjuvit. Quantum fiduciæ in illorum operâ posuerit, publico
animorum bono impendendâ, tum emicuit, cùm illico, ut Pastorale
munus exercere instituit, varias in oras per Dioecesin Nostros emisit,
qui & conciones, & catecheses habendo, Sacraenta item administran-
do, arduis, & multiplicatis Episcopi curis, quatenus sublevare possent
auxiliares offerrent, conferréntque labores. Ad hoc strenuè facien-
dum nemo fortiores addebat stimulos, quam Otho ipse magnanimum
hæreſeon oppugnator, juriam, quæ Ecclesiæ debentur, propugnator,
commisſi sibi gregis defensor impiger, ejusdémque reductis, quæ aber-
raverant, oviculis, augendi perstudiosus, utut interea fractæ esset va-
letudinis, quam gravissimi ex calculo dolores diutino jam tempore deje-
cerant: quos cùm experiretur esse irremediabiles, uti haec tenus sacras
cogitationes ad Templum Cathedrale, suspenso inter bipatentes ejus
valvas eleganti horologio, pretiosis item peristomatis exornandum
converterat, sic deinde ad disponendum domui suæ transtulit. In Sa-
cello summæ Aëdis, quod sancti Jacobi Apostoli honoribus consecratum
est, novam hoc anno ex rubro marinore Aram suâ impensa erexit,
simul & locum sepulturæ, cui mortuus inferretur. Nec diu superstes
fuit, die, quem suprà nominavimus, non quidem patientiæ, quam sem-
per invictam retinuit, sed intolerabili tandem cruciatum vehementiæ
succubuit. Funus ex Arce Dilingana Augustam devectum, & in se-
pulchro, quod vivus delegerat, tumulatum fuit, secutis ibidem paren-
talibus.

*Eiam Di-
lingæ Joāni Dilingæ verò ijs habendis Templum, quod Academiæ simul, & Collegij
Othoni pa- est, delectum fuit. Ac in primis quidem convenientius lucri viſum est
rematur.*

*ludos intermittere, qui, ut mos tum fuit, ad imminentem studij Scholastici
renovationem producendi fuissent. Venit ad Exequias duorum jam Epi-
scoporum Augustanæ Dioceſeos Marquardi, & Joannis Othonis, ac tertij*

*895. mox futurus Suffraganeus Sebastianus Breuningus Episcopus Adramitinus,
Exequias inuereſt Se- qui non officio tantum funebri, sed orationi etiam, quæ in aula Academiæ
bastianus Defuncti laudibus coñmemorandis à Mathmano nostro Rethorices Profes-
Breuningus fore habita est, cum Aulicis interfuit. Altero post mense idem honoris ei-
Suffragane. dem Templo nostro exhibutum est, quod nuper Augustæ, Compreatio vi-
us Augusta. delicit pro impetranda, quæ felix, faustaque foret, novi Episcopi electione,
ac cecidit sanè feliciter. Discordabant suffragijs tertium diem Electores
Can-*

Canonici, per compromissum decisa est cunctatio, terni quos nominarunt
Canonicorum Corpus, in Henricum ex antiquo apud Svevos Knöringio-
rum Steininate convenerunt. Patruus huic fuerat Joannes Egolphius Knöringius,
qui & ipse laudatissimus Augustani Episcopatus Præful, anno abhinc supra vicesimum secundo, mortem oppetit. Nec dubium est
in nominando Episcopo Triumviros, in quos Canonici compromiserant,
ideo unam in sententiam devenisse, quod jam tum in Henrico, licet sextum
ætatis lustrum haud explevisset, illustrissimæ promicarent virtutes,
quæc. nuper Egolphus Patruus effulserat. Habuit profecto Societas Ejus Lau-
Provinciæ nostræ, cur sibi de hoc Antisite gratularetur tanto amplius,
quanto diutius ijsdem favoribus perfriu potuit, nempe maximis, qua-
les non nisi biennio ab Egolpho experiri concessum fuit. Quin & tota
Svevia, quatenus Catholica est, ingenti perfusa est gaudio, quam pri-
mum innotuit, juniorem Knöringium Augustæ in Templo Cathedrali
proclamatum fuisse Antisitem, qui paucos intra annos Augustæ, & El-
vaci Canonicus magnam pietatis, ac eruditioñis famam adeptus fuerat.

Primum, quod à novo Episcopo benevolentia signum, seu, quod pro benevolentia signo Societas habere exoptat, primam à Collegio Dilingano operam petijt Henricus, impertitam Saraceno catechesin. Captus bello Hungarico Turca fuerat felici profecto forte, cum dono accepisset hominem Antistites, ac cætera conspicatus esset morigerum, voluit, ut à Nostris legem Christi edoceretur, quo facto, ubi in Religione constantiam probavit, in Parochiali subin Templo, salutis aquâ perfusus, geminam & animi cum Filiis DEI, & corporis libertatem est consecutus. Quæ pro Christiana pueritia in circumscriptis pagis obita fuit catechismi traditio, salutari aucta est invento, ut sub illius finem, deditati, qui per subsequentem recurrent hebdomadein, Cælitibus dies, illis præsertim, quorum vulgation apud ruricolas est memoria, promulga- rentur, atque una brevi compendio vitæ recenserentur, avidâ rusticæ explicata. plebis attentione. Haustæ in schola catechetica doctrinæ specimen non illepidum puer dedit: mentæ assidebat, cum ecce! carnes illatæ sunt; absque scrupulo vescebantur alij, feria quamvis sexta esset, quin & partem porrexerunt puero, quam indignatus ipse canibus projecit. indignati sunt & convivæ, mox tamen, ut subjecit parvulus, non catellis, sed sibi die illa vetitum esse carnes gustare, riserunt, nimiam scrupulositatem interpretati, utpote cum nonnisi frustulum de prohibita elca porrellum foret. At scitè reposuit puer: *Catechismus me docuit, unum duntaxat bolum fuisse, quem Eva comedit, ac Adamo porrexit, ex quo tamen mortem comedenterunt primi Parentes nostri.* Congruentiorem ætati suæ scholam subierunt viri, qui se pijs, quas sanctus Ignatius conscripsit, Meditationibus exercuerunt. Exiterunt inter hos duo magni clarissimorum Imperij Cœnobiorum Antistites, quorum unus septenos alios è Religiosis, alter binos Parochos naclus est ejus. dem sacri Exercitijs imitatores. Ex illis verò, qui in sancti Hieronymi contubernio degebant, variarum Religionum Alumni, triceni omnino & quaterni ijsdem sancti Ignatij Commentationibus fese impenderunt. Fuitque tanta illorum de vitæ religiosæ exemplis fama, ut non à suis tantummodo, sed diversis etiam Asceteriorum Præfulibus expeterentur, pristinum innovaturis sui Ordinis vigorem. Unum de his infirmitas compulerat, ut recuperandæ valetudinis causâ ad thermas Göppingen-Religiosi ex Convic- qu S. Hie- ses in Wirtenbergiam se conserret. Non secùs, ac vultures ad devo-

896.
Henricus
Knöringius
novus Au-
gustanus
Episcopus.

Ejus Lau-
des.

897.
Catechesis
in vicinia
cum fa-
ctu oī
vento.

898.
Exercitio-
rum S. Ig-
natij usus.
& fractus
multiplex.

899.
Religiosi
ex Convi-
ficatu S. Hie-

onymi glorioſa diſceptatio eum Predi- caribus randam prædam convolârunt Prædicantes, versant inermem, ut exiftimabant, pugilem, ingeminatis de fide Orthodoxa quæſtionibus Latine, Græcè, Hebraice; aſt non minùs versatilis athleta irruentes Encelados ita armis iisdem non retudit tantum, sed oppugnavit tam fortiter, ut jam ipſi plūs, quām laceſitus, in balneario sudarent oppugnatores. Quo viſo alij quidem ex arena diffugiunt, alij ex ipſis Lutheranis fuorum inficiam præconum, indignatione partum, partum ſibilis excipiunt; *ite, ite, fuclamantes, fortunam vefram cum ipſis borum, faudetis, ſcholasticorum Magiftris experimini, quorum vel dicipulos*

ſuſtinere haud potestis. Et verò haud temere insultatum fuſſe paulo post Islebicæ ſcholæ Doctor expertus eſt, qui cum Noſtro in Academia Dilingana, Doctore itidem Theologo, certamen de Fidei controverſijs ingressus, poſtquam variè ſeſe torſit, obmutuit deum, neque inficiari eſt ausus, viſtum ſe eſſe: ſed ne viſtrici veritati penitū ſe informandum submitteret, vel pertinacia obſtitit, vel ſtipendia, fortunásque amitten- di metus. Quod Dilingam Socij non niſi ſemel hoc anno, nec ante Pentecosten, Elvacum, more hucusque ſolito, dæſcenderint, ſuāque ibi re- tia ad Aniſarum capturam laxare poſuerint, impedimento fuſt Principis, qui aliās duos evocare conſeverat, ob peſtilentia metum abſentia. Svaſerant nimirum Medici,urgebant Propinqui, & Amici optimum Prin- cipem, ut, uſque dum imminentis peſtiferæ luis periculum ceſſaret, ad ſalubriora tantisper loca ſecederet. Conſtantiam igitur ſibi de legit ad Lacum Podamicum, atque illic etiam Societatis rem promovendi occa- ſione in ocyūs arripiuit. Verlabantur eā in urbe è Noſtris ſepenti, ſpe quidem conſtituendi Collegij, ſed lentā admodum, ac multis intricata difficultatibus. Quippe, licet Magistratus per quam utilem Civitati fateretur Sociorum operam, ſimul tamen jura ſua putabat tuenda, ex quibus certæ conditiones ponerentur non admodum Inſtituto noſtro con- venientes. Inſcijs Patribus ſplendido proſrus epulo excepit urbis Pri- moreſ Wolfgangus Princeps, ac ſuper mensam vehemens hortator fuſt, ut eo, qui alibi uſitatus eſſet, Societatis Patres ritu, formāque intra urbis moenia, & communionem receptos agere permitterent. Valuit ſvaſio, ut pollicerentur tam magno Convivatori, rem ſe deliberatione ſeriā con- ſultatuſos, quod & ſequente anno præſtitum videbiimus. Interea fo- lertiam noſtram approbare perrexiimus Domi, foriſque, per vicinas

901. Elvaciſis Princeps pro Colle- gio Conſtantis per ſciendo liberauit. tum urbes, tum arces, in Sveviam æquè, ac Helvetiam. Nuspiam ta- men uti laborandum impensiūs, ita nec laboratum eſt fructuosiūs, quām in Silva, ut appellant, Brigantinā contra Anabaptistas. Exitiabilis hæc hærefiſis, quam Thomas Münzerus, à Religione, & Sacerdotio transſuga, è Lutheri scriptis eruderavit, priuè quidem vetuſiſſimum Ecclesiæ dogma parvulos aquā ſalutis abluendi exterminavit, quod ſta- tueret, non niſi eos baptiſmo fructuose initiari poſſe, qui rationis uſu jam pollerent, atque adeo mente caperent, quæ Deus ſibi tanquam primo veritatis Principio credenda imperaret. Sectatores hic error ex ad- ultis invenit permultos, unde, quod turmatum ad iterandum baptiſma confluenter, Anabaptiſtæ (novam hanc ſectam novo rebaptiſtantum vocabulo appellare poteris) nominari coepertunt. Načtus eſt Münze- rius ſectarios geminos Christophorū Schaplerum, & Balthazarum Hueb- mairum, Fridbergæ in Bojca Superiore natum, quæ vox cùm Germanis Montem pacis ſignificet, Balthasar quoque Pacimontanus dici voluit, turpis è Sacerdote Apoſtata, tam in diſleminandis erroribus ſuis famoſus, ut cum multi Anabaptiſtæ hærefiſis p̄ꝝ Münzero coryphaeum noſinent.

902. Miffio in Silvam Bri- gantinam Anabapiſtæ ſtarum re- liquias ex- terminauit. Schaeferus. Remondus. Gualtius. Načtus eſt Münze- rius ſectarios geminos Christophorū Schaplerum, & Balthazarum Hueb- mairum, Fridbergæ in Bojca Superiore natum, quæ vox cùm Germanis Montem pacis ſignificet, Balthasar quoque Pacimontanus dici voluit, turpis è Sacerdote Apoſtata, tam in diſleminandis erroribus ſuis famoſus, ut cum multi Anabaptiſtæ hærefiſis p̄ꝝ Münzero coryphaeum noſinent.

Schaplerus fidelem se Münzero ad nova facinora socium præstítit. Abjectâ enim semel adversus Matrem Ecclesiam obedientiâ, à Münzero concitati rusticî mox in Potestates, quæ à DEO ordinatæ sunt, in Patres Patriæ, & Magistratûs effreni perduellione, correptisque armis insurrexerunt. Divina, humanaque jura conculcata, negata obsequia, tributaque omnia, coacti demum Principes sacri, ac profani vim vi repellere, multisque in locis justo cum furiosis prælio congregati, quamvis plerumque stante pro illis uti causâ, ita & victoriâ, centena minimum periisse rusticorum militia Scriptores memorent.

Ac profligati quidem in Germania Superiore fuerunt penitus, & pauculæ Anabaptistarum reliquæ in latebras nemorum, montiumque retrusæ, quibus à Brigantia, vicino ad Lacum Acronium oppido, Silvæ Brigantinæ, nomen est inditum. Tractus ille satis amplius, & in eo quatuordecim pagi per Silvarum diffusi Ipatia Principibus parent Austriacis. Sperabatur, fore, ut ruricolæ tantis jam iicti cladibus, & tanis Münzeri vaticinijs, ac promissis delusi, sapere tandem, quâm penitus exterminari malent: itaque hæreditariâ Austriacæ Domui clementiâ, mitiora usurpare placuit remedia: exhibiti in hoc duo è Constantiensi Sede nostra Sacerdotes, & spem impleverunt Principum, & uberem ex semente retulerunt fructum. Facilius evasit labor ex eo ipso, quò multipli-
cior. Ut pagatim dispersi habitabant ruricolæ, ita uno licet Anabaptistarum nomine, in varia divisi scindebantur errorum genera, dissensione opinionum tam mirabili, ut sapè, qui in eandem convenienter familiam, disjungerentur longissimè in præcipuis Fidei, morumque Regulis. Vicas propè Anabaptistarum seetas admodum diversas enumerauit Prateolus, & Gualterius, quarum aliquæ tam scelestæ sunt, ac flagitosæ, ut videatur Orcus de differendo usque in adultiorem ætatem baptismino persuationem invexisse, ideo dantaxat, ut quò deliberatiùs, tanto foediùs sanctissimo Baptismatis, si quod penè ipsos foret, lavacro spurcias suas superfunderent. Nondum adeò profundè cœno demersi fuerant alpium Brigantinarum incolæ, ut exitij periculum non agnoscerent, neque tam inclementer habiti à suis Dominis, ut perire optarent potius, quâm debita illis præstare obsequia. Itaque Nostris & dociles omnino, & morigeros se præbuerunt præter paucissimos, qui solum sunt iusti vertere, quod & alijs subinde per omnes Romani Imperij fines contigit, ut jam nulli ferè supersint, nisi fortè ij, qui in paludes Batavicas sunt rejecti. Frondescere ex adverso cœpit inter Silvas illas Religio, pergitque amoeni instar horti efflorescere, ex quo sancti Francisci Soboles, seu Cappucina Familia eretum inter silvas illuc alpes Cœnobium incolere, silvicolas ad recentem semper pietatis viriditatem solertia nunquam intermisâ fatagit excolere.

Collegij Lucernensis apud Helvetios acta sub ipsum hujus anni exorsum memorabilis, & improvisa res consignat. Jam complures ante annos Venerabilis Petrus Canisius, nescio ubi locorum, in Theodori cum inciderat, quem Petri ex eodem patre, sed matre, quæ Petri Novercafuit, fratrem fuisse diximus, Collegij tunc Diligani Rectorem. Cum amicè inter se valedicerent, hæc ad fratrem effatus est Petrus: *Cum de obitu meo, Theodrice, nuncium acceperis, exspecta simus quâm mirabilem hæc nunciatio eventum sit tibi allatura.* Theodorus interea, postquam viginti octo annis continuis moderandæ, & Academiac & Collegio præfuisse, Lucernam primùm, dein ad Rectoris vi-
tis dixerunt. His Prog. Ger. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI. 904.
Lucerne
eventus
mirabilis
cum Theodo-
rice Ca-
nicio.
905.
Quem Pe-
trus Cani-
sius ex pa-
tre Theo-
dorici fra-
ter illi pra-
ces dixerunt.

ces per biennium subeundas Anglipolim est missus. Quod significat, gratam sibi in primis esse habitationem apud Lucernates gentem, & fidei Orthodoxæ constantiam, & propensione ad pietatis studia cum primis insignem. Velificandum ejus desiderio censuerunt Moderatores. Et profecto gratissimus rediit universæ civitati, quæ non minùs, quam Friburgensis Res publica in Petro, lucidissima doctrinæ, prudentiae, sanctimoniaz exempla mirabatur in Theodorico, ita & communis jam in Helvetia elogio celebrarentur Patrij duo lumina Cæli, Canisij. Verum ecce! mensis dimidiis non abiit, cum mors Nuithoniz eripuit Petrum, & morbus Lucernæ, haud secus, ac si extinctus foret, Theodoricum fecit inutilem. Literæ Friburgo missæ, sub finem elapsi nuper Decembrii sub kalendas infecuti mox Januarij Lucernam fuerunt perlatæ: Nunciata his fuit mors Petri, additaque narratio rerum, quæ ad piè obitam mortem, vitamque antea tamen pertinebant. Hæc, dum ut moris est, Anagnostes ad meniam accumbentibus prælegeret, ecce tibi! drepente Theodorico, qui unà assidebat, quod Petrus, Divinitus utiq; edocetus, dudum obscurè præmonuerat, evenit, apoplexiæ nimirum casus ita vehemens, ut licet vitam non ademerit, haud tamen nisi miseram trahere, & integris septem annis ad omnia serè munia inidoneam compulerit. Memorabuntur hæc fusiùs, cum linea ad extremam viri optimi horam Nos perduxerit.

906.
Theodori-
cus dum
Petri
mortem
nunciaris
audit, apo-
plexia tan-
gitur.

907.
Exequiæ
Philippi se-
cundi Re-
gis Hispa-
niæ.

908.
Qui fuit
Religionis
Catholicæ
propaga-
tor,

Alteri subin Funeri, & quidem nobilissimo iusta persolvendi debitum, quemadmodum, toti Ecclesiæ universalis luctas, ita peculiariter Collegio Lucernensi grati ob beneficia animi obligatio indixit. Idibus Septembribus Mantuaæ Carpetanorum Philippus Secundus Hispaniæ, & Indiæ Rex, quinquaginta dierum podagrâ toto corpusculo miserrimè emaciatus, cum omnia morientium Sacra menta suscepisset piissimè obiit. Quantum potentissimus hic terrâ, marique Dominator, in Ecclesiæ Catholicæ incrementum, & hærefoeon extirpationem contulerit, quis dignè memoret? Cum è Regio suo conclavi exporrigere se quaquaverlum, & profundissimis consilijs inundi vastissimam machinam versare, proverbio diceretur, primas tamen semper curas conservandæ, amplificandæq; Religioni Catholicæ dedicavit. Odium ex hoc conscivit hæreticorum immanc, qui vivum armis oppugnarunt, mortuum calamo prosciderunt foedissimè; ipse interim Philippus, cum & victorias, & Regnorum ampliations DEO, cuius gloria militaret, in acceptis referret, ad plures semper occasionses augendæ Religionis intentior evasit; quapropter, ubi comperit Lucernensem populum in eo esse, ut, qui Catholicæ adhuc in Helvetia forent, integri à defectione servarentur, atque, ut id obtinerent, Societatis JESU Collegium in urbe sua ponerent; ad maturandum tam salutare consilium ab usque Hispania duodecim florenorum millia subsidio misit, testatus, ut donationis literæ affirmant, ideo lubentissimè hoc à se fieri, quod certis experimentis manifestè sibi constet, utilissimam in Belgio suo ad animorum salutem esse Societatis operam, doleréque ex malevolorum falsis suggestionibus hujus Instituti homines tardius, quam oportuisset, in Belgicas Provincias, juraque, & jurium usurpationem admissos fuisse. Non defuerunt ex curatoribus ærarij, qui syaderent, destinatam tantæ donationis summam haud in parata repræsentandam esse pecuniâ, sed clo-
candam in censu, quos videlicet recipiendi spe Collegium semper ad recognoscendum beneficium foret obnoxium: at reposuit magni hic animi Princeps, bis illum dare, qui citò dat, ac tantam esse Rei Catholicæ inter Helvetios necessitatem, ut expediat quamprimum subsci-
dianijs copijs annonam, & stationem celeri provisione maturare, quam lentâ

909.
Atque ideo
in Collegi-
um Luce-
nse
beneficis.

tentā procrastinatione, dum velitationibus duntaxat agitur, ad rei sum-
mam nihil agere. Ex quo responso quid solidi conficitur pro invidiæ
calumniantis loquacitate, Philippum in profusissimis non belli solummo-
do, sed pacis tempore impensis, quantumcunque pias illas videri am-
bijsset, nihil spectasse aliud, quam potentiam suam, atque latius sem-
per, latiusque imperandi cupiditatem insatiabilem? Quò potissimum
collineārit, ultima paulo post emorituri verba demonstrarunt, quibus
quam impensis collectis, quantum poterat, corporis animique
viribus, Filium Regni Successorem Philippum tertium cohortatus est,
ut non modo Catholicam ipse Religionem sanctissimè retineret, sed ubi-
que etiam fortissimè defenderet, ac propugnaret.

Parentare beneficentissimo Principi, quod tota urbs magnificen-
tissimè præsttit, pro sua tenuitate adlaborarunt Socij, inde tamen Re-
ligione, quam haec tenus fieri potuit, ac solatio teneriore, quod illi, 916.
Digni-
mus defensi-
di contra
malivolos.
qui extra Collegium, anno fere integro, per diversa Republicæ Lucer-
nensis diverorum Coenobitarum Domicilia fuerant hospitati, incunite
autumno, sub unum denuo tectum convenerint, concedente id ad pre-
ces nostras Magistratu, qui tum urbis suæ, tum Collegij, ne magna
nimis incolarum jactura ex peste fieret, saluti consulturus, in loca illos
tutiora, ut nuper ajebam, amisit. Relanguerat mali vis, spesque
erat, desitum penitus, id, quod etiam evenit, quapropter tam Patriæ
Patres, quam Nostræ officiosissimas ad Monasteria dederunt literas. Cer-
tatum hic significationibus mutuæ affectionis minimè affectatis. Ut
exquisitissimas Nostræ ferio planè animo, pro aperto adversus lucem per-
fugio, præstisque in amantissimo convictu beneficijs, egerunt gratias,
ita testati sunt vicissim sincerissimè Religiosi, ægerrimè à se dimitti gra-
tissimos hospites, qui minimè otiosi multipliciter in partem spiritualium
laborum consociati, et si nullam penitutis deberent, plusquam uberem
tamen hospitijs rependissent mercedem, atque veluti honorarium munus
adjecissent pulcherimorum viræ religiosæ exemplorum, quorum perpe-
tim profuturam sibi recordationem nunquam dimissuri essent animis.
Ubi redierunt Nostræ ad Collegium, referato pariter Gymnasio ad scholas,
excunte Octobris mense, redierunt discipuli.

Factum idem & Friburgi Nuithonum est, kalendis Decembribus. 917.
Friburgi
Nuitho-
num mira-
modo tra-
etus quis-
piam ad
Sodalita-
tem.
Cùm unà Sodalitas quoque Mariana Conventus suos iterare coepisset,
Sodalium quispiam amicum suum, ut interesse vellet, invitavit. Inter-
fuit curiositate magis, quam fructus capiendo animo. Dum Præsidem
audit edifferentem emolumenta, quæ ex communione meritorum
ex bonis coram DEO operibus Foederati in Congregatione percipiunt;
impelli se vehementer sensit, ut nomen suum Coetui Mariano curaret
quamprimum inseri. Distulit tamen, ad quod incitabatur. Cùm en! tem.
eâdem adhuc nocte, frater hominis germanus repentina casu delapsus
tollitur exanimis. Subito in mentem venit cunctatori, de quo loqui-
mur, decreti, quod secum pridie conceperat, recordatio; itaque se-
riò vovet, si frater incolumis convalescat, fore se protinus Sodalem
Marianum: rediit germano sensus, ac intra paucos dies valetudo, quid
tamen obstiterit viro, cur, quod voverat, explere tardus foret, incer-
tum: illud constat, voluisse illum redimendo quasi voto pecuniam sub-
stituere: At non erat hoc anathema, quod postulare pro Matris suæ
gloriâ visum est Numen: ancilla domestica improvvisæ acta furis, quæ
nemo ansam vel eminus dedisse notatus est, herum invaserit, multatura

peccati : cum ipse denuo Mariæ nomen confessim invocat, & bona unique Angelo suggestente, causam periculi agnoscens, repetitâ denuo voti nuncupatione, irruentem Furiam sifit, ac jam sine ulla cunctatione suscipi se in Mariæ Servum perpetuum ex usitata Sodalitatis formâ festi-
nus petit, ac impetrat, tarditatem in exequendo, quod promiserat;
913. *Servitij Patronæ suæ impendendi aucto posthac fervore compensaturus,*
Conciones habite ad natum fontem salutiferum. Favernaci (Friburgenis Republicæ præfectura est) vicino in loco, cui Possatum nomen, sons hoc anno erupit, lympharum salubritate celebrari coepus: Friburgenses ut DEO bonorum omnium fonti pro novo hoc beneficio grates agerent, & lustricis initiaarent religionibus, bis ad has aquas composito agmine Supplicationem, ceu sanctiora Fontanalia instituerunt. Bis pariter ibidem ad populum pro concione dictum, tanto majore audiendum teneritudine, quanto obligatores ex Oratore intellexeront se esse ad agendas providentissimo rerum omnium Gubernatori gratias, qui, cum nuper iratum se, immissa pestilentia ostendisset, nunc recordari se misericordiaz, eamque in salutiferis aquis profluenter effundere demonstraret. Frequentia loco, & Sanctitas accessit: postquam supra ipsum hunc fontem elegans construxa est Edicula, illius honoribus consecrata, quæ in sacris Paginis nominatur *Puteus aquarum viventium*, ex quo quam ubertim beneficia hauiant, vel pro haustis grates agant, & Fontem coronent, accolæ testantur, qui nunc singuli, nunc plenis per certa anni intervalla, ordinatisque agminibus densati, ad hoc Sacellum conveniunt, ac Rei illic Divinæ, dum solemnititer celebratur, & sacræ dictioni interflunt.

914. *Bruntruto duo ex Nostris missi Colmaria.* Longinquiora in spatia excurrendi Socijs Collegij Bruntrutani occasionem dedit Colmaria. Urbs hæc est Alsatiaæ, ex antiquissimæ, dum Roma adhuc imperaret, Argentuariæ urbis busto, ac ruderibus excitata. Inter civitates Romani Imperij liberas priori adhuc seculo numerata, hodie Galliarum Regi est subdita. Quo tempore plures Imperij urbes liberæ tum sibi feliores sunt visæ, cum abjecto, quod Matri Ecclesiæ debuerunt, obsequio, novæ, quam Lutherus docuit, vivendi licentiaz se permiserunt, etiam Colmaria, seu, ut alij cum Wittichindo Saxone appellant, Columbaria, veluti columba seducta Spiritum sanctæ veritatis deseruit. Senatores, ac cives magnam partem Lutherici erant, ita tamen, ut Catholicæ quoque superessent. Ad hos confirmandos ausi fuerunt Nostrates duo ex Bruntrutana Sede Colmariam abire, dissimulato tamen Societatis habitu, ac professione, quod Blarerus Episcopus expedire censeret, ut tanquam Sacerdotes è Clero se ferrent. Sub horum personâ obtinuit unus, ut ad Catholicos liceret è suggestu dicere, dum interea Socius vicinos Colmaria pagos concursans, vitæ Christianæ præceptiones in Catechismo explanaret. Ternas intra dies pauculos Conciones habuit, ac tricenos saltē permovit, ut extra Paschales Ferias Eucharistiam in Templo palam sumerent, quod illo ævo, illoque in loco tam fuit inusitatum, ut magnanimum esse oporteret, qui varios velut in extraordinaria hac divini Epulæ gustatione sensus hominum, judiciaque auderet contemnere. Cum placuisse Orator magnopere, honoratores ex Orthodoxis, lautiorem solito illi mensam instruxerunt. Invitati etiam comparuerunt terni ex urbis Principibus. Inter epulas, & varios, ut fit, sermones illata est mentio de *Historia Jesuitica*, quam Elias Hasenmillerus, ut olim dixeramus, conscripsit. Renarratum est turpissimum commentum, quod fœdifragus Sycophanta confinxerat, de Doctore quodam Ingolstadiensi, quem

*Zandren.
Lexic. Geo-
gr.*

*Morum
fructus in
Concione
& Cate-
chesi.*

*Occasio
occupan-*

quem è Societate Unus importunis, indoctusque conscientia cruciamen-
tis ad obcundam mortem desperatione plenam adegerit. Retulerunt
hæc boni viri absque convicijs, ac velut ipsimet de rei veritate subdubi-
tantes. Arripuit occasionem Noster, neque jam ultrà dislumulandum
de persona ratus, modestè affirmavit, constare sibi rem utpote auribus,
oculisque haustam, Doctorem Anglipolitanum contrà, quā vulgā-
set Hakenmillerus, pacatissimā morte, & pīssimā defunctum esse, ita
se testari, qui ipsem è Societate fuisse Sacerdos ille, inter cujus manus
Jurisconsultus, de quo sermo esset, singulari pietate, spēque salutis cer-
tissimā exspirasset. Admirati sunt omnes, qui audierant, tantoque
amplius, quanto minus de assertionis veritate tum viri gravitas, tum
elucens ex omni actione, gestuque sinceritas sinebat ambigere, quin
ubi vulgata hæc, laudataque per urbem fuerunt, nihil Senatus obstitit,
quo minus idem Sacerdos pro Quadragesima Catholicis effictim hunc
petentibus concederetur. Etsi vero is apud Magistratum nihil pro Rei
Catholicæ summā proficeret, civium nihilominus, tum qui Orthodoxi,
tum qui Lutherani erant, eam concionibus ferè quotidianis excivit fre-
quentiam, ut ex vicinis ædibus subsellia in Templum comportare ne-
cessum fuerit. Fructus laborum potissimus in eo constituit, ut confir-
marentur Orthodoxi in fide, ut seriam obediendi præceptis Ecclesiæ
voluntatem, ac decreta conciperent, ut demum seu ignorantiam, seu
consuetudinem deponerent, quā in confitendis delictis numerum di-
stinctè haud expromebant. Opinio multorum fuit, si diutiū Socijs
Colmariae licuissent subsistere, futurum fuisse, ut concussus propemo-
dum fatales pateretur hæresis: sed nempe ob Sociorum paucitatem fieri
hoc non potuit.

Successerunt optabiliora tempora, quibus multò antè jacta semen-
tis in frugem maturuit, & pauca grana, quæ in bruma, utut diurnā,
perduraverant, nunc se copiosissimè multiplicata esse conspiciunt, ubi
nempe inter spinas crescere cœperunt lilia, & refloescere sub Christia-
nissimis Regibus integritas, & turbulentissimo quidem Urbis statu. Oc-
cupaverat Hornius ex Copiarum Svecicarum primis Ductoribus, aliquot
Alsatiaæ oppida, inde Colmariensibus injelta, vel certè simulata formido
imminantis proximè ab eodem Hornio obsidionis. Hujus mala ne co-
gerentur sustinere, censuerunt satiis esse præsidium, quod Cæsar impo-
suerat, si quidem oppugnantibus repugnare vellet, à se amoliri. Ita-
que nono Decembris anni supra millesimum sexcentesimum tricesimi se-
cundi, correptis armis, præsidiarios derepente obruerunt, ex quibus cùm
necassent aliquos, alios vero, ipsūmque Præfectum detinuissent ca-
ptivos, illico prodiderunt, quo facinus tetenderit: evocatis in urbem
Svecis protinus Joannem quoque Fabrum è Lutheris Prædicantibus ho-
minem, quinos ante annos Colmaria pulsum, Argentorato revccâ-
runt. Biennio post, acceptâ ad Nördlingam ingenti clade, Sueci rem
eò deduxerè, ut urbs Galliaæ Regi traderetur: in cuius potestate varios in-
ter eventus hodiedum manet. Accisâ, quæ animis etiam noçuit, li-
bertate, debita nunc, & Ecclesiæ, & Regnorum Principibus revirescit
obedientia, revirescunt sacrae leges, quin quisqnam audeat palam mo-
dò eas contemnere, ne dicam prohibere: Incitantur potius ad illarum
observantiam omnes cum publicis concionibus, tum publicis pluri-
morum exemplis, ac pietate. Numerosissimæ jam sunt Orthodoxæ
ex integro familiæ, Orthodoxus est totius Alsatiaæ totus è nobilissimis vris
Senatus Regius (Parlementum appellant Alsaticum) cuin pertinentibus
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

de gratia
etiam apud
Lutheran
nos.

*Redit ho-
rum unus
in Quadra-
gesima de-
novo frugi-
fer.*

*Religio Ca-
tholica re-
florescit
Colmaria-*

*Theatrus
Europæum
alij.*

Brachellus.

Zzz ad

Lexicon
Historic.915.
Missio in
Lotharingi-
am.

ad eum Ministris , ac famulitijs . Orthodoxis restituta est insignis Ecclesia Collegiata cum Canonicis , cuius Auctor Adelhaidis Caroli Magni Filia : Religiosum Monasterium ex Ordine sancti Francisci Seraphici Capucinis , quin denique & Collegium Provincie Societatis IESU Campaniensi attributum , unà cum scholis , in quibus literæ , & politiores , & severiores explicantur , ut adeò præsidij abunde Colmaria habeat , unde ab hæresi tandem , quod utique multò optandum magis est , evadat urbs libera , neque reprimatur tantùm , sed exterminetur penitus pravorum dogmatum licentia , quod ut brevi , sincerè , ac stabiliter eveniat , æquum est , ut omnes adlaborent , omnes à DEO precentur . Itum est & in Lotharingiam , ubi Catharina Regis Navarræ Antonij filia , Ducas Lotharingiæ Conjux , Nostratem ad Confessionem excipiendam adhibuit , quod idem duo ex Comitum præcipua stirpe fecerunt . Amplior seges collecta est in Austrasiæ montibus , qui Sequanos inter , ac Lotharingos exsurgunt . Ubi advenisse Nostrum intellexerunt rustici , turmatum , relictis etiam agrorum laboribus ad concionem aliquot semper milia pluribus à leucis confluxere . Tanta erat verbum divinum audiendi sitis , tanta diligentia utendi opportunitate expandi ritè conscienciam .

916.
Gravis ca-
lumnia
contra Ste-
phanum
Bertinum.

Neque tamen interea , qui domi persistenter , otiosi ad sarcinas duntaxat remansisse dicendi sunt . Consuetis , & fructuosis laboribus intenti , insuper meritum coram DEO ex patientia colligendi occasio nem sunt nacti . Stephanus Bertinus , qui octo jam annis Gallicè è suggestu magnâ multitudinis commendatione , & fructu auditus fuerat , dum simul officio Confessarij probè fungitur , forte conjugatam fœminam , quod publicis magno urbis offendiculo inimicitij innexa esset , si ne absolutione è Tribunalí Confessionario abire jussit . Ægerrimè hanc repulsam tulit mulier , & nunquam magis , quam tunc offendit , cùm totam sè à vindictæ spiritu adversus eos abripi sineret , à quibus se offendam putaret . Evulgare coepit , pelletam se suisce à Concionatore Stephano in vicinas Collegio ædes , invitatamque ad adulterium , quem ipsa tamen cum acri objurgatione rejecisset : Princeps Episcopus de fama hac certior factus , cùm Stephani probitatem haberet sibi compertissimam , suæ non minus existimationis interesse judicavit , ne & subditis ipse , quod tam virum cathedræ imposuisset , ex probrationi proponeretur , & circumiacentibus hæreticis ludibrio fieret , non tantummodo , in calumniæ auctorem ut solerter inquiratur , solicite mandat ; verum & Collegij Rectorem , qui post Georgium Witweilerum Bartholomæus Weldenensis erat , pariter de Bertini integritate certum urget , ut , quandoquidem constaret modò de muliere tam impie excogitati mendacij inventrice , causam ad Præfectum , quem ipse Episcopus Fisco habuit præpositum , deferret , intendique curaret litem . Informata hæc est quidem , at , qui cum Societatis honore decisa , ante biennium dici hæc poterit , quod fœminæ agnati in urbe potentes varia contra sententiam effugia , & procrastinationes invenerint . Dei tamen bonitate evenit , ut media tempestate contra hujus calumniæ falsitatem ex alterius commenti deprehensâ impudentiâ præjudicium , populi universi consensu , ferretur ; procax quippe mulier heterodoxorum , qui primam calumniam novi flagitiij cōficiōne roboratum iri speraverant , suggestionibus vafre instruta , dissipare in populo rumorem est orsa , suisce nuper è Socijs unum , qui in silva quapiam obvius vim sibi inferre attentâset . Quò cumulatius hæc figmenta unum ferè intra tempus fuerunt prodita , eò citius illorum

917.
Alia Ca-
lumnia de-
recta &
punia.

illorūm se se prodidit falsitas. Comprehensa mulier, & facilè convicta, falsaque mendacum, iussu Principis & Episcopi publico in foro, ac die, quo ad nundinas plurima plebs convenerat, palinodiam cecinit, ac protestata est disertè, se mentitam, nulliusque omnino facti, dictive conscientiam esse, quo vel minimum Societatis innocentia obfuscari posset. Recantatam hanc infamiam, & retextam fuisse palam, legitimis Magistratus affirmavit tabulis. Evenit ex hoc, ut non modo existimationi nostræ, sed neque animorum culturæ, cuius utique plus interest, quidquam decederet: quin factum est, ut inter has turbas frequentior solito ad nostrum Sacellum Mysteria expertentium fieret accursus, frequentior ab ægrotis & moribundis exposceretur Sociorum præsentia. Antistes ^{918.} Promover interea & Princeps, quantum solicitus pro defendenda Societatis famâ, tantum sedulus invigilavit pro absolvenda Collegij fabricâ, in qua totius ferè anni spatio strenue laboratum, effectumque est, ut totus ille ambitus, qui extra urbis mœnia Collegio assignatus est, muro cingetur.

Promover
Episcopus
fabricam
Collegij.

Oenipont
Rudolphus
Secundus
in Semina-
rium S.Ni-
colai, Col-
legium, &
Templum
beneficua,

Mezger.
Hift. Salisb.

920.
Sebastiani
Cattanei
Episcopi
propensio
erga Socios
Oenipon-
tanos.

Promotum quoque in Tirolensi Provincia, & urbe illius primariâ, Oeniponto ædificium est, non quidem pro Collegio, sed cuius tamen curam præcipuam Collegium hactenus gesserat, geritque hodie dum, Domus videlicet pauperum scholasticorum luctationi simul ac habitationi destinata, quæ à S. Nicolao, in opum celeberrimo Patrone, nomen cum felicium spe auspiciorum jam olim sub Ferdinando acceperat. Larga egenis in hoc contubernio subsidia, ut viverent, habitarentque melius, Nostris procurantibus, assignavit Rudolphus II. Imperator. Idem clementissime in Collegij Templum extitit beneficus, utque hæc beneficentia perpetua esset, mandavit, ut ex redditibus publicis suppedarentur Ædi sacræ centum pondo ceræ, ultra centenas libras olei, vicenæ quinæ, & quatuor urnæ vini ex vitibus Traminicensibus, quæ id temporis habebantur in Tiroli nobilissimæ. Cùm in eodem Templo Sacras Missæ Primitias celebraret Georgius noster Winklerus Ginzburgi urbis in Suevia Consule progenitus, tamen illius parentes pretiosum ex argento ad Aram obtulerunt cum arceolis calicem, tum celebritatem Sacrificij præter nobilitatem quamplurimam cohonestavit præsentia Archi-Ducis Viduæ, ac Sebastiani Cattanei Mediolanensis, qui Theologæ Doctor ex Familia sancti Dominici ob præclaræ eruditio[n]is famam ad Insulam Chiemensem promotus fuit. Unus hic ex quaternis est Episcopatibus, quorum primus Gurkenis in Carinthia creatus est à beato Gebhardo Comite Helfensteinio Archi-Episcopo Salisburgensi, Chiemensis alter, cum Lavantino, & Seccoviensi ab Eberardo Secundo itidem Salisburgi Antistite. Sunt quaterni hi Præfules totidem Suffraganei Archi-Episcopis Salisburgensibus attributi. Et Cattaneum quidem Wolfgangus Theodoricus Reitenavius Archi-Episcopus sua manu consecraverat. Verum is post sexennium Religiosam, cui assvererat, quem primum quidem in Chiemensi Regularium Canonicorum sancti Augustini Collegio, dein post aliquam temporis moram Oeniponti transactam, in Cœnobio Dominicanorum Mediolani repetit, neque, licet non unis literis invitatus ad Diœcesin suam retrahi se passus est. Expertus fuerat, quæm utilem sibi operam in reducendis hæreticis ante annos aliquot, uti suo loco docuimus, addixerint Socij Oettingani, quapropter etiam cùm Oeniponti moraretur, intimam cum Nostris familiaritatem contraxit, uno è Socijs Arbitro conscientiæ usus. Idem, ut se propensum erga Familiam nostram demonstraret, sacros Clericis Ordines imponiturus,

pertitus, non aliud huic functioni, quam Collegij Templum delegit. Cum subinde Festo Corporis Christi die, Sacram in Hierotheca Hostiam per Urbem circumferret, ac, nescio, ob quæ impedimenta facultas non esset sacros audiendi dialogos, quos ante quaterna pro more Evangelia, recitatur ex constituto erant Scholarum nostrarum discipuli, attentissimus auscultator, & approbator tum interfuit, ubi postea Octavis festi ejusdem diei ferijs commodiùs in Templo nostro coram exposito Pane Eucharistico eadem recitationes fuerunt institutæ.

921.
Philippi
Spinelli
Nuncij
Apostolici
exhortatio
ad Sodales
Marianos

Gacconius.

Sodalium
Compre-
cationes, &
Peregrina-
tiones se-
cunda.

Venerat sub idem tempus Oenipontum Philippus Spinellus Neapolitanus ex Cariati, & Seminariæ Principibus, à Pontifice Clemente VIII. ad Cœlarem Rudolphum II. Nuncius, qui pia curiositate ductus, Sodalitatis Marianæ Oratorium, admonito prius illius Præside, lustratum venit, eâ ipsâ horâ, quâ Sodales jam congregati aderant. Ingredientem brevi Orationculâ salutavit Præses, respondit ad hanc scitè, & eleganter Spinellus, tum Sodales ferventer est exhortatus, ut sese Patrum Societatis ductui totos permitterent, qui rectam ipsis viam monstraturi essent ad Thronum D'Elparæ, à Nostro Spinello, Philippi fratre, tripartito Volumine non pie minus, quam eruditè propositum. Apparuit ex hac allocutione Viri Eminentissimi erga Societatem animus, quem gessit semper addictissimum, servavitque etiam tunc, cum ab Legatione Germanicâ redux inter Purpuratos Ecclesiæ Patres adlectus, & Episcopns Aversanus, nominatus fuit, ubi in ipsa Dioecesi lustrandâ morbo oppressus, ac Neapolim delatus est, sepulturam sibi à morte, non alio in loco delegit, quam in Templo Societatis, ut, ubi germani ejus (ita Epitaphium loquitur) ibidem & ipse quietceret. Valuerunt hujumodi virorum incitamenta tantum in Sodaliū Partheniorum animis, ut perspecta illorum pietas Magnatibus fiduciam adderet, multa per illorum ad Superos preces impetrandi: quapropter, cum ex Hungaria ancipes venirent nuncij, qui nunc prospera ferrent, nunc adversa, Proceres Oenipontani, ut suam de rebus Austriacæ Domus bene gerendis curam, ac solicitudinem testarentur, petierunt, ut Congregatio quadraginta denuo horarum Comprehensionem susciperet, quam exorarent faustis eventibus continuationem, adversis mutationem in meliores. Fecerunt hoc Sodales religiosè, atque in super bis supplici agmine, cui millenni propemodum interfueré, progressi sunt ad Edem Seefeldensem in finibus Tiroleos, in qua prodigiosum Eucharistiq; Sacramentum colitur, atque iterum ad Beatam Virginem Waldastianam, quem locum, Quietem intra Silvas, interpreteris. Ad hanc utique præ cæteris majori merito pervenerint illi, quorum perquam multi ultronea pietate, quamquam imbres copiosi caderent, aliquot horarum spatio per scrupulosos tristes sunt eluctati, ac nudis quidem pedibus, solisque pane, & aqua contenti.

Intermedio anni hujus cursu Sedes Oenipontana unum, funus alterum propinqua Oenipontanæ Halensis extulit; ac Oeniponti quidem extremum diem obiit, modico ibi temporis intervallo moratus, Petrus Deckius, Spiræ natus, atque ex Rhenana in Superioris Germaniæ Provincia translatus, ut operam auxiliarem afferret Lucernæ in Helvetia Socijs, qui peste infectis advigilabant, ibi, quamquam nullâ non horâ infatigabilis cuicunque laboranti adesset Operarius, evasit tamen incolus, non item, ubi Lucernâ Oenipontum est missus: cum quam optimè crederetur valere, ardentissima illum febris invasit, consecutaque intra quatria virum de omnibus sancte meritum, ac meritum, si DEO placuisse

cūsset deinceps. Quem Hala tumulavit, ipse Collegij Praes fuit Lucas Tshogglerus, qui posteaquam ante viginti septem annos Societati adjunctus, octavum jam Rectioris annum attigisset, etiam Virginum in Partitione Regio Confessionibus audiendis est exhibitus. Quamquam simili plurimi ē civitate ad suam quoque dirigendam conscientiam cundem expererent. Traxit hos eximia, quām inter domesticos juxta & externos de prudentia pariter, ac probitate sibi comparaverat, estimatio. Praeclaris actionibus supervenit multiplex patiendi occasio. Quadrimestri ferè acutissima teruit ischias, dolorque stomachi: comitata hunc est viscerum tabes, & infestus tandem fuit morbus comitalis, atque hunc mors, Octobris penultimo: indoluerunt funeri tum Nostrates, tum Cives, ac in primis Parthenon, qui uberes animorum sibi pollicebatur proventus, si diutius fructuoso, postquam vix degustarant, Lucæ Magisterio gaudere licuisset. Ceterum & alteri ē Socijs, ut morum Magistro esse liceret, data est hoc anno opportunitas, & ampla quidem. Concionandi in Templo Parochiali, postquam Virgines in suo peculiarem cathedram statuerunt, facultatem haec tenus ex Nostris obtinuerat nullus. Reservaverat suggestioni sibi uni Orator sacer, quem Urbs conficerat. Verum cūm is dñe pente graviter cœpisset ægrotare, nec aīsi lentē convallitum affererent Medici, Curio Urbis Collegij Rectorem adiit, petitque, ut mitteret quemdam, qui interea dicendi fusciperet vices: misit, ac ut is primum coram populo dixit, ita probatus est universis, ut alium Oratorem non optarent, unde per integrum semestre vicarium hunc laborem continuavit, eīsi non nunquam, ubi res poscebat, severè ageret, quā tamen libertate adeo non offendit, ut potius, cūm graviter aliquando in publicum, nescio, quod flagitium detonasset, Magistratus Judici Urbis protinus mandatum dederit officium illud exterminandi. Novum & illud Collegio saltem Halensi, quamquam alibi jam tum frequens fuit, quod vir, & nobilitate quidem & officio præ alijs conspicuus, ab ortu Collegij primus fuerit, qui intra Domiciliū nostri septa in Sacram se solitudinem repperit sancti Ignatij Exercitijs animam exculturū, quem deinde ipsius vel exhortatione vel exemplo, aut quod probabilius utroque, alij perquam multi in hunc usque diem fuerunt subsecuti. Ut nihil dicam de Regij Parthenonis Virginibus, quæ vetustissimo jam usq; annis ad eandem, quam sanctus Pater Ignatius tradidit, normam pijs Meditationibus universè primitivam institutam virtutatem instaurant.

Schwazium, quod aliquot Iectis infra Halam Oeno adjacet, oppidum ut alibi dictum est, auri, argenteique fodinis per celebre, ut multis fossorum familiis, ita & horum multiplicata abundat sobole. Ne hæc rerum, quæ Christiano homini scitu necessariæ sunt, cognitione destitueretur, à teneris, atque in hac ignorantia, ut periculum non leve erat, in veterasceret, W olfgangus Castnerus, qui loci præfecturam gessit, pro eā, quam non minus de spirituali animorū, quām temporali Principum suorum proventu habuit, solitudine, insigniter providit. Vicesies minimum ex Collegio Halensi Sacerdotem petiit, cūq; is concessus fuisse, magna caritate apud se habuit, ut pueritiae præceptiones Christianæ Fidei in catechismo explanaret. Confluxit ad illud omnis etatis copiosa multitudo, ut sāpē auditores plus quam milieni censerentur. Etsi porro continuari non potuerit excursio hæc, ob Sociorū in Domicilio Halensi vel paucitatem vel identidem ægrotantium imbecillitatem, abundè tamen compensatur hæc penuria hodie, tum Cleri perquam docti sedulitate pervigili, tum suppetijs, quas Religiosi fecerūt, qui ab Regularum S. Francisci Observantiā celebre in universa Ecclesia nostra magno suo merito retulerunt.

Euphor. Proy. Germ. Sep. S. J. Tom. II. Dec. VI.

Aa aa

H

922.
Hala No-
ster in Tem-
plo Paro-
chiali con-
cionatur.

Primes, quæ
Domini no-
stre Exerci-
cia Signatū
objicit.

923.
Schwazi-
um oppi-
dem vice-
sies Cate-
chesi ex-
cultum.



HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA. DECADIS SEXTÆ ANNUS NONUS. SEU CHRISTI MDXCIX.

S Y N O P S I S.

SChuwickardi Fundatoris Landspurgensis mors & elegiam. n. 924. & seq. Periclitatur Novitiorum valetudo. n. 930. Aliorum vocatio. n. 931. Fuggeri nostros in suas Ditiones advocant. n. 932. In suas item Abbas Weingartensis, qui & in nostros beneficis. 933. Ut & Vidua Helfensteinia. n. 935. Bojorum Principum erga nostros Monacenses favor. n. 936. Memorable in Primitijs nostrorum celebritas. n. 937. & seq.. Causa est insignium Conversionum. n. 940. Boij Principes D. Sebastiano devo-
ti. n. 944. Benefici in Ebersbergensem sedem. n. 945. & Oct-
tinganam n. 946. Horum Missiones Burghusum & Luna Lacum.
n. 947. & seq. Biburgo illata Pestis. n. 949. Jac. Gretserus refu-
sat calumniatores. n. 950. Ratisbonam Pestis corripit. n. 953. Ed-
mundi Campiani libellus in lucem editus. n. 954. Misso in Sylvam
Bavaricam. n. 957. Fama Lutherana mira conversione, ut & Husfi-
ta. n. 958. & seq. Sigismundus Fuggerus Ratisbonensis Episcopus
erga nos benignus. n. 960. Pœna irrisoris sacrarum Ceremoniarum.
n. 961. Henricus Ep. August. Exercitia S. P. obit Directore nostro.
n. 963. Novitiorum opera commendatur à Parochis. n. 964. Ju-
lius Priscianensis varia Monasteria utiliter obit. n. 968. Diligano-
rum Sodalium pietas. n. 969. C. Baronius à Papa impetrat continua-
tionem alumnatus. n. 970. Neüneckia in Dilinganos benefica n. 971.
Jac. Pontanus librum dedicat Augustano Senatu, propterea erga nos
liber

liberali. n. 972. & seq. Congregati Provincia Patres liberaliter à Fuggeris habiti. n. 974 Qui Camerarium pro solis Catholicis imperant. n. 975. Festum Theophoria iterum Augusta celebrari splendidius cœptum n. 976. & seq. Degenhardus noster Mindelbemij mirè fructificat, n. 979. & seq. Oenipontani Collegij difficultates. n. 986. Fit Sodalis junior Wajuvoda Walachia, n. 987. Et Card. Spinellus. n. 988. Hallensis Collegij status dubius firmatur à Guilielmo Bau. Duce. n. 989. Collega laborant utilissime. n. 990. & seq. Rudolphus II. Imp. Constantiensibus negotium Collegij per Legatos commendat, n. 994. Merentur id suis laboribus, n. 995. & seq. Lucerna augentur schola Et redditus. n. 998. Guilielmi Ducis religiosa liberalitas erga Luciferenses, Et borum magnifica pietas n. 999. & seq. Virtutum ac Conversionum apud eos memoranda exempla. n. 1002. & seq. Friburgensem in Helvetia fervor. n. 1004. Egregia duorum Sodalium de se victoria. n. 1006. Et palam adulteri. n. 1007. Guilielmus Dux etiam hic liberalis, uti Et Fuggeri. n. 1008. Bruntrutanorum Collegarum insignis erga juventutem egenam charitas, n. 1009. & seq. Et juventutis Exempla. n. 1011. Pontarliacensis Missionis fructus insignes. 1013.

Redeuntes ex Tiroli ad planiora Provinciæ in primâ statim, quæ occurrit, sede more suo, ac veteriusu ceu Viatores mors jubet, gradum sistere ad tumulum Schwickardi Comitis Helfensteinij: Cui enim, licet adulto jam Autumno è vivis translatus fuerit, & ex Landspergensi Dño, & universa Provinciâ primam grati animi memoriā inter anni hujus historiam debemus, nisi illi, cui jam ab annis centum quinquaginta quatuor universa Provinciæ domicilia omnes suos alumnos debent; & quidquid ab his intra perinde; & extra Germaniam, intra, & extra Europam pro Dei gloria, & populorum salute utiliter gestum fuit? Unus jam & viginti præterierant anni, ex quo Schwickardus, & Maria Hohenzollerana, piissimi conjuges, fundatae à se Domum Landspergensem, & collocatos in ea Provinciæ nostræ Novitios sanctâ animi voluptate sani, ac valentes conspexerant. Foundationis hujus causa & auctus, quales fuerint, tum in prima, tum in secunda hac Historiæ Parte, ut res ferebat, expositum fuit. Superyenit tandem diuturna tabes, quæ optimum Provinciæ (sic haberi, sic nominari æquum est) Patrem, ac Nutricium, ad mortem, quo sentiùs, eo sanctius obeundam Perduxit. Quo tempore Guillelmus Bojariæ Dux, illius gubernacula abdicare, atque in Filium Maximilianum transferre cogitabat, perficiendo cum Cæsar's confessione negotio Helfensteinum ad Imperatorem Rudolphum secundum Pragam ablegavit. Igitur, non tamen absque periculo, perpetuum sanguinis profluviū, & naribus erumpens, eunte coëgit subsistere: At, concepto ad Deiparam, suâ in Statua Qettingæ veteris beneficam, voto, evenit, ut grecarius tandem miles inveniretur, qui remedium, ut nares sanguinare desinerent, applicuit. Legatione prospera defunctus non eadem cum valetudinis prosperitate domum est reveritus.

934.
Schwickard
di, Domus
Landsp
gensis Fun
datoris,
mors, &
Elogium.

Pragam
misso pro
digiose san
guinis pro
fluviū &
nariibus si
stitur.

Reliquie
tamen sym
promatis
temenent.

Ex reliquo nuperi in via symptomatis effectu vires paulatim cœperunt defluere. Id ubi sensit, maturè Paulum Hoffæum accersit; quocum jam olim, ut & cum Petro Canisio Oeniponti magna, sanctaque necessitudo intercesserat. Quod porro cum Hoffæo ageret, replicatio accusata fuit omnium ex ante acta vita noxarum, quas rea objiceret conscientia. Sic de propitiato Numine, cùm nihil esset, nisi ut quam optimè sperandi causas haberet, duplicececepit religionis studia; ut DÉO acceptior gratiæ vicissim, multiplicaret incrementa, majoremque mereretur gloriæ. Qui prius ad Mensam Eucharisticam quovis mense palam accedere solitus fuerat, admirante infuetam illis temporibus frequentiam Landspergensi populo, jam idem per biennium, quo vita superfuit, quartodecimo die visus est facitare. Ut pietati propius, commodiusque vacare posset, ex arce Principum, in qua urbis Præfecti habitare consueverunt, in ædes migravit, minime quidem superbas, templo tamen sancti Joannis, quod in civitate est, aetate contiguas, ut ex ipso habitatoris cubiculo, patefacta fenestrâ, ad Aram, & in Ara sacrificantem prospectus pateret. Ibi, cùm Præfecturæ officijs, quantum quidem vires sinebant, fungi non desisteret, tantum tamen moræ surripuit, quantum ad Sacerdotales preces, quotidie ultraeconum pietatis lege perolvendas, necessum foret. Vitali demum humore jam penitus exhausto, de ultimis sibi ad piam mortem præsidij petiū provideri, & sacro quidem Oleo ritè inunctus fuit; verum de sacrofæcti sumptione Viatici, & anxius erat ipse, & qui adorant, omnino judicabant præbendum haud esse, quod ita artaræ fauces, & arefactæ essent, ut palatum ad voces, articulatè propungiandas, nec quicquam pandere, nedum aliquid trahicere posset. Rogavit Camen ægrè balbutiens extremi solatij loco, ut Divinum Christi Corpus in cubiculum saltem afferretur, ultimo aspectu, ultima adoratione inter sanctos animi affectus devenrandum. Concessit tam pio desiderio parochus. Res mira! ut illata in conclave est sacrofæcta Eucharistia, redit faucibus tantum humifaci spiritus, ut Schwickardus & loqui posset expeditius, & recipiendo Angelorum Pani habilis redderetur, unde suauissimâ consolatione plenus, *Quam nunc, aiebat, mibi bene est.* Et enī postrema hæc, quæ distinctè prolocutus est, fuerunt verba, cùm rursus obrep sit pristina, & quidem durior siccitas, ac spiritus trahendi difficultas, donec post horam, intercluso omni halitu vita quoque terminata est, Octobris vicesimo tertio, ætatis sexagesimo primo.

926.
Bacro Viatico recipiendo mitib[us] fit idoneus.

927.
Urbs morib[us] indebet.

Illacrymata est funeri civitas universa, & merito sanè; præterquam, quod perspecta omnibus à privati questus cupiditate integratas, & mitissima gubernandi ratio populo carum fecit, ac venerabilem, ita summe estimatum à studio, quo urbi invigilavit, ut bene moratam præstaret, ac probè Catholicam. Non defuere complures, qui aut hærefoes jam veneno erant infecti, aut certè vitam agebant ab legibus morib[us]que Orthodoxæ Ecclesiæ multum abnormem. Vix Præfecturam suscepserat, cùm rectè argumentatus, eadē erratione, quā ipse, & conjux Maria Hohenzollerana Comes, falsis nempe suggestionibus, pravisque exemplis abductos quosdam in hærefoem Labyrinthus devenisse; protinus solertissimè in remedia inquisivit, quibus occurtere posset, ne mala invalescerent. Nequaquam postremum ex his in mentem venit Societas JESU, cujas operā tum ipse, tum Maria uxor,

925.
Unde ad mortem varia pietate se praeparabat

quovis mense palam accedere solitus fuerat, admirante infuetam illis temporibus frequentiam Landspergensi populo, jam idem per biennium, quo vita superfuit, quartodecimo die visus est facitare. Ut pietati propius, commodiusque vacare posset, ex arce Principum, in qua urbis Præfecti habitare consueverunt, in ædes migravit, minime quidem superbas, templo tamen sancti Joannis, quod in civitate est, aetate contiguas, ut ex ipso habitatoris cubiculo, patefacta fenestrâ, ad Aram, & in Ara sacrificantem prospectus pateret. Ibi, cùm Præfecturæ officijs, quantum quidem vires sinebant, fungi non desisteret, tantum tamen moræ surripuit, quantum ad Sacerdotales preces, quotidie ultraeconum pietatis lege perolvendas, necessum foret. Vitali demum humore jam penitus exhausto, de ultimis sibi ad piam mortem præsidij petiū provideri, & sacro quidem Oleo ritè inunctus fuit; verum de sacrofæcti sumptione Viatici, & anxius erat ipse, & qui adorant, omnino judicabant præbendum haud esse, quod ita artaræ fauces, & arefactæ essent, ut palatum ad voces, articulatè propungiandas, nec quicquam pandere, nedum aliquid trahicere posset. Rogavit Camen ægrè balbutiens extremi solatij loco, ut Divinum Christi Corpus in cubiculum saltem afferretur, ultimo aspectu, ultima adoratione inter sanctos animi affectus devenrandum. Concessit tam pio desiderio parochus. Res mira! ut illata in conclave est sacrofæcta Eucharistia, redit faucibus tantum humifaci spiritus, ut Schwickardus & loqui posset expeditius, & recipiendo Angelorum Pani habilis redderetur, unde suauissimâ consolatione plenus, *Quam nunc, aiebat, mibi bene est.* Et enī postrema hæc, quæ distinctè prolocutus est, fuerunt verba, cùm rursus obrep sit pristina, & quidem durior siccitas, ac spiritus trahendi difficultas, donec post horam, intercluso omni halitu vita quoque terminata est, Octobris vicesimo tertio, ætatis sexagesimo primo.

uxor, hāud pridem Oeniponti ad Ecclesiam reducti, impensisimè Familiam nostram non fecūs, ac vitæ Magistrum, & saluberrimam normam ad beatitatem in æternum duraturam præceptricem cœperunt adamare. Repetere superfedeo, quæ prima Historia nostræ Pars de Domicili, Landspergæ positi, fundatione reconsit, solum id subjungo, extitisse Schwickardum autorem fructuum, si quos Landsperga agnoscit, ex Domicilio, Gymnasioque in præsentia usque tempora in cives suos, omnemque viciniam suisse derivatos.

Quam grato animo primi hujus pro Tyronibus Seminarij fundationem universa prosequatur Provincia, facile intelliget, quisquis Societatem erga sibi beneficos non ingratam esse judicabit, seu, quod idem foret, impiam. Illud tamen ultro fatemur, posse nos quidem, ac debere, pro tanta beneficentia perennem memoriam, ac laudes sempiternas at prodes ut fundamus, haud arbitramur, opus esse, ut solliciti simus; cum & Schwickardus, & Maria conjux cā pietatis & sanctimoniaz formā, famaque vixerint, ut confidamus potius, illos post vivis inter Superos Deo supplicataros, quam ut viventium precibus indigeant mortui; quod cū sperari queat indubitanter, est sane, cur magnam peculiariter fiduciam in Fundatoribus suis ponat Domus Tironum Landspicensis; fore nimirum, ut longè maiorem pro illa curam perpetuent in Cælo, quam gesserint degentes in terra. Schwickardus certè, cū facultates, quas non nisi jure optimo volebat suas esse, animadverteret, eosque non pertingere, ut sustentando Tironum numero, qui ex anno in annum augebatur, sufficerent, atque ideo pià prodigientia in complendam fundationem omnibus fere erogatis haud plus quam, quod victus necessarium fuit, reservasset; ad solicitandam quoque aliorum liberalitatem suas extendit industrias; maxime opere gavisus, si quos, ut separavat contigit, invenisset munificentiaz socios, quos permovisset DEUS, ut & ipsi constitui vellent fideles servi à Domino, qui Familiae suæ in tempore mensuram dent tritici. Neque alibi quoram in hac Familia sepulchrura sibi elegit, in quo requiesceret, Pater videlicet, (sic ajebat) inter Filios, qualem revera tenerrimo amore, & curâ se præstít. Tunulatum est corpus in anteriore templi parte, quæ summo Altari præjacet. Parentalia, quæ si ulla propria hoc titulo condecorari, & potuerunt, & debuerunt, habita sunt haud sumptuosa quidem; at nec sine spectabili apparatu. Cenotaphium stetit perquam elegans; Sacrificium funebre debitum cum ceremonijs, rituque, & cantu peregit ad id offrōi invitatus Alexander Sauterus, celeberrimi ad Montem sanctum ex sancti Benodio Ordine tunc Antistes, ex Ottenburano in Suevia postularus Monasterio, sed ad illud (quod olim memorabamus) sequente anno, reditus; ut ibi nimirum, ubi vota Religionis professus fuerat, ad partim cardini Exabbatis dignitatem electus, Infulam capesseret. Qui iustas extincto laudes pro more, quin & ex debito in concione exponeret, idem evocatus fuit Augustus Gregorius Rosephius; cuius potissimum consilio, & subsidiorum conquiſtione ad Domicili Landspicensis constructionem usus fuerat Schwickardus; ac memorantur copiosa omnino; quæ Orator hic veteranus recentuit, sermonis panegyrici argumenta.

Unum ex multis affero, & quod prodigo non impar, & quod salutare videatur ad posteritatis memoriam, ac documentum. Regali convivio assederat Schwickardus, cui & viri Principes, & Dynastæ, Principibus, quemadmodum & ipse, non multò inferiores, affuerunt:

hic pransorum uas, præter morem inter Magnates, quo nobiliores sunt, eò magis hodie, laudabiliusque desitum, majoribus cæteros provocare coepit poculis; ac demum ex perpotatione gloriam aucupatus, alterumque se Bytiam ferens, ingentem pateram vino ad sumnum usque labrum impleri jubet; tum deposito quovis pignore devinctum seiri pollicetur, nisi uno tractu merum omne, quidquid in vase esset, exhauriret. Displicuit convivis temeritas; &c, quod benè potum jam cernerent, joco partim, partim serio dehortari ab incepto; verum jaçator dehortatione, ut facere temulent solent, incitatus magis, *Ego vero, inquit, baryta unico cymbium boc evacuabo, si vel Cocytus ipse, ipse Plato, Orcusque omnis innatet.* Expavescutus ad inconsultam sc, tam dire devoventis vocem Schwickardus: *Averruncet, subjungit, averruncet Numen optimum, ne id fiat.* Et cum dicto sanctæ Crucis figuram in aëre supra poculum manu efformat. Ecce portentum! Ori jam vitrum admovebat potator, cùm illud non sine fragore in frusta diffilit; yinum omne in mensam effluat; gelido perfluit sudore potor; attoniti stupent hospites; ac metu primū, dein admiratione omnes plenj virtutem prædicant sanctæ Crucis; & si unquam, corde, & ore post mensam gratias agunt DEO pro recenti hoc beneficio, quo confirmasset Dominus super illos misericordiam suam; ut eodem tempore, quo homines diligunt maledictionem, brevi tamen oratione placatus non elonget ab eis benedictionem.

930. Dyenterie
malum vo-
to ad S. Se-
bastianum
facto tolli-
tur.

931. Duo Novi-
tij superant
Vocationis
periculum.

Quotum
uni morbus
évincendā
à parenti-
bus faculta-
tem ineun-
de Socie-
tatis aperit,

Præcesserunt Schwickardi funus duo domestica Novitiorum haud absque metu, ne sequerentur plura ex Dysenteria malo; quod in Tirones le coepit effundere. Quapropter terni, ut salubriore gauderent aëre, Eberspergam sunt missi; qui simul Moderatorum impositu, ad sanctum Sebastianum, Eberspergæ beneficium, preces & vota conceperunt, ut potenti suo patrocinio, ne lues mortisera ulterius serperet, DEUM exoraret. Et exoratum fuisse grato animo prædicavit totum Domicilium; postquam eo, quod voverat, redditio, redditam quoque vidit incolumitatem, & contagionis periculum esse difflatum. Itaque matum omne intra duorum capitum jacturam stetit. Majoris momenti discriben gemini tirones alij subjerunt, animis forte si haud superassent, nocturum perenniter. Proclivem unus ad incundam Societatem anima ostenderat: subodorati hoc parentes domum revocarunt juventem, ac integro detinent biennio asperis, blandis, minis, promissis circumtagunt, atque id saltē efficiunt, ut vacillare incipiat, cùm ecce! acuta febris, dum titubantem in lectum dejecit, ut firmo, quod cooperat, gradu persistaret, erexit. Interpretatus morbum hunc vocem esse, quâ significaretur, aut discedendum è vita, aut cundum, quod Deus vocaret, roborata adversus omnes insultus mente, patri, matrique indicavit, frustaneum fore, ac irritum, quidquid, aut quantocunque tempore molirentur ad animum à proposito avertendum: per flamas, & undas fermentam se inventurum, quâ in Montem Crucis eluctaretur. Ad hanc constantiam spem abiecabant & parentes, & avunculus, qui strenuam quidem illis in oppugnatione hac, sed æquè perditam, sociarat operam; nolentes volentes ire, quod aspiravit, permiserunt filium. Diversa ratio fuit, quâ ad Societatem Eliæ Selderio patefieri oportuit aditum, utpote à quo sola illum voluntas sua perquam diu retrahebat. Is, cùm vehementius se identidem stimulari sentiret, ut Nostris se adjungeret, quod ab-

abjungere longius, in Oratione Dominica petij quidem vires à DÉO ad vitanda peccata, modò tamen absq[ue] impulsu ad inetundam Religionem quamcumque demum: ineptè metuens, ne, si eousque Numini assentiret, ut Religiosum quocquam ingredederetur Ordinem, paulatim sese pertrahi sineret, ut DÉO peculariter ad Societatem vocanti manus daret, præposteriora fane catulæ; quasi (divina Mens, utut hominis libertatem haud cogat, modos tamen non habeat exercendi contumaces mortaliū animos, donec voluntate suam superis decretis quanquam diu tergiversati subjiciant. Refractarius, de quo loquit, noctu dormiens, Alter & ap-
so, & mōra.
vo ad So-
bāt, recollegit, nihil plus tribuendum esse censuit, quām vanis somnio-
rum imaginibus. Adeò ægrè adducimur, ut pro Divina admonitione recipiamus, quidquid ad illud faciendum nos urget, à quo pride[m] in-
veterata aversio nos abducit. Acriorem igitur stimulum is admoveat, qui à fine ad finem attingit fortiter. Humor utriq[ue] se infundit popliti, cruciatu vehementi admodum, & nullis expugnabili medicamentis. Votum denique ægratus concipit Societatem ingrediendi, quamprimum firmando gressui pedes revalescerent. Vix, quod mente præpositum, voti religione stabiliverat, cùm subsidere tumor, dolores evanescente, pristinus restitui vigor ita plenè cœpit, ut, consulto tamen prius Medicorum judicio, nihil jam Moderatores dubitarent, petitioni concedere, cui Cœlum, tam initium, quām suffragium tam potenter dedisse visum est.

Cæterum opportunè cecidit, quod inter Novitios tertiū adfuerint Sacerdotio jam consecrati; sic enim his domi residentibus, tempus datum est veteranis Patribus, operam, si quā extra Landsbergam petetur, gratificandi. Christophorus Fuggerus, hoc anno etiamntum Mindelhemij, adiectæque Dynastiæ possessor, cum libros hæreticos, quotquot in civibus reperti fuerant, ad Landsbergense Collegium transmisisset, mitti vicissim ex eodem quater flagitavit binos Sacerdotes, qui præter alia pia documenta singulariter plebem pro concione exhortarentur, celebritates, quas peculiariter Divinæ Matris cultui Ecclesia dedicat, religiosus, quām hucusque, transigere. Apparuit fructus die Virginis Cœlo invectæ; quā, quod rari antè fecerant, nūc permulti, ut, quo puro magis ex animo proveniens, eò gratiū Magnæ Cæli Dominæ solium suum consendentii, Sacramentum dicerent, Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ suscepserunt. Kirchemium quoque Fuggerus alter, Marcus videlicet, loci Dominus, unum ad labrandum in agro Domini expetij; quod solerter est præstitum. Longior coimmoratio fuit in amplissima ditione Monasterij ex Ordine Sancti Benedicti Weingartæ; quod Latini, veterum etiam Annalitum Scriptores, ex Germanico passim ad Vineas interpretantur. Fuerat iam ab annis tredecim, celebratissimi per totam Sueviam hujus Coenobij Antistes Georgius Wegelinus; de quo Gabriel Bucelinus, latidatus jam alibi à nobis Historicus, ait: fuisse felicissimæ memoriæ Præfulem; sui, ac plurimorum Asceteriorum Reformatorem, meritissimum; Is, ut erat Societati Usu conjunctus intimo, cùm alijs annis aliquotum Collegiorum incolas invitasset, ut Operarij esse vellent in Vinea sua, ne iisdem semper Domicilijs gravis esset, similes prioribus ex Domo Landsbergensi depoposcit. PP. Cosmam Salhauser, & Georgium Nidermayr. Ubi Bbb 2 speci.

specimen hi, sacro Dominici Adventus tempore, utilissim iper omnem viciniam laboris ediderunt, in vernum quoque tempus, & Quadragesimam, veluti ad Salutarem in vere viibus fecundandis putationem, iudem ut redirent vinitores, obtinuit. Duplicata culturæ fuit contencio. Habitæ ad Religiosos exhortationes; crebræ conciones ad populum; utrisque aures præbitæ confitentibus; Catechesis teneræ etatæ tum explicarunt Patres ipsi, tum Ludimistis ultro flagitantibus modum ostenderunt, quem idoneum judicabant ad legum Christianarum cognitionem, & pietatis amorem instillandum. Cùm ad suos redirent ambo, non modò nihil mercedis pro impensa opera, ut leges nostræ vident, sed ne munera quidem solius liberalitatis titulo fortiter oblata, admiserunt. Ac cessavit quidem tunc Präful, ut acceptarent, urgere diutius; verum terminatâ sub autumnum vindemiâ, nihil cogitantibus Socijs, derepente ad Collegij Landsbergensis fores aliquot vini dolia dono submissa ex Monasterio Weingarteni, depositaque adfuerunt, subductis confessim & equis, & curru, remanente tamen tanto majore insignes gratias agendi obligatione pro beneficio, quod, uti nuper petere, nequaquam voluimus, ita pio astu liberaliter obtrusum recusare ultra non potuimus. Maria demum Comes vidua, ne Swickardo morte cœpto decessisse aliquid Collegio vel de ultima Mariti pro Tikonibus solicitudine, vel de sua ipsius munificentia videretur, tam agrorum, quam pratorum aliquot jugera in perpetuum possidenda donavit.

1935.
Vidua Hel-
fensteinia
in Land-
spergense
Collegium
beneficia.

936.
Maximili-
nus Archi-
dux, &
Maria, Gu-
ilielmi So-
ror Mon-
achij ad
Nos invi-
suat.

Gens Gyn-
sestr.

Monacensi quoque Collegio, & geminis, quæ ex illa ductæ sunt, Colonijs Ebersbergensi, ac Oettingenæ, novæ obtulerunt se cauæ, quibus Socij obligatos se agnoverunt ad agendas grates; pro aucto nimis favore ac liberalitate tum aliorum, tum ipsorum adeo Principum. Maximilianus Austræ Archidux, Rudolphi secundi Cæsaris Frater, ac supremus Ordinis Teutonici Magister, cum sua illum itinera huc detulissent, quanquam moras trahere festinatio eundi in Tyrolim haud sineret, invisere ad Collegium, templumque voluit, atque sacro etiam interesse; sub quo & Musica extemporalis intercinxit, jubente sic Duce nostro, qui tantum Holsteinum cum nobilissima Procerum stipatione ad nos deduxit. Venit quoque Monachium, ut ad Fratrem Guilhelmum, ac Fratris Filios Maximilianum Ducem, & Albertum reviseret, Maria Caroli Styriæ Duciæ vidua; Ferdinando filio, ad gubernandam interea Provinciam relicto, ipsamet Margaretham filiam, Philippo tertio Hispaniarum Regi nupturam, ad sponsum comitata est. Ubi sub extremam valedictionem inter lacrymas saluberrima denuo monita instantissime commendavit; quibus innutrita dudum Filia tam postmodum sanctimoniaz famâ toti resplenduit Hispaniæ, quam Pàrens Maria totam illustravit Germaniam, ac suam peculiariter Domum, tellurémque Bavariam. Græciū reversuræ, ut prima ex officio fuit Familia carissimæ Monachij salutatio; ita ex veteri benevolentia secundum extitit Societatis Collegium; in cuius Templo D. Michaëlem Tutelarem piiissimè devenerata, facile ostendit, quanto favore prosequetur constanter Socios, quos alebat Græci; quam tam amanter pristinam renovabat clementiam erga Nostros Monachii, ad quos ex brevi duntaxat morâ invicbat.

Novam Principes ostendendæ propensionis in Socios occasionem attripere dignati sunt, quam pro ipsorum facilitate suum potius foliatum fuctunt interpretati; cives vero cœu jucundissimum intuiti sunt spectaculum

1934.
Præfali-
Collegium
Landsp-
ergense libe-
ralitas.

935.

ulum. Biennium intercesserat, ex quo, ut tunc memoratum, translatis hinc è contubernio sancti Michaelis Convictoribus ad Ingoliadiensem sancti Ignatij Martyris Collegium, Principum voluntate, ac Pauli Hoffæi suasione, subrogati fuerunt alii; quorum illi quidem disciplinam morum explicarent, ad quos Christianè nos tractare doceamus; hi verò eandem Theologiaz partem biennij saltē spatio explicatam publico in Gymnasio exciperent; admissis etiam, quotquot idonei censerentur, condiscipulis externis. Ut elapsi nunc fuerant duo anni, Christophorus quidem Grenzingus, scholæ hujus prius Præceptor, Diligam ad Cathedram Theologicam proficisci est jussus; suam autem Monacensem Adamo Tannerro linquere; cui in Controversijs fidei tradendis suffectus est Sebastianus Heissius, cùm interium noveni de Nostris, absoluто studiorum, quæ memini, biennio, Sacerdotij Ordine à Bartholomæo Schollio, Episcopi Frisingensis Suffraganeo, initiati ad Sacrificiorum primitias sc̄ pararent, quas, sacro Arch-Angeli Michaelis die, celebraturi erant. Vixum est ipsi Guilielmo, & Maximiliano Ducibus, solemnitati huic in templo nostro, qualis Monachij nunquam spectata fuit, tam religionis, quam magnificentiæ splendorem, quantum fieri posset maximus, addendum esse. Itaque ubi memoratus dies advenit, confertissima jam populi multitudo sub diluculum non scamna modo, sed reliquum omne templi amplissimi spatium, areamque præjacentem occuparat; cum horâ, quâ Res Sacra inchoari solet, primum quidem unus duntaxat è novis Sacerdotibus cum numeroſo tamen Diaconorum aliorūque sacrificaturo ministrantium comitatu, ac tubis, tympanisque veluti prænuntijs è Sacrario ad Aram summam progreditur; Mox, ut sacrum is carmen incinuit, quo sancti Spiritus propitium è cælo allaplum devocamus, quadripartito ex Odeo succinuerunt Musici ex Duce aula; quod deinde elegantissime prosecuti sunt, quoties Sanctificij ritus, ordoque expetebant. Decantato Evangelio interfaturus in cathedralm prodidit Orator, ac scitissima explanatione proposuit, quam auspicatissimo numero novem recens consecrati Presbyteri novenos Angelorum Chorus deducturi è Cælo essent, ut Regi suo Augustissimo, sub Panis, Vinique specie brevi post adfuturo, comitatuim, debitamque præstent adorationem. Concioni huic, ut & reliquo toti officio terrimâ animi voluptate interfuerunt è sola Domo Bavaria Principes octoni, tum Legati nobilissimi duo; Georgius videlicet Leuchtenbergæ Princeps, seu, ut appellant, Landgravius, & Martinus Episcopus Secoviensis; qui cum Ratisbonæ adhuc morarentur, speciatim mandata accepere; Georgius quidem ab Imperatore Rudolpho secundo, Martinus vero ab Archiduce Styrorum Ferdinando, ut Monachitum tendarent, non aliâ ex causa, quam ut in magnificentissima hac, & sanctissima celebritate suorum ipsi Principum, à quibus mictebantur, Personam repræsentarent.

Néque mirum videri cuiquam debet, ad hanc solemnitatem tantum populi concursum suis excitatum; cùm hodie quotannis nihil insolitum sit, Angli poli, festa sanctissimæ Trinitati luce, plures novenis ad Altaria progredi è Nostris Sacerdotes, qui primum DEO Tri-Uni Missæ Sacrificium offerant. Ast certè nihil tale Monacenses eatenus spectaverant in urbe sua, nèdum in templo nostro. Haud tum in illo præter Aram maximum plures stabant aræ, quam octonæ: ad has igitur antequam singuli, qui primam Hostiam litaturi erant, ad singulas accederent, terminata concione, vox cantoris de Odeo his verbis insenuit: *Quia His Pro. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Det. VI.*

937.
Novem è
Nostris, fi-
nito Theo-
logiæ mo-
ralis bien-
nio.

In Templo
S. Michaelis.
Primitias
celebrant.

938.
Celebri-
tis hujus
descriptio.

939.
Legati ad
eam à Cæ-
sare, & Ar-
chidue
Ferdina-
do.

ut DEUS? adstrepuerant tubæ, ac tympana; ast mox repente tætri omnes pausam fecerunt Musici. inde multi credebant erratum quidam in cantu; at nempe studiose interposita hæc mora est, tum à cantoribus, tum à Sacerdote; ut memoria revocaretur silentij, quod sacræ Paginæ affirnant factum esse in Cælo, cùm Draco committeret belum, & Michaël pugnaret cum eo, faceretque victoriam; Ecce enim! ut secundo Arch-Angeli Michaëlis classicum è sublimi coeptum est occini, & qui sacrificabat in Ara Principe Symbolo Nicæno initium cantando dedit, simul & bis quaterni Sacerdotes cæteri in geminos divisi ordines progrediuntur è sacrario, in assignato, cuique Sacello, & Altari primam & ipsi Missam ordituri. Präebant unumquemque duo camilli; quorum unus librum, qui Missæ seriem continebat, auro intertexta obvolutum tegere, aker pollubrum argenteum, ac duos ejusdem materiæ guttos, sed inauratos præferebat, rugatis ambo è subtilissima telâ, simbriatisque induiti amiculis. Vix hi, vix Presbyteri, tam qui Sacrificaturus, quām qui Sacrificantem pro more directurus erat, eluctari potuerunt per multitudinem, ita constipataim. ut neque prorsum, nec retrorsum te moveres. Opportunè tamen cecidit universis, quod ubicunque consisteres, nullâ videlicet columna aspectum intercipiente, contueri posse, quidquid in obverso, ubi Sacerdotum ex his unus latabat, Sacello ageretur. Intuiti sunt progressos avidissimi spectatores ijs animis, & oculis, quibus ut exciperentur sacrificaturi, paulò antè universim Auditorium Ecclesiastes cohortatus fuerat; nimurum ut feiales à sancto Arch-Angelo Michaële ablegati, qui populum admoneant; si quidem conjungi optet Angelorum triumphanti Ecclesiae, prius sese jngat militanti. Subiit unà mentem contemplari sacratos hoste viros, & Moyſi similes, & Gedeoni, qui non orent modò pro pugnantibus, un Moyſes; sed & Sacrificia sua, uti Gedeon, perferri supplicant per manus Angelorum, deferrique ad se ex sublimi Numinis Altari arma cælestia, quibus & Sacerdos, & populus felici commilitio Draconem devincant Stygium. Explicari non potest, quām varij, universè tamen sancti, è sancta hac scena consurrexerint motus! Testati sunt omnes jucunditatem multò solidiorem sibi nunc enatam, mansuramque perpetuam ex hoc spectaculo, quām quod exhibut sub Dedicationem ejusdem templi ante biennium spectassent in foro publico.

Ut porro ad sanctum animi solatium fructus adderetur optabilior, viri inter cives primarij conversio effecit. Aversatus hic ad id usque temporis nostros homines nihil cum eis negotij habere sustinuit; utque congressum omnem vitaret certius, ab ipso templi nostri ingressu cautè abstinuit. At cum de solemnitatis, quam describimus, apparatu inulta inaudiisset, solà ductus curiositate ad spectandum accessit. Et enī ubi quām magnifice, sancteque gererentur omnia, conspexit corā, audivitque omnia, non modo in suaves, ut plerique lacrymas, sed in genitus ivit; conceptoque protinus de vita mutatione, quā plurimum indigebat, proposito, per densatos cuneos ad sellam Confessionarium penetravit, in qua coram uno è Nostris depositâ nostrarum conscientiâ festinavit ipsus etiam spiritu contribulato, & corde contrito fieri sacrificium DEO; Michaëli verò, & Angelis ejus gaudium in Cælo.

Qnod idem labente anno beatis spiritibus pepererunt, tum triceni, & sex Orco erepti, qui ab hæresi reduicti sunt ad Ecclesiam; tum triceni, ac ter milleni, qui, ut ad manducandum Angelorum Panem

nem admitterentur; obtinuerunt; de qua numeri quantitate nulla ha-
ctenus, nisi ad hunc annum, fit mentio. Et quidem de duobus inter
940.
Obstinatus
peccator
Prodigium
ad ductus
ad Confessio-
nem.
sacros hosce Convivas peculariter notatu dignum est, quam mirabili
viâ consecuti sint, ut comparere possent ad Mensam Regis vestiti veste
nuptiali. Consciverat quispiam grave flagitium: cuius in Confessione
manifestandi pudore absteritus, quadraginta omnino annis miserè sau-
ciata summâ inquietudine circumtulit conscientiam. Hanc ut tran-
quillare posset, modò tamen absque Confessione id evinceret, quid non
agit? Precibus, templisque obcundis institit; castigationes adhibuit cor-
poris; statum quot hebdomadis sibi indixit jejunium; voto quot annis
ad Montem sanctum Andecensem se peregrinaturum adstrinxit; ac votο
satisfecit: incassum omnia. Miseratus tamen vel sic, utut immeritum,
DEUS optimus, congruâ saltem bonitati suæ consuetudine rem ita or-
dinare voluit, ut ex condigno gratia obveniret haud merenti cæteroquin
Sigalioni. Nocturni visus objectu, voceque pernotus fuit, ut Mo-
nachium peteret, atque in sancti Michaëlis æde animi ulceribus medi-
cinam sincera Confessione quæreret. Venit itaque, licet multis pro-
cul habitaret miliaribus; ac renarratis Sacerdoti non modo, quod impie
reticuerat, sed omnibus, quorum à tota vita memoriam habuit, noxis,
& ab his absolutionem, & in animo quietem reportavit. Alius septua-
ginta jam annorum vetulus, quanquam pro Catholico se ferret, adduci
tamen nunquam potuit; inveterato ut noxarum onere animum relevaret.
Postquam verò licet ægrè, persuasum id fuit, serio tandem veterum
excusit, ac detestatus dolenter flagitosas, quarum malitiam nunc ag-
nosceret, intermissiones suas, replicatâ omni retro æstate, apertisque
peccatis omnibus, supplicare ardenter contendit numini, velit pro
Iua infinita bonitate serviendi tarditatem servitij fervore compensandam
in acceptum referre.

Alius se-
ptuaginta
annis non
confessus,

Infinuaverat se in Nolocomium, quod à sancto Spiritu celebre no-
men habet, seminator discordiarum spiritus, magno animorum inter-
aniculas aliquot detimento, domûisque illius turbatione: quam ut com-
ponerent, Nostri evocati sunt ad habendas illic exhortationes sacras.
Et constituit fructus. Desita sunt non surgia tantummodo, sed inter-
necina odia, neque vinculis, neque carceribus alias extingueda; &
desperata item consilia ad propriam usque necem parato jam toxicò pro-
gressura. In Xenodochio, cuius sub sanctæ Elisabethæ Hassorum Du-
cis tutela condendi Renata, Guilielmi Conjux, attributis bis mille au-
reis prima author dici meretur, Nostrorum curâ perfectum est, ut in
quolibet cubiculo parvulum statueretur Oratorium, privatim DEUM
precaturis idoneum; festis autem diebus conjunctè ab omnibus preces
Litanevticæ recitarentur.

In Xenodo-
chio S. Spi-
ritus pax
restiuta,
alia salutis
ter insti-
ta.

Ut pietas inter Sodales Marianos facile conservaretur, plurimum
contulit Sodalitatis Præfectorus, Guilielmi nimirum Ducus filius, Princeps
Albertus; qui sanè raro in Conventibus publicis, aliisque Sodalitij reli-
giosis Exercitijs præsentiam suam desiderari passus est. Etiam cum So-
dalitas ad Montem sanctum pro more supplicatum ascendisset, valetu-
dine quidem impeditus, ne comes iret; exoravit tamen Parentes, ut, 942.
cùm inde reverteretur Congregatio, liceret cōpositum ex ijs, quos
justa causa Domi retinuerat, agmen obvium redequantibus ducere. Præfectorus
Quod non paucos ob increscens annonæ pretium famæ afflictaret, crevit pietate
etiam Sodalium erga egenos suo ex communī æario liberalitas. Exi-
Cc cc 2 stūmatum

Albertus
Princeps
Sodalitatis
Præfectorus
pietate
prælucens

**Sodalitas
in Caritate
anno er-
ga egenos
benistica.**

stigmatum passim fuit, ex hac alimentorum penuria prodidisse sese alii-
cubi non obscura pestis indicia. Ea certè postquam duo ex Monacensi
Gymnasio sublati fuissent, de scholis intercludendis actum est. Sau-
bi iustum tamen consilium fuit, properè ad comprecationes publicas confu-
gere; quibus etiam propitiatum Nūmen severiora flagella saltem ab urbe
Monacensi clementer avertit.

**943.
S. Sebastia-
nus Eber-
spergæ
contra pe-
stem pro-
pitius.**

Non item à circumiacente vicinia: correpti sunt pagi aliquot con-
tagio. Verum & his Dei bonitate è cælo paratum est remedium. Pa-
gus, cui Ininga nomen, ubi pestilitate tentari coepit, jamque omni-
com circumiectis locis commercio prohibitus fuerat, anxijs inquiliini ad
sancti Sebastiani configurerunt Patrocinium. Certatim Ebersper-
gam, ubi sanctus hic Martyr colitur, contendunt: Sacraenta uti vo-
verant, luscipiant; vini per sacram Divi Cranium, de quo alias dictum
est, transfussi pauxillum religiosè libant; mirum! neque ullus hotum,
neque alius quisquam ex illorum familiâ lue inficitur; cum ex adverso
tamen tria ea sola, quæ venire neglexerant, Domicilia malignâ hâc
contagione fuerint occupata. Eniinvero, ut vulgatus eventi est rumor,
incredibilis Eberspergam increbuit cursus. Vicatin congregatos ruri-
colas ex pagis, cives ex oppidis adduxerunt Curiones pulchro ordine,
& vexillis explicatis plusquam centies vigiles. Uno, quo Templi
Dedicatio celebratur, die, numerati sunt pīj peregrinatores ultra quin-
decies milenos, haud annumeratis, qui per annum viritim: ac prope-
mōdum quotidie eō itārunt, ut vel grates agerent benefico Patrono
pro evitata, vel supplicarent pro evitanda pestilentia; compertūmque
sunt certis significationibus, neminem ex illis, qui sacra illic Mysteria
suscepimus se voriscent, votoque stetissent, populari hujus anni malo ex-
traictum, ac ne quidem tentatum; quin multos, quos lues jam lecto af-
fixerat, libertatos, pristinæque sanitati restitutos fuisse.

**944.
Dux Guili-
elmus, &
Renata E-
berspergæ
lavissunt.**

Primi inter pios cultores memorandi venerunt Serenissimi Conjuges
Guilielmus, ac Renata cum filia Magdalena, biduo cominorati intra
nostrum, quod ab ipsis habebamus, Domicilium. Statutos antiquitus
prægrandes multorum pondo certos, ex alto spectabiles, habent in tem-
plo sancti Sebastiani variæ urbes, oppida, pagi, proprijs notatos cuius-
que loci insignib[us]: certi quotannis recurrent dies, quibus festivum
collucent hæ candelæ. Hoc anno, quo Guilielmus Eberspergam de-
scendit, hujusmodi numerabantur cerei quadraginta sex, Septimum
his addidit Dux Guilielmus librarium viginti quinque, quod exemplum,
ut & religionis pro avertenda peste impulsus, ac fiducia effecerunt, ut
intra pāculos menses quini adhuc offerrentur; ab Urbe Frisingana unus;
ab Ardingana alter; terni à diversis pagis. Hodie duplo major est nu-
merus, ut conjectatu sit obvium, quanto major & beneficia sancti Mar-
tyris implorantium, & pro beneficiis sese gratos sistentium aucta interim
sit frēquentia. Dum religiosissimus Paren's Guilielmus pietati sūe in-
dulget Eberspergæ, Gnatūs interea Maximilianus magis, quam Socij,
asserendis denuo Monasterij, ad novos modo habitatores translati, iuri-
bus invigilans, sexaginta ijsdem subditorum capita recuperata addixit;
ac pristino, quod nempe compertum modo habebat, domino ob-
temperare jussit.

**945.
Maximili-
nus Dux
multos sub-
ditos Eber-
spergæ
Domicilio
viadicat,**

Idem Dux, Parentum imitatus pietatem, uti nuper illi Ebersper-
gam, ita is cum Elisabetha Conjuge Oettingam Veterem est peregrinatus,
mul-

multum serens pecuniae inter mendicos, aliosque inopes elargiendae; multum pretiosae supelleculis, sancto sanctissimae Virginis Sacello exornando. Styriæ item Princeps Vidua Maria piaculo sibi duxisset, si postquam Fratrem, Fratris filios, ceterosque agnatos ex itinere salutavit, non pariter Oettingam Veterem perrexisset, ut potentissimæ quemadmodum totius Bavariae Domus, ita suæ, quam peculiariter implorasset, inter tot terræ, marisque, tamque longo viarum tractu pericula servatrici gratias exsolveret, omni, quæ posset religione, quamquam hæc nunquam non esset maxima. Occasione hâc ad nostras etiam ædes, ædemicæ sacram invisens, simul & corollam, unionibus pretiosis distinctam, pro templo obtulit, simul amantissimè audivit, cum felicem ex vijs tam longinquis redditum voce, ac mente venerabunda gratulati fuimus. Ferdinandi demum Wartenbergij Comitis Uxor, suâ manu ad Aram sanctæ Magdalenaæ in Templo nostro gemina candela ex argento scitè elaborata obtulit.

946.
Idem in
Oettinga-
nos Socios
auenificus.

Ubi civitas Landishutana primaria, quantum ex monumentis constat, Landishutæ ad Cellam Oettinganam octingentorum hominum supplicationem infituit, quam sepius deinceps, ac demum statis à multo jam tempore annorum spatiis repetit: pridie in feram usque noctem, ac rursum summo alterius diei manæ socios haud in templo solum, sed intra domesticos etiam parietes catervatim addensati occuparunt longè ultra meridiem, ut conscientiam apud Nostros emundarent, reportatæ de Socijs honestissima opinione, atque alijs dænde experimentis ad Collegij usque foundationem progressura: prout etiam progressa est Burghusii, & quidem biennio maturius. Excursum videlicet ad vicinam hanc urbem, secundæ in Superiori Boaria patriarchæ primariam, anno labente sepius, latissima semper animorum, quæ collecta fuit, segete; ac Oettingam usque Veterem, velut in horreum devecta; quippe, cum agitari perebuisse, ut Oettingæ etiam, quemadmodum in omnibus hucusque Sociorum Domicilijs, Congregatio ad honorem, cultumque salutare ab Angelo Matris Virginis erigatur, cum ex reliqua vicinitate, tum ex Urbe Burghusiana viri, dignitate, & munus insignes in illam petierunt Veteris. admitti.

947.
Milliones
Burghus-
ianæ.

Sodalitas
Mariana
Oettinge

Suscepta rursum est profectio ad Lunæ Lacum postulante Monasterij ad Lacum positi piissimo Präfule. Præter alia, quæ, uti prioribus annis ibidein acta, ita & huic anno sunt communia, id tamen peculiari. ter memorandum venit, quadringentos adductos fuisse, quamvis permissum sub certis conditionibus alicubi inter Cœnobij subditos fuerit, ad Corpus Christi haud sub Panis tantam, sed & Vini specie sumendum accedere; ut nunc tamen à novitio, quem Lutherici in vexerant, eas in plagas ritu in Divini hujus Mysterij communione desisterent. Quid, quod ex mille, ac ducentis, qui Paschali tempore Confessionem peregerunt, nongenti fuerint, qui tranquillæ ex integro, ut quidem fieri posse, ac debere judicabant, conscientiae causa, totius vitæ noxas in sacro Tribunali exposuerint. Quam fructuose insuper informarit Noster simplicem tum adhuc plebem methodo, quam sanctus Patriarcha Dominicus tradidit, ex Rosario Delparam salutandi, eo patuit die, quo paucis à Paschate interjectis mensibus, Antistes ipse Lunæ Lacensis subditos mille trecentorum instar, viâ sanè longinquâ Oettingam Veterem adduxit; Longâ serie, & sonorâ voce Coronam Magnæ Matris toxuerunt pii peregrinatores, intersertis ex Christi, Iesuque Matris vita quotidiosis;

948.
Luna La-
censis Mi-
sionis admo-
dum fere
completus.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

Dd dd ut

ut appellamus Mysteriis; cum jam prius pitem Abbas pro Quadragefima piscium & cancrorum copiam ac vini Austriaci dolorem non nisi ultroneae liberalitatis, ac beneficij nomine donatura, acceptumque submisisset.

949.
Ingolstadij
ob pericu-
lum peris
studia pio-
xantis.

Proprietates
scholastici
in commu-
ne rectum
recipiuntur.

950.
Misenus Li-
thus à Gret-
sero refu-
statur.

Gretserus
edit Profes-
sionem
quatuor
Votorum.

Geminis, quæ ad Collegium Monacense tunc pertinebant, Sedibus, acta subiungimus tertiaz, quæ Ingolstadiensi Seminario est attributa, Biburgi videlicet. Periculum & huic, & toti viciniaz timebatur à peste, utpote, quam puella, quæ temere in pagum, commercij interdicto subjectum, pedem intulerat, domum reportavit. Pauculi hâc fuerunt sublati; quin & ipsa puella, quæ in temeritatis poenam, ut contagione laborantibus deserviret, addicta fuit, evasit incolmis. Evasit quoque ipsa civitas Anglipolis; unde nec discipulorum numero, aut frequentia decrevit, ac nobilitate; quæ non solum ex Germania, verum Polonia, simul ac Italia confluxerat. Sed, utut salva circùm manerent omnia, sola tamen pestilitatis formido effecit, ut tam in universo populo; quam in Sodalitatibus Marianis fervor, ususque accenderetur confugientium ad antidota, animo potius, quam corpori salutaria. Unde major longè ad sacra Tribunalia, sacrásque Epulas concursus; major item in pauperes fuit largitionum benignitas, egenos præsertim adolescentes scholasticos; ut ex collata stipe tum propria illius recti, sub quo unà habitarent, Opportunitas, tum & alimenti, potuerit apparari. Necessaria magis fuit conjunctio; ut sub uno Pastore in uno ovili habitarent dispersæ infeliciter oviculae; quatuor nimirum, & sexaginta haeretici, quos Ingolstadij partim, partim Biburgi nostrâ sedulitate Ecclesia recuperavit; adeò videlicet cordatis inter heterodoxos, ac pro anima sollicitis nihil ademit, vel de dogmatum veritate, vel de docentium existimatione calumnandi libido, ac mentiendi audacia; quâ nonsulli impostores protervi Societatem contemptam, invisaque laborarunt reddere. Fuit ex his Lithus Milenus, qui adversus editam à Petro Ribadeneira sancti Ignatii Patrio Nostri vitam, aliam opposuit falsitate, merisque conviciis plenam. Verum uti uno abhinc lustro Jacobus Gretserus, Eliam Halenmillerum, & Polycarpum Leyserum, Historiaz Jesuiticaz commentarores Lutheranos, ita nunc Misenum fabulatorum Calvinisticum omni vel minima credulitate indignissimum esse, convicti; ut vel ipsi impudentissimi conviciatores erubescerent, si Lithi figuram illita esse folia sua objectari posset. Ut vero latius innotesceret Societatis JESU innocentia, nuper post vulneratum à Castellio Regem Henricum tertium Galliâ proscriptæ, idem Gretserus Defensionem pro illa Gallico conceptam sermone in Latinum, utpote Europæis gentibus usitassimum, transfluit; atque & prefationem, & appendicem, suo exaratum stylo, addidit, solicitus pro Matre sua pugnator; meritus profecto, quem ipsa vicissim intra intimam Filiorum classem reciperet; cum nempe Octobri Mensis pridie lucis, quâ sancti Lucæ memoria colitur, inter Societatis Professos est cooptatus, suscipiente quatuor Votorum sollemnem nuncupationem ipso, qui tunc præsens aderat, Provinciali Othoni Eisenreichio. Quantum Tractatus hic, apud Gallos linguâ eorum patriâ editus, pro Societate effecerit, equidem ignoro; nihil salem offecisse, quin profuisse etiam inde conjectes, quod post Societas ab Henrico Quarto, Tertij Successore, honorificè omnino, & magnis cum incrementis in Franciæ regna, & juriū communionem fuerit restituta.

In Germania tertè & nominatim in propinquis Palatini Principis di-
gionibus, ubi vulgare sunt, tum aliz Gretseri de Controversijs fidei, ac
pro

pro Societate Lucubrationes eò valuerunt, ut senex octogenarius quinque filiorum parens, conferret cum viro tam celebrato, sua de religione dubia, ac ijs expeditis postea ad Catholicos cum omni familia revertere-
951.
Senis octo
genarij
conversio
ad fidem,
tur; solitus sèpè dein profiteri, esse sibi conjugem & filios, esse nurus ac nepotes; at nunquam animo quietem fuisse, donec ad avitam Ecclesiam modo & rediisset ipius, & omnem suam rediisse lètissimus videret progeniem. Pertinaci morbo afflictata mulier pertinacæ hunc pœnam interpretata est, quâ in hæresi perstaret, ad quam abjurandam interioribus fe stimulis urgeri sentiebat. Voto ad Salvatoris ædem, aliquot Ingolstadio horis difficultam, concepto, curru illuc devecta, votique jam Et semine
prodigiose
fanata.
952.
Civis Budae
dianus tu-
more coro-
poris & Styx
ge immis-
liberatus.
plènè compos, nequaquam domum recta, sed Ingolstadium petijt; ut, quâ posset, sublatâ, vel minimâ cunctatione contumaciæ culpam in Templo nostro deprecari, & accessione palam ad Orthodoxos factâ, festinaret corrigere. Juvenis, incertum quo casu, ad vitam inter Saracenos integro sexennio agendam delatus; incertum, quâ felicitate emersus, defectioni suæ ad Mahometum copiosè illacrymatus, recipi denuo in Ecclesiæ gremium flagitavit, & ultro publicè pœnitens impetravit. Defectionem magis abominandam ut evaderet alias, multum alfit, sudavit, tremuit. Conficiendis ephippijs se sustentans Eystadio Urbe, in qua civis erat, iter agebat aliquò; in via obvium habuit ignotæ speciei virum; habitus, & barba prædicantem Islebianæ lectæ præseseferebat; is prium quidem hortari opificem, quin & disputationibus aggredi coepit, quibus simplicem à formando sanctæ Crucis signo diuoveret. Nocuit inexperto ad fraudes Orcinas homini disceptandi aleam subiisse; Mox enim personatus rabula nè ipsius quidem Christi simulacrum honore ullo afficiendum esse affirmavit; demum solicitare illum est ausus, tit neque illum esse DEUM crederet; neque dubitaret, serio id à se credi, juramento affirmare. Hic enimverò civis, qui incassum vaferimi Sophistæ captiunculis se extricare connisus est, vehementer cohorrescens, & Crucis signo frontem munijt, & inclamato JESU Nomine, Wilibaldi etiam Eustadiensem tutelaris sancti patrocinij imploravit. Ad hæc signa & voces disparuit equidem sub congrua sibi larvâ simulator Stygius; sed ultrà, quâ valuerat, audaculum concertatorem reliquit sudore gelido, ac terrore tam oppletum, ut perpetuus exinde membrorum tremor totum pertinaciter conuteret corpus, & animo continuò redeuntia obverlarentur terricula. Episcopi Eustadiani Suffraganeus perduci miserum ad Nostros Ingolstadium jussit; ubi postquam lacris Mysterijs, ad quæ rite suscipienda præparatus accessit, atque etiam consecratâ Cerâ, quam Agnum DEI appellant Catholicî, confirmatus fuit, animus sana, quæ data fuerunt, admisit consilia; corporis remisit tremor; quies utrique rediit, quæ nullis alibi hucusque recuperari potuit rationibus.

Ingolstadio Nobis abituris seu lubeat secundo Istro, seu aduerso tenui-
953.
Ratisbon
ham pestis
invadit.
dere, utrobique secunda, jucundaque lectu se offerent. Quippe si Ratisbonam delcenderimus, Libitina quidem & pestilentia occurret; sed habent hoc supremi Numinis & animorum obsequio additi servi peculia-
Quæ unius
è Nostris
tollitur.
re, ut inter medias hominum calamitates, et si miserorum vicem doleant, de hoc ipso tamen doloris lenimen, solatiūmque capiant, quod ex ærumnis majorem laboris segetem enascituram videant, majorēmque animorum messein collequm iri confidant, tanto operæ pretio, ut si vel propriam animam impendi contingat, læti exponant. Zacharias Schmadlerus, in Scholis nostris Poëeos Magister, ad decumbentem inviserat discipulum, nihil de malignitate morbi suspicans; seu vel ipse agro-

Schola un-
tisper clau-
si.

ægrotus, ac cæteri ex familia studiosè tacuerint, seu & hi pariter ignorarunt: Medicos certè latuit. Cùm enim vix, ut domum redierat Zarcharias, ægrotare & ipse, lectoque affigi cœpisset, accersiti Medentes, nescio quale, à peste prosectorum diversissimum symptomum esse crediderunt; donec signa contagij tunc primùm se proderent, cùm remedio locus ulrà non foret. Interim manifesta jam ex illa domo, cuius incolam proutum infectum fuisse diximus, lues ad vicinos, indeque urbem ferè omnem proserpebat, quapropter, antequam penitus invalesceret, clausis Gymnasij scholis, svalsum est discipulis, ut alibi quærerent tantum per suffragium. Quos in urbe corripuerat pestis Orthodoxos, animis curandos, &c, quâ daretur, etiam corporibus, succiperunt bini ad hoc destinati ex Collegio: cæteris quantocius succedere paratis, si primi caderent. Quanquam opus haud fuerit, superstites, & intacti evaserunt ambo, utut perdiu, ac noctu contachis ultro advolarent; quin & occasiones captarent ipsis etiam hereticis in supremo æternæ vita pericula opem ad animi salutem, si quam admitterent, conferendi. Et fuerunt.

954. *Decem rationes Edmundo Campiano contra hereticos à Vöttero e. dite.* tum profecisse ad hoc judicari fuerunt decem Rationes amplectendi fidem Catholicam, olim ab Edmundo Campiano è Societate, primo in Anglia Martyre, Britannis oblatæ; quas Conradus noster Vötterus Germanicè conversas hoc anno evulgavit. Consimilem lucem Pracones Ratibonenses, modo libuisset haurire potuissent. Ex ipso Gymnasio Collegii in urbe sua audierant controversias, quas Lutherani movent de Religione, solide admodum enodari in scriptis, quæ tradicerentur in schola nostra: petjerunt de hoc Tractatu unum sibi exemplar concedi, suam contrà edituri confutationem. Traditæ sunt scripturæ de hoc arguento perlubenter juxta, & fideliter: at credas, omnes illis crepuisse calamios, & congelasse atramentum; ita nihil ab eis responsi in lucem venit.

955. *Ex occasione Exequia- ne Esequiæ rium Præpo- situs Ratis- bonensis Capituli fit Sodalitas.* Ex adverbio Coetus, Magnæ Virginis cultui sacratus, improvisam religiosam tamen, naclus est occasionem, quâ in publicum produceret communies in funeribus Catholicæ Ecclesiæ ritus, unâque illos proprio, & peculiari Sodalitatis augustiores faceret apparatu. Sodalem Congregationis conspicui admodum stemmati mors oppreserat non ex peste quidem, repentina tamen. Primâ is nuper uxore composita altam sibi desponderat æquè nobilem, ac opulentam. Destinata nuptijs dies, quin & hora illuxerat; cùm codem ferè momento, & nova sponsa magno familiarium, & famulorum comitatu urbem ingreditur, & novus sponsus ex urbe ipsâque adeò vitâ incomitatus à morte compulsus est egredi. Nuptialibus tædis faces succedunt mortuales, daduchiæ verpillones, epithalamio funebris lessus; quem tamen, ut inter heterodoxos insonaret sanctior, dum Ecclesiastico ritu ad funeris deductionem Clerus decantat, Sodalitij quoque Marianæ se adjungit stipatio, & multitudine, comitantium, & ordinis compositione, ac modestia plurimum communenda; cujus præsertim novitas omnium attraxit oculos.

Despectabat fenestræ Exequialem hunc processum Adamus Orthofamæ Ecclesiæ Præpositus, quem domi morbus continuerat. Is spectaculi religione commotus misit, qui Sodalitatis Præsidem accerseret: Hunc, ubi venit, impensè flagitavit, accessum sibi ad Congregationem procuraret. Gratulata sibi est Sodalitas, quod cùm multis jam è Canonice

nonicis cathedralibus inter suos numeraret, ipse eorum Præpositus accenseri vellet. Hanc desiderijs suis gratificandi facilitatem tanti æstimavit Orthius, ut rependi vicissim quidpiam Congregationi ultro debere arbitratus, condito testamento trecentos eidem florenos legaverit, ducentis alijs ad principem Templi nostri Aram exornandam transcriptis. Socutus est hanc erga Coetum Parthenium beneficentiam idem, qui successit in Præpositi munere, Quirinus Leoninus; qui in Decani officio successorem habuit Guilielmum Weilhamerum, Nos autem in ambobus aliquot adhuc annis fautores amantissimos. Multum hi adlaborârunt, ut Sodalitati Marianæ privilegium indulgeretur Sacrosanctum Missæ Sacrificium, quoties & à quolibet, cui id permitterent Sodales, Sacerdotiæ ritè approbato celebrandi.

Facultas legendi sacram in O. ratorio Congregacionis.

His etiam Auctoribus potissimum debetur, quod Episcopus, sanctis Quadragesimæ hebdomadis, Philippi, qui deceaserat, Cardinalis, & Antistitis exemplo, geminos rursum ex Collegio popolcerit, quos ampla cum potestate in silvam, de qua saepius jam dictum, Bavaram amitteret. Optatissimo Successu effectum est, ut silvestres hi tractus terra bona evaderent, magnisque gignerent fructuum fœcunditatem, evulis contrà malarum consuetudinum lolijs; quarum geminis præcipue extirpandis falcem, manumque immittendam visum est. Solebant agrestes, eo ipso die, quo cœlestis Conviva ad illos cum uberi, quam secum afferre paratus erat, hospitijs mercede in Eucharistia diverterat, à prandio turmatim ad popinam confluere, tanquam Divinum Hospitem lautijs excepturi; dum interim mulso ipsi, Zythoque se proluerent. Jam & cum Missæ audiendæ assisterent, ubi ad Carnem Christi, sanguinemque sumendum Sacrificus pervenerat, agrestes præcipiti cursu ita omnes sc̄e ex Æde sacra proripiebant, ut præter sacrificantem, ac æditum nemo remaneret. Causam rogati asseruerunt, experientiâ compertum esse, illos, qui humilitatis suæ concij tam tremendi Mysterij ultimæ absolutioni sele non maturè subducerent, omnem quoque die illo eventum malè auspiciatum habituros. Plùsne his persuasionibus ruditatis insit, an fœditatis, dubites; utramque ut simplici plebeculæ Socij eximerent, tam frequenti Concione, & Catechesi, quam privatis congressibus est laboratum; patuitque in subsecuto mox Paschate laboris fructus. Institutâ quippe ex Ecclesiæ præcepto sacrâ Synaxi populus; non jam à meridie ad cauponas, sed vel ad Vespertinas preces deflexit in Templum; vel ad sacrum aliquem locum piâ ambulatione sobrius discessit, sobrius revertit. Quæ res deinceps etiam in morem abiit. Sua rediit etiam & sacro audiendo reverentia, ac integritas. Semel potissimum, cum Noster Sacris operans ipsem vidisset, sub eam Missæ, quam memorabam, partem, præsentes omnes jam diffluxisse, Campano ære convocari plebem jussit. Reversa hæc est auditura, quid soni novitas portenderet. Atque en! audijt extemporalē nunc factum Rhetorem, qui idem antea Sacerdos fuerat, gravissimo hic sermone obtestatur auditores, ut supersticiosam, quam hucusque aluerant, persuasionem & ipsi abjiciant, & alias dedoceant; ex adverso clarissimis explicationibus monstrat, quam convenienter jungi possit, debeatque interior propriæ vilitatis agnitus; dum adorandis Templorum Mysterijs interesse permittimur, quin exteriorem seponamus obtemperantiam, quam Matri Ecclesiæ integrum ad omnes partes, quibus illa Missam definit, præsentiam imperanti obedimus. Valuit tam enixè obtestantis, tam

Sublatus ibidem ab usus superstitiosus.

præclarè docentis auctoritas, famâ virtutis, ac scientiæ suffulta; ut perfaciè ab inani, & erronea credulitate suâ paterentur se abduci.

958. *Feminae Lutheranae miranda conversio.* Difficilioris operæ fuit adductio ad Fidem Catholicam unius sc̄eminæ. Nupta hæc erat Dynastiae cuiuspiam inter illos saltus Præfecto, apprime Orthodoxo. Nihil ad id temporis profecerant apud obstinataim vel Mariti, vel Nostratum adhortationes. Itaque Vir sociorum suauis Oettingam Veterem profiscitur, illius potissimum exoraturus patrociniū, quæ omnes hærefes contrivit in tñiverso mundo. Vix pedem redux inde Præfectus domo intulerat; cùm mulier, quæ interea pertinax argumenta à Nostris, absente conjugé, allata obstinatione magis, quā ratione eluserat, *Quid hoc, exclamat, immutat me penitus sentio!* *Vincit radio suo illucens veritas, quam videre incipio.* *Ut porro cernam penitus, vos, Patres, ita per Maria Virginis amorem obsecro, die abduc uno, alteroque erudire me pergit.* Haud opus fuit diuturnâ informatione, ut, cui dandæ non defuit Magistrorum assiduus labor, sola obstatit discipulæ, donec rediret penitus, pervicacia.

959. *Item Hussitæ heretici.* Obsequentiorem discipulum se præstitit alius ex vincina Bohemia, destinatus jam alicubi ad errores Hussiticos è cathedra explicando. Ut is in prima statim suggestus concensione non nisi reportatâ jam victoriâ, laurea triumphali glorioſus Doctor compareret, ad Nostrum profectus, in duelum eundem depoſcit de fidei controversijs, Victoriam retulit, dum vietus est. Post unam alteramve disceptationem haud illustratus tantum intellectu, sed voluntate etiam ita permotus, confirmatusque est, ut tam errores, quā spes, & emolumenta omnia, quæ inter suos expectare potuisset, generoso animo abjecerit. Ex tribus Asceterijs, in quibus Socij amicissimis oculis visi, auribus item non minùs benevolis excepti sunt, cùm exhortationem ad congregatos tñ Antisites, & subditos illis Religiosos habuerunt. Præcipue velut magnū beneficium prædicarunt, quòd persuasum illis fuit, ut Rem Divinam ad Aram juxta, & in Choro Psalmodiam ex ritu, ac ceremonijs Romæ ordinatis, usitatisque instituerent. Fuerunt hæc omnia primitiæ florū simul, ac fructuum honoris Divini, honestatis humanae, quos ad veris ortum oblatos ceu auspiciatum ex horto suo fasciculatū summopere lœtans acceptavit novus Ratisbonensis Antistes Sigismundus Fridericus, Joannis Jacobi Fuggeri, & Ursula Harrachiae filius; quem, cùm Cathedralis Ecclesiæ Salisburgensis Decanus, Bojoduranæ, seu, ut hodie appellant, duus Fugge Passaviensis Canonicus esset, Ratisbonenses quoque Electores suam ad rūs Philippi Card. in E. Infulam prolixo illum suffragiò assumpserunt. Tertio idus Martij abs. p̄scopatu Succession, que pompa urbem, atque Ecclesiam suam ingressus, Ecclesiasticis pa- riter duntaxat ceremonijs absq̄te omni profana ostentatione munus sa- cerrimum auspicatus est, adhibitâ tamen Oratoris, qui ex Nostris Jo- annes Hylinus fuit, operâ; tum ut solemnî Sacrificio Dictionem interponeret; tum ut è suggestu voce clarâ Pontificia Bullæ verba prælege- ret, quibus jura Episcopalia concedebantur. Ubi venerationis causâ, & gratulationis Rector Collègij ad Eundem accessit; gratissimam sibi salutationem hanc acciderè professus est Præfus; solatium se in difficulti, quod postulatus subjicet, officio, ex eo habere, quòd laborum suorum socios nocturum se esse consideret, fideles, ac indefessos. *Pridem,*

Sigismundus Fuggeri. *Card. in E. Infula.* *Præfus.* *Bullæ* *adje-*

adjecit, cognita mibi fuit Societas vestra; Cujus primarios Patres Lainum, Salmeronem, Bobadillam, Lanoum (prò, quante virtutis, ac doctrina Viros!) Salisburgi, ac Passavij expertus sum, & admiratus. Horum vestigij cum vel à modico tempore, quo huc adveni, Vos infestere, plurimorum commendatione intelligam; nihil est, cur non persuasum babere debeatis; me ab ejus, qui me praecessit, erga Familiam vestram beneficentia, quod licebit, non discessurum esse. Admiratus est Rector Principis modestiam, quid nihil meminisset ille de suo ipsius erga Societatem olim jam praestito beneficio. Opportunum esse duxit, si, tacente altero, Nos haud oblivisci indicamus: Unum, itaque subjungit, unum impensè rogamus, ut eo in animo persistas, quo ante annos duodeviginti ex undenis Fuggeris, fratribus suis, & quinque patruelibus, primus tu fundationis Fuggeriana pro Augustano Collegio tabulas consensu tuo, sigilloque, & nomine firmasti. Ad quæ suffusus rubore Antistes, ac propemodum madentibus oculis solum id reposuit: DEUM orate, Patres; ne unquam oblivisci me permittat, quâ stirpe sim progenitus: accertatum estote, quamdiu vita erit super, erga Vos me benevolum, quantum vires sinent, fore, ac beneficium. Parum dixi, tūm sanctæ Societas vestra filius modo esse non possum, industrium saltem servum me futurum esse experiemini. At nimirum adeò profunda in modestissimo Principe sux erga Familiam nostram propensionis testificatio nihil obstat, ut non etiam inter Filios Societatis illum eatenus adnumeratum deinceps fuisse possimus gloriari, quatentus è Collegio nostro Patres, Magistrisque spiritus adhibuit; quibus tum, ut sibi confitenti perquam frequenter aures præberent, usus est; tum & ipse quæ ad ordinandam conscientiam proficia suggerébant, perquam morigerâ executione auscultavit, idem quoque per frequens Auditor in Templo nostro Rei divinæ; atque etiam, cum afficta valetudo permitteret, sacrificiis. Auspicatam, quâ Fridericus inaugurus est, diem ipsi etiam Lutherani, si mens non læva fuisset, habere potuerant, è salutari nimirum admonitione, quâ DEUS illorum proterviam ritus Catholicos petulanter irridendi coercuit. Ex his unus cum Cerimonias Consecrationis, quas præsens viderat, procaciter risisset, istro, in quem ex æde summa egreßus, nescio quo casu decedit, submersus est, suoque interitu documentum dedit, quo Lixivio Sannionum ejusmodi os impudens à DEO mereatur ablui.

Pleniorum bonæ spei fortē, qua aliud è seculi fluctibus feliciter emersus est, aliaque plura, memoratu jucunda, idem Ister exhibebit, cum per eum in Sueviam, Collegiumque Dilingantum ascenderimus. Diem illic supremum obiit Andreas Hallerus, haud procul Ulina in pago Dietman oriundus, ac ante quinquennium, annos viginti natus, Societati adscriptus. Intra spartitum tam breve quantum ipsi fiduciæ pepererit virtutis è vocatione sua avidè arrepta, exercitataque occasio, in morte demonstravit. Ad extrema deducens adeò nihil horroris ob imminentem lucram ultimam sensit, ut, intimo perfusus solatio, circumfusos de genu socios inter animi sui jubilos, & tenerrimo audientium motu

Ee ee a cohors

Benignissimi
mē Nostros
excipit.

961.
Ceremoniæ
arum in
Consecra-
tione Epi-
scopi irri-
for sub-
mergitur.

962.
Dilingant-
dreas Hal-
lerus pie
moritur.

cohortatus fuerit : satagerent omni conatu perseverantiam in vocatione ad Societatem per bona opera firmam, certaque facere ; sic enim fore, ut iphi, cum olim tempus propinquus mortis advenierit, laeti Judicem sustineant, ac de gloria retributionis hilarescant.

963. Henricus Episc. Augst. Exercit. circa obitu- Sancta quidem, & privata duntaxat Sociorum iactui ex tam beato Andreæ obitu sese voluptas misfuit ; latius diffusum est solatum, quod Nostri haud minus, quam probi omnes conceperunt à sanctissimis studijs, quæ novus Augustinorum Antistes Henricus Knörringius regimini- primùm quidem non modò nil cunctatus est susceptionem sancti Ordinis, quo inter Sacerdotes referretur, maturare ; verum etiam ad id peculiari se præparatione accingere. Aptissimum in hanc rem fore judicavit, ut commentationibus pijs juxta ordinem, in quem sanctus eas Ignatius dispescuit, animum informaret. Ad negotii hujus, ex quo ad perfecti in Episcopo operis fastigium gressus moliri decreverat, felicem successum è Cælo impetrandum rarà admodum, nec multis usitata sese comparavit religione. Ternis Dilingâ leucis amoenissimi collis crepidini, quam

Violaviam à violarum quandam illic enascentiun copiâ Violaviam appellârunt vi- abit ut feli- cini, Templum perquam elegans est impositum ; expositâqne simul po- cera succes- pulorum venerationi Matris Inviolatæ imago, prodigiosis in cultores sum per DEIparam beneficiis nominata. Celebritatem loci insigni veneratorum acceden- tium bono tuentur, augéntque bini, terni Sacerdotes ex præclarissi- mo Romani Imperij Monasterio Kaisersheimensi, seu, ut Eruditis à Lo- rhario, ejus temporis Cæsare, appellatur Cæsariensi, cuius tamen con- ditor non Cæsar, sed Henricus, Lechgmundæ olim præpotens comes, cum Luitgardâ Coujuge ; auctor verò ipse Bernardus Cisterciensium Patriarcha. Refert Kaisershemium exordia sua ad Luciscellam, ejusdem Bernardini Ordinis Monasterium in Dioceſi Basileensi, inter centum Sexaginta suæ Familiax Domicilia à Bernardo, antequam ad cælum abi- ret, fundatum

Triennio, ex quo id conditum est, necdum clapoſo, ea incrementa coepit, ut duodecim suorum coloniam Kaisershemium sub primo Abate Beato Udalrico potuerit tamittere. Ad hanc sacram zedem, de qua superius loquebar, seu violarium vocare invenis, Cæſareensium culturæ commissum, seu fulgentissimam Lucis Cellam, ex qua Cæſareenses olim prodierunt, (utroque enim titulo hanc stationem rectè honoraveris) octavâ Martij Henricus Antistes summo mane peregrinatus est, atque ibi horis aliquot cominoratus, adhibitâ calidissimis pre- cibus Patronâ suâ DELparâ, optatam, quæ DEO accepta, sibi proficua esset, Exercitiorum spiritualium terminationem exorare instituit. Sero vesperi Dilingam reversus, altero mox die in religiosam sese, & quidem in propria sua arce abdidit solitudinem. Nemini de hoc recessu quidquam constitit, præter Georgium nostrum Salbij, quem ad ordinan- dam Commentationum piarum, quas præ manibus habebat, cum fructu feriem peculiariter eâ ex causa delegerat, quod is binis ante so- lüm diebus eadē Exercitiorum viâ emensâ, divinorum luminum ra- dios, & pios, quæ recens incaluerat ardores, aptius prout unicè desi- derabat Antistes, speraretur impertitus. Accessit, quod Georgius per annos jam quatuordecim Religiosorum, qui in sancti Hieronymi Collegio perquam multi, ut hucusque vidimus, temporibus illis adfuere, non

Sob dire-
cturā Geor-
gii Salbij
noſtri.

non mores tantum, exteriorēmque disciplinam, verū & conscientiae directuram interiorem magno omnium præconio, quod à prudentia & spirituale ædificium provchendi peritia obtinuit, ad id diei esset moderatus. Cæterū & Henricus & Georgius, quod pertractabant, ita clām noverant instituere, ut ne illis quidem ministris, quibus ad Principem quotidianus necessariò aditus concedendus erat, quidquam de sancto hoc negotio suboluçrit; creditūmque sit potius, Salbium, quod intermedij labentis hebdomadæ diebus ad Aulam vel à Principe accerseretur sibi, vel ipsemet ulro ventitaret, caulas esse, quæ ad munus & rationes Praefectus, quam in Hieronymiano Collegio Vir hic gerebat, pertinent. Verū, ut ut ambo, quam animi culturam suscepérint, studiosè, adnisi cclare fuerint, ipsa tamen luculenta messis, quantum boni seminataū interea sit, pālam ostendit. Patet hoc tumè scriptis aliorum, tum præcipue ex Caroli Stengeli, Abbatis olim Monasterij Anhulani, ex Ordine sancti Benedicti in Wirtenbergia, hodie occupati ab Lutheranis, commentario de rebus Augustanis. In hoc de Henrico memorat, statim ut ad clavum Ecclesiæ sedere cœperit, totis desudâsse viribus, ut Clerus reformaretur ac amotis, qui plebi aut offendiculo erant, aut spem emendationis non præbebant, aliū substituerentur castæ, probatæque Religionis & vitæ. Infatigabili zelo, quo Dioecesis totam hæreſeon illuvie conatus est emundare, piè arbitratus auspicia divinitus evocanda esse, Sacerdotibus universis imperavit, ut votivum quot hebdomadis Sacrificium in sancti Udalrici, Augustanorum Episcopi honorem, Numinis offerrent, & unum quidem ab uno quopiam Augustæ ad Templum, & Aram Tpetelaris hujus Praefulis. In eadem urbe aliud quotidie ad sanctæ Crucis Sacrum coram exposito, quod illic adoratur, Sacramento, volente sic Henrico, ut & apud Patres Dominicanos celebratum est, recitante simul collecto populo, & maximè tenerâ cætatu, Matris Divinæ Rosarium. Subsecuta est apud publicas privatâsque has preces ea favorum cælestium ubertas, quæ & ipsum ad majorem in dies extulit vitæ sanctorum, & heroo implevit robore ad magna illa pro DEO, & Religione molienda perficiendâque opera, quorum memoria singulis annis per decem propemodum lustra, quibus summo Ecclesiæ suæ bono Pastorem hunc DEUS Augustanis indulxit, occurret refricanda. Ad horum effectionem quod Societatis adlaborantis operam nequaque esse iniutilem censuerit, patentissimè profecto demonstravit, quando & ipse labores Sociorum in vigiliarum suarum pastoralium communionem assidue consuevit admittere; & Dioecesis suæ Parochos universos gratijscripto in hunc, & subsequentes absque limitatione annos commonefecit, ut Societatis homines, si quocunque tempore ad eorum parochias deferrentur; non tantum è disciplinæ propriæ & privilegiorum usu permetterent pro animorum salute operari, sed facturos, insuper gratum DEO, sibi obsequium, si, quoties opportunitas ferret, in curialis officij partes sublevandas accerserent. Quin & ipsis Novitiis pœstem fecit tum è plano, tum è suggestu agendi ad populum, si quos eorum Magister ad hoc munus judicaret idoneos. Fuit hæc pro Tironibus facultas posterior exinde favorabilior alterâ, ab Joanne Othono qui Henricum antecesserat, impertita, quod hæc unius duntaxat anni spatio definita exspirârit; unde quot annis pro alia concedenda novas iterare flagitationes oportuit; illam verò Henricus durabilem, quin opus sonet innovationem petere, permanere voluerit.

964.
Societatis
etiam No-
vitorum
operam
Parochis
omnibus
comende-

Cæteram ut sperabilis quoque fructus perpetuò confisteret, quem ex nupero in sacra Exercitia secessu tam sibi, alisque ad accuratas Episcopi impietas partes, proficuum sentiebat; statuit idem adjumentum regustare deinceps annis ministrum singulis, novoque spiritum vigore, & flammis animate. Locus ad hoc quietior Ursperga visus est, medio Augustam inter & Ulmam nobilem Sueviæ urbem spatio, Præmonstratenium pèrvetus Monasterium. Präerat huic Joannes Sausenthalius, Jacobi Milleri, quem nuper laudavimus, ut in Præfectura, sic in eximia pietate ac disciplinæ studio successor & æmulus. Urspergam certè, quæ à seris, ac præcipuè ursis, nomen traxit, qui per vicina lustra, densasque silvas latibula habuerant, cùm Iudeo Lutheri temporibus in veterem degenerasse videri poterat vastitatem, ita primæ, quæ vel superiorum frequentiam attraheret, restituit amoenitati, ut merito is, quem Urspergenes Insulatum simul Abbatem, ac natum & laurea simul coronandum Poëtam habuerunt, ita cantandum sibi putarit inter cætera.

Cœnobio Urspergæ est hirsutum nomen ab ursis,

Huic terræ quorum copia magna fuit,

Nunc jacet at domus hæc, viridanti in valle per herbas;

Prataque frondosis undique cincta jugis.

Fuit porro Joannes eâ apud exterios famâ, ut Supremus Ordinis Præmonstratensis Rector Francicus à longo Prato virum hunc per omnia subjecta sibi tam per Sueviam, quam Alsatiam & Grisoniam Familiae Norbertiniæ Domicilia Visitatorem Generalem constituerit, salubri planè consilio. Quippe cùm ob temporum acerbitudinem vix inevitabile esset inter Cœnobitas, varia in loca dispersos, paupertatis religiosæ laxamentum; in id maximè curas intendit Joannes, ut, cùm Monasteriis visitationi suæ commissis pristinam religiosæ vitæ normam duxisset, præcipuè ab omniandum, ac inusitatum probis Cœnobitis Proprietarij nomen extirparet. Hæc pietatis fama sub geminis maximè Prælatis, qui sibi non interruptâ serie in Rectione successerant, stabilita cum longè latèque per Sueviam differretur, mirum haud est, quod Henricus deinceps annis singulis Exercitia sacra per hebdomadem regustatus Urspergam, ubi suæ religioni vacaret, in primis idoneam judicarit, ut quæ à præcedentibus jam annis sibi innotescere, simul & commendatissima haberet caput; assumpto semper, qui eum dirigeret, suo è Societate Confessario.

Verum, ut Dilingam revertamur, ubi Antistes ex solitudine sacrâ egressus est, præventurus omnino, ne concepti recentissimè fervoris flammæ vel minimâ temporis morâ intepescerent, illico postridie pedem non aliò intulit, quam ad Aram; nempe ut ad illam in futurum non nisi legitimus Divinæ Hostiæ imminolator accederet. Locus, in quo initiari voluit, Aula fuit Academica. Pompæ & apparatu summa tota, in eo constituit, ut Sebastianus Breuningius, Adramytenus Episcopus, Henrici Suffraganeus, qui ad conferendum Præfuli, tum alijs propemodum tricenis Presbyterij sacros Ordines Augustâ evocatus fuerat, gravi admodum, & luculento sermone exposuerit, quanta in Ecclesiæ ministris integritas morum, ut status amplitudini, & officio satisfiat, à DEO æquè ac populo requiratur. Menis à suscepso Sacerdotio effluxit non integer, cùm recens initiatus hic Sacerdos Mathiam Mairhofium Academiz, & Collegij Diligani Rectorem, uti & Georgium Salbium, stabilem modò conscientiæ Moderatorem expetiit; ut comites secum in Montem Andecensem adduceret. In illius quippe sancti Montis, de quo

965.
Urspergen-
se Monaste-
rium deli-
giū ad repe-
zenda quot
annis Ex-
ercitia.

966.
Henricus in
Aula Aca-
demica Sa-
cerdos conser-
vatur.

quo alibi dicebamus, ac celeberrimi in Bavaria Monasterij Templo primum publicè Sacrificium ad Aram perpetrare Henrico placuit, attracto loci religione, & Praelati Alexandri Sauteri, antequam is ad Ottoburianum suum Monasterium, ex quo postulatus fuerat, gubernandum revocaretur, famâ, quæ Virum juxta totumque Cœnobium ab eximia virtute, & religiose disciplinæ exactâ curâ per omnem Bavariam celebrabat, atque etiamnum celebrat.

Excitârunt edita hæc ab ipso Episcopo Domi, forisque religionis exempla in alijs quoque viris, dignitate & genere conspicuis, tum laudabilem imitandæ pietatis ardorem, tum fiduciam Societas consimili operâ utendi ad ejusmodi animorum formanda negotia. Vir nobilis admodum, & opibus pollens cum nostratum aliquem in viciniam appulisse cognovisset, humanissimè flagitavit, suum in castrum digredetur, gravissima de religione dubia, quibuscum conflictaretur, expeditorus; quod & factum magnâ confusentis levatione. Comes item foemina, duobus Nostrorum in itinere obvia, summis precibus exoravit, suam ut in arcem unâ irent, operæ pretium fuit suscepisse hoc diverticulum, & ipsa loci Domina, & reliqui è familia universi, apportunitate non speratâ usi, emaculatis Confessione animis. Memorabilior ex fructu æstimari potest profectione Julii Priscianensis qui Collegij, simul & Academiz post Mairhofium Rector, ac hujus simul fuit Cancellarius. Pristino in more aliquot in Suevia Quadragesimæ hebdomadis peragravit Monasteria, exportus ubique tanto amantiora exceptionis officia, quanto magis experti fuerant in eorum annos inde commodi redundasse. Ac in primo quidem Ascetesrio septeni postulârunt, ut à Julio edocerentur, rite commeditari monendum, quem S. Ignatius cuilibet provitæ suæ instituto, ad perfectionem expoliendo tradidit. Idem præstît in altero (Ochsenhusanum id fuisse, nobilissimum Ordinis sancti Benedicti Cœnobium) Abbas cum suorum ternis: ceteri verò omnes collecti interfuerunt, cum vel sapissimè sermones habebantur ab Julio sacri, vel cum quotidie Academia instituta est veluti horaria, in qua Ordinis propriæ leges ac statuta fuerunt explicata. Cum duo Cœnobitarum Antistites à tertio facti essent certiores, fore illic Patrem Julium, supervenerunt & ipsi velut ex improviso, re ipsa tamen ex composito, pariterque spiritualia objerunt Exercitia. Unus ex his, ætate jam sexagenos emensus annos tantis, ubi domum postliminio rediit recessum hunc, ejusque utilitates extulit præconiis, ut subdit in Monasterio omnes enixe flagitaverint, facultatem sibi, tempusque tribui tam piè actuosa, & salutari ad spiritus instructionem persuerendi quiete.

Quos Academia virtute ac literis imbuendos accepit, fuere tam multi, ut majorem, quam hoc anno, suis numerum haud facile quisquam meminerit. In solo sancti Hieronymi Collegio Convictores fuere ultra ducentos; plures futuri, si ampliari tam citò potuissent ædes. Ampliatum tamen fuit utrumque Beatisimæ Coelitum Reginæ Sodalitium & numero, & egregius virtutum exemplis. Fuere, qui, ut retunderent carnis ad vitium ex stimulantis impetus, cum Benedictis ac Franciscis in dumeta se se aut nives abjicerent; vel immisisti in ardenter candelam digitis succensos ab Orco ignes terrestri elemento restinguerent. Etiam illi, qui, ut eosdem inferorum ignes evitarent, catholico Sacramentorum usum quæsierunt, solito, quam alias, fuere plures. Censi quippe sunt

967.
Eius exem-
plo magni;
Viri ad pie-
tatem excla-
matur.

968.
Julius Pri-
scianensis
varia Mo-
nasteria ude-
licet objec-

969.
Sodalium
Dillingano-
rum pietas
Stragita
Lycos
Gondylos
Isabellana
HyllusM
dys

sunt, qui hæresin ejus traxerunt, septuageni. Intellexerat interea Cardinalis, qui Romæ degebatur, Cæsar Baronius, celeberrimus Annoalium Ecclesiasticorum Scriptor, Dilingæ quidem ab Alumnis, quicis Gregorius Pontifex Decimus tertius viatu, vestitumque perpetuo liberaliter prospicerat, strenue laborari, ut & ipsi à virtute, & doctrinâ probè instrucci animorum Curatores evaderent; paulatim tamen labacere rationes pro illorum sustentatione oeconomicas; quod, nescio, quâ ex causa plusculo jam tempore decreta aliis alendis ducentorum ac mille scutatorum, quos Romani vocant, nummum pecunia missa non fuerit. Haud infra dignitatem suam, operæque pretium existimavit Purpuratus hic Pater, qui tam indefessus pro Ecclesia laboravit, etiam pro Ecclesie Ministeris sublevandis Itylum, vocemque accommodare. Itaque & libello supplici & coram sermone, pro auctoritate, quâ Baronius apud Clementem Octavum Pontificem, ut merebatur, præpotens fuit, facile impetravit, ut benignissimo decreto summa universa quamprimum expidiretur. Sempiternam profecto memoriam nullo non tempore exposcit haud optimi tantum Cardinalis Baronij favore procurata, sed longè magis, Clementissimi Pontificis, omniumque ejus successorum, continuata munificentia; quâ Sedes Romana Apostolica, cum ei magis opere quidem cordi sit instantia quotidiana & solicitude omnium Ecclesiæ, peculiariter tamen Angustianam complectitur, ut hujus unius commodis perpetuò vicenos ac ternos sustentet; de quorum religione, morum integritate, ac insigni doctrinâ totò confidat, fore, ut, ubi ad Sacerdotium, & officia, quibus destinantur, Ecclesiastica per venerint, expectationi abunde satisfaciant, quam & Diocesis, ejusque Antistes, & in primis sancta Sedes de Venerabili suo concepit Clero. Aestimari profecto fundatio hæc, quam à Gregorio decimo tertio exceptam, & post hunc à Sixto quinto continuatam Clemens modò instauravit, inde maximè debet, quod jam à centum annis instauratio hujus perpetuatio tam servetur constanter, ut inter omnes quantumvis graves, & variis temporum eventus, & ærarij Pontificij difficultates, quot annis tamen nutriendis Alumnis Pontificiis assignata pecunia, & quidecum in moneta aurea, Præsidibus Hieronymiani & Societate Contubernii, in quo sub eorum curâ, & gubernatione degunt, atque in Academia severioribus disciplinis erudiuntur, quotannis Româ usque fideliter & accuratè submittatur, ingenti lane, ac infinitâ gratiarum actione dignissimo beneficio. Gratam quoque memoriam hic ut referamus, promeruit Neuenkia nobilis fæmina, inclytæ apud Suevos Buebenhofiorum familiæ; quæ templo trecentos florenos, Collegio ducentos dono dedit; ex quo illud quidem sacræ suppellebitis, hoc vero librariæ incrementa accepit.

971.
Neuenkia
nata ex
Buebenho-
fis in Dilin-
ganos be-
neficia.

Ast nempe etiam, cum Dilinga Augustam transire meditamur subire nobilissimam Urbem nec lubet, nec fas est, quin publicam & quidem de publico erga Socios Collegij istius beneficio mentionem faciamus. Conscripterat Jacobus Pontanus vetustus Collégij Augustani incola, antequam diuturno Rhetorices ludo, moderatorum voluntate egredions rudem acceptaret, symbolas in omnia Virgilij opera, decem comprehensa voluminibus. Dedicavit has Augustano Senatum tam æstimatas eruditis viris, quos Augusta magno numero semper profuit, atque etiamnum profert, editis etiam monumentis celebres, tamque ab his Magistratui commendatos, ut is perpenso, quantum & nominis Augustanæ Reipublicæ à Pontani lucubrationibus toto orbe laudatis,

972.
Augusta
Jac. Ponta-
nus symbo-
las dedicas-
Magistrati

datis, & Urbanæ juventuti ad politiores literas eductæ commodi accessit; pro ea, quæ semper & eruditionem, & eruditos complexitur humanitate, non solummodo florenorum bis centum liberale Collegio honorarium misit, sed majus etiam utpote in ævum stabile beneficium adjectit, dum videlicet annum venticgal, quod pro concessso ad domesticos usus aquæ ductu exigi poterat, tolerabili transactione potissimum partem relui permisit, ac legitimis tabulis, quod transactum erat, perpetuo validum roboravit. Benefaciendi etiam Sociis occasionem more usitato, ac genti antiquitù velut innato prolixè tum arripuerunt Fuggeri, cùm evoluto triennij spatio Augustam Otho Eisenreichius Praeses Provinciæ Collegiorum Rectores aliósque è Sacerdotibus vetustiores evocasset, ut deliberarent, quem nomine Superioris Germaniae Romam de statu Societatis recognoscendo, aliisque negotijs eò pertinentibus in communione curandis, ut leges jubent ablegare cogitarent. Convenerunt, qui suffragij jus habebant terni ac viceni. Delectus ab his fuit qui ad Urbem Procurator pergeret, Paulus Hoffæus, quem Fuggeri viatico, cæterosque congregatos omnes liberaliter instructos quamdiu simul aderant benignè soverunt.

Hujus prædicta dedicatione munificencia.

Congregatio Provinciae specialis Augustae.

Fuggerorum erga Patres Congregatos liberaliter.

Adlaboravit corundem hæreditarius ad benefacta publico profutura servor in alio, quod moliebamur opere, ex quo universis, quatenus Augusta Catholica est, civibus advenisque ingens parabatur solatum, atque adeo duraturom etiam post mortem ac (Superi faxint) porrecturum se ad mundi usque finem perpetuis incrementis auxilium. Jam inde à calamitosis temporibus, quibus hæresis nequaquam una pulcherrimam nobilissimamque hanc civitatem turpaverat, unius intra coemeterij, quod ante Rubram, ut nominant, portam visitur ambitum mortuorum tam qui Catholici, cùm viverent, quæ Acatholici fuerant, tumulis promiscue inferebantur. Doluit, ut par erat, hæc permisio orthodoxis, qui cum preces etiam pro defunctis fusuri locum accederent, non absque amaro gemitu intueri cogebantur, confusa illorum ossa, quæ pleraque sacro linita fuissent chrismate, cum exuviis, quæ aut nullo prorsus, aut certè diverso ab Ecclesia ritu & contrario sensu de animorum in vita altera conditione tumulari solent: Itaque Sociorum, quam lubentes constitutimus, adhibuerunt operam, ut à Senatu obtineretur facultas pecuniam habendi aream pro sepulchreto, solis destinato Catholicis: Difficile res procedebat initio, multaque opus fuit nostrorum concursatione, sed Octaviani demum Fuggeri, qui eo tempore Duumviratum gessit, ac Philippi Eduardi, qui Octaviani Germanus fuit, autoritate & consilio, quæ pro DEO laborantibus prona semper, & contra omnes remoras prævalida fuerunt, persuasum est Magistratui, ut quæ diuturnis usserimus precibus, concederet: Ager assignatus est ante portam, ut appellatur Göggingensem, ubi sepulchretum muro incinctum lateritio, ac templum sumptu publico statueretur, Libripendis Archangeli, quem Dominus constituit super omnes animas suscipiendas, honoribus dedicandum. Imminuerunt Catholicæ quamprimum inchoando, quod cupidissime optaverant, ædificio; & quamvis sacra ædes insecuris bellorum incommodis bis fuit diruta, collatio tamen civium proborum, præcipue mercatorum ære non tantum bis fuit reædificata, sed ampliata & multo venustius exornata, ita ut hodie viæ brevitas, locique amoenitas magnum ad preces pro fidelium animabus fundendas eò deambulantium frequentiam pelliciat.

Eorundem opera perficiunt Nostræ, ut Catholicæ habeant diuersam coemeterium ab Lætheraniæ.

976.

Aliam cāmque gehinam lātandi in materiam oviculis suis, ac membris
pabulum Augustæ præbuit amantissimus Pastor Knöringius, cūm illuc
Dillingā profectus in celebritate, qua Christus in Eucharistia publicè ad-
otandus præcipuas per plateas circumfertur, ipsemē deportavit in
Hierothecā aurea gemmisque distincta, spectaculo tam ijs, qui Mysterio
divinos honores tributunt, jucundo, quām qui negant, inviso, cui ta-
men obturbando, in tanta recte credentiū, quāe jam tum invaluerat,
multitudine, quod vires deesse notarent, animus quoque defuit, adfuit
ex adverso augustinor multum quām priore anno splendor tum ex comi-
tantium suis classib⁹ tribub⁹que partitorum numero, tum ē signorum
& vexillorum, queis tribus distinguebantur pretio & elegantiā. Cal-
lucentibus item cereis, quos, aut certe flores, singuli gestant, qui
agmina circumneuntium compontunt, Novum & antea non visum pa-
tcendæ Augustinorum sanctæ simul ac eruditæ curiositati argumentum
sele obtulit, cūm prœcedentium pompa ad viam templo nostr⁹ perga-
centem pervenit. Aedi huic, quod exponebamus alibi, Salvator
mandi ut titulum præsidiumque suum indulgeret, jam inde à Dedica-
tionis die non irrita, ut speramus, prece exoratus fuit; adventanti itaque
tanto cæli terrarumque Domino ac Regi utique manueto, ne Salvatori
Hosanna aëcinentes decesserit, eorum vices Gymnasiī nostri juventus
explevit affixis per templi ambitum picturis Hieroglyphicis, Euchari-
stia Mysterio celebrando aptis: subiecta legebantur carmina concinnata
quidem à discipulis, à queis interpolatio tamen supervenit ab illorum Ma-
gistris. Coeptum prælente anno literario hoc ornamenti genus quotannis
hucusque in eadem solennitate continuatur, translatum tamen ex templo
in plateam publicam ad ædes, quas centenorum plūs passuum una serio
positas à Fuggeris donatas habemus, aptiore videlicet loco spectanti
catervatim & tota illa die legenti, atq; etiam describenti eruditorum mul-
titudini, quāe plerumque etiam Fuggerorum ibidem nomen legit, quo-
ties nempe ex illorum posteris aliqui nostro in Gymnasio, utpote nobilissima
ejusdem decora, eloquentia, aut poëeos facultati navant operam,
tum quippe assolent hi inter affixa, de quibus loquimur, symbola præ-
cipuam, quā totius ornatioris argumentum scitè coloribus exprimitur,
pieturam titulumque suspendere, Fidei, Religionisque Fuggericæ coram
Catholicis æquè ac Lutheranis patentissimum testimonium.

977.

Affixa pri-
mo carni-
na in hac
solemnitate.

Insecuta est non nisi triduo post altera solennitas tanto spectari dignior
jucundiōrque quanto ab integro seculo, Augustinis spectatu rarior, sui
nihilum consecratio Episcopi ipsis Junij idibus. Ut magna hæc & sa-
cra functio, ad quam omnis quantumlibet diversæ, quod ad religionem
pertinet, professionis universæ urbis confluxit populus majori cūm intu-
ctum perageretur fructu, voluit Henricus, ut Roseffius noster ordinarius
cathedralis templi, in quo ad Aram sanctæ Crucis, utpote omnium aspe-
ctorum expositam, inaugratio futura erat, prævia concione præsentem an-
nos ad ceremoniarum & rituum, quos jam dum visuri essent, dignitatem
& mysteria sanctius contemplanda præpararent. Inter postremas fer-
ræ dielio fuit, quas Roseffius in summa ædis Augustinæ sugestu peto-
ravit: Quippe, cum Eisenreichius ad inspectanda ex officio Provincie
Collegia trans Rhenum abiisset remotius, Roseffio ab Aquaviva Ge-
nerali imperatum fuit, ut propiora ipse Tyrolcos, Boicæque & Suvicæ
lystraret Collegia, hisso interea ad manus concionandi Melchiore
Degenhardo, qui tamen id non diutius obiit, quam ad Roseffii sub Aut-
umnūm reversionem: quanquam, prout audiemus, brevi denuo abi-
tū.

978.

Roseffius
conciona-
tur in con-
secratione
Episcopi.

979.

Missionis
Mindelhe-
niensis à
Melchiore
Degenhard
obit⁹ fr.
sus.

furi. Magnūm Degenhardus nōriēn attulerat ex obita paulo ante mis-
sione Mindelheimi. Ad sacerdotalissimam illuc Messen strenuissimum hunc
Operarium conduxerat eo tempore loci Dynasta, Christophorus Fug-
gerus tanto laboraturum alacrius, quanto sincerius non aliam mercedem
spectabat, quām ut pro animorum quāstu, quem in lucis ponebat, de-
sudando ob hoc beneficium sisteret se DEO magis gratum, ob benefacta
redderet magis gratiosum. Flagitanti multūm Fuggero Melchior ha-
beridis in templo Johstro Concionibus Monachij occupatus ægertimè fu-
isset concessus, nisi Episcopi Augustani tandem acceſſet autoritas. Is
quippe cūm ultimis quadragesimæ hebdomadis curionem Mindelhe-
miensis oppidi molte ſublatum intellexisset, audiffetque nominatim à Fug-
gero ad eam ſaltem temporis moram, donec aliis Urbi Parochus daretur,
Degenhardum expeti; quod is, quamvis apud summos plurimūm pol-
leret ob eloquentiæ famam: pari tamen dexteritate præditus eſſet, uni-
versos omnis conditionis homines ſacra facundia ad optimā quāque im-
pellendi præcipue is tamen genio ſuo aut zelo potius ferebatur ad pueri-
tiam, riūdēmque plebem primis Christianæ Fidei dogmatibus erudiendi,
in quo mirificè excelluit. Quā propter tam adulteriæ civium, quām te-
nieriori ætati consulturus Antistes Henricus vota Christophori ſuo etiam
ſuffragio poſtulatūque promovens, evicit demum, ut Melchior ad qua-
ter ac denos minimum dies Mindelheimiū mitteretur,

Enīmverò eſt operæ pretium memorare fuius, quā intra modi-
cam adeo coimorationem Vir hic apostolicus, & propriæ virtutis e-
diderit exempla, & alienæ ſalutis comparaverit lucra. Oppiduim
ingreſſuſ reētē ad domum contendit, quam leprā infecti habitabant.
Ibi coram viris prostratus in genua ſingulorū pedes non abluit tantum,
ſed & de oſculatuſ eſſet; ad tantam obſtupescenbiſ humilitatem. ad-
jeſcit pro ſingulis munuſculuſ: pro universiſ verbum ſalutis, quo illoſ
ad patientiam exhortatus eſſet, altera mox die cleruſ ex urbe ac vi-
cinia exoravit, ut frequens ad eſſet ad consultandum in communī,
quā ceremoniarū æqualitate uſuri eſſent; quatenus pér imminentes
Majoris hebdomadæ dies attemperare illas commode poſſent ad libros
ritualēs, quos Romana ſedes nuper emendationes in Germaniam mi-
ſiſſet. Quā ipſa deliberandi occaſione alia quādam ſalubria in-
ſeruit monita, ut perſuaderet, ne poſthac populo catechatim ac genera-
tim ad noxarum abſolutionem petendam, quiñ aut huiusmetum, aut
qualitatē enuntiarent, accurrere ſolito illam impertirentur. Viciſ-
ſim quōd animo proſpiceret, fore multos, qui proprio Curioni Deli-
cta ſub ferias Paſchales apetiri ſubterfugiant, pollicitus eſſet, curatu-
rum ſe, ne ex illa re ijs, qui dum in Ministeriis ad altare pertinentibū ſer-
viant, etiam ut de altari vivant, exigendi habentius, quidquam de-
crementi obveniat, id omnē fideliter compenſetur; quōd accuratē poſt
abundēque præſtitum. Ita cūm lubentes noctuſ eſſet in Evangelio,
gnavōſque adjutores, ſacros labores more ſuo auſpicatus eſſet à Caſti-
gatione corporis, ne ſcilicet nō modo, dum aliis prædicaret, repro-
buſ fieret, ſed ex adverſo, cuiꝝ exultatione veniens ex agro, cui
benedixit Dominus, uberes reportaret manipulos. Eam quippe ſi-
bi legem Christo ſervatori obſecutus fixerat Melchior, ut nunquam
Verbi Divini lucernam prælaturus, ſeu in ſuggestum ascenderet, ſeu
ad catechesin in planum deſcenderet, vel ad confeſſionalem ſedem ſe
conferret, aliudque alicujus momenti opus pro animorum tutela uſci-
peret, qui ſi nūl lumbos præcinctus ferratis armatā claviculis catenam,

Apostolice
illius Mi-
ſionis inſi-
tuenda re-
tio.

981.
Gravis ab-
uſus abſol-
vendi ge-
neralim
confuſio-
nes.

nudōque appressam lateri clām gestaret, ultroneo hoc cruciatu excitat, turus lese ad futuras, utique gratiōres Domino vigilias suas, & optatis remunerandas successibus.

982.
Cateche-
ses fru-
tus.

983.
Duorum
ab hæresi
conversio.

984.
Unius pre-
sertim in
publicum
causa.

Neque pia illum fiducia frustratum sūsse effectus docuēre: paucos & multis adduco. Ad catechismum & concionem, quas singulis diebus, alternatas tamen habuit, is fuit concursus ab omni ætate, ut apparitores locare in templa necessum fuerit, ne condensatus populus in ipsa extruderetur altaria: immiscuerunt se Catholicis etiam hæretici; quorum aliquæ ad Ecclesiam reverentes memoratu dignæ. Exterus quispiam, sed hospitatus apud inquilinum, obfirmārat animum, prōcul subtrahendi se ab æde, in qua Degenhardus concionaretur; nullum sibi à mille leucis dictitans occurrisse haētenūs de religione Lutherica scrupulū: neque occursum posthac; ut qui de Islebici dogmatis veritate certior esset, quād de solis quem videret, luce. Tractus tamen confluentium spississima copiā & curiositate magis audiendi, quā elegantia Orator usurus esset, quād quid veri propositurus, inter auscultatores se præsentem stitit. Neque, ut secundō veniret, opus fuit. Opportunè argumentum dictionis die illa Melchior elegerat pertractandi in commune Religionis catholicæ præcipua capita, tanta id claritate, ac probationum robore peregit Orator, ut Auditor Lutheranus percussus, dubitare primū, an non hucusque ambulasset in tenebris; angi dein, postremo planè errorem suum agnoscere damnarēque penitus cœperit. Quapropter ægrè taīndiu cunctatus, dum res divina absolveretur, infactus est concionatorem, seque ad pedes pervolvens veniam obstinatae proterviæ orare, atque aëtutum inter Orthodoxos recipi institit; gravissime indignatus civi, apud quem diversatus erat, dicam quoque impacturus cōrām Magistratu velut causæ unicæ tā diuturnæ in hæresi contumaciæ. Verūm prævertit alter hospitis juxta sui, & Senatus iram, nam & ipse sub idem tempus vietas tandem agnitæ veritati manus dedit. Jam anno Superiori imperatum homini ab Urbis Præfecto fuerat, sua, in quibus à Catholicis dissentiret, opinionis causas reddere. Dedit scripto & argumentis, suo quidem judicio tam firmis, ut infringi haud posse jactaret. Credendi ex vero hæc dici ansam dedit Parochi, quocum scripta hæc, ut exputaret, fuerant communicata in expediendis responsis cunctatio; utpote morbo primū, dein morte impediti. Utrumque ex ægritudine animi sua ad refutandas rationes impotentiae conscientij, evenisse consueta hæreticis thrasonibus audaciā interpretatus est; & conjecturæ fidem apud multos invenit, in clanculariis præfertim, quæ instituebant conventiculis, ut timeretur non modica vacillantium ruina.

Edoētus de hoc urbis offendiculo Melchior quamprimum occasionem quæsivit cum viro tam periculo agendi coiminūs. Itaque suæ illum domi convenit, sermonem amicè infert de religione, protinus alter sua depromere; venitur ad decertationem; cuius vim, cum adversarius ægrè sustinuissest, ipso post duas horas silentio aquam sibi hærere indicavit. Sed in discessu vox rediit, quāquam non disputantis iam, sed graviter expostulantis. Cum enim Degenhardus libros in mensa positos, ex quorum lectione sapiens hic idiota supra modum in Lutheranismo profecisse sibi videbatur, secum abstulisset; gravissime commotus civis, insequi per publicas plateas abeunte cœpit, altum vociferans; sua se, quæ carissima esset, supellestili persummam spoliari.

injuriam; conversus Melchior blandè simul graviterque expostulantem monuit: quiesce amabo, ac domum redi; & coram Deo quæ audi-
ris, quibus cōprobata argumentis, & quād arduum ad ea respon-
dere tibi fuerit, tecum recogita. Percussus tam seria veraque moni-
toris voce altercator, ubi solus totam disputationis seriem pacatior jāni
expendie, damnavit utique pertinaciam & fastuosam de seipso præ-
sumptionem, ac ejus coram testibus veniam à Degenhardo precatus.
Eidei Orthodoxæ professionem edidit. Perpetuus exinde ejusdem
sector palam testatus est, à multis jam annis utrum sibi desiderium
fuisse, ut diem viveret, in quo virum nancisceretur, à quo perfectam
dubitatum de religione enodationem consequeretur. Magnam Con-
versio hæc perniciem ab urbe avertit, magnam attulit utilitatem. Nam
& roborati vacillantes in Fide, & tracti, ut exemplum imitarentur,
intra paucos dies novendecim. Omitto summè frugiferos ejusmodi la-
bores enarrare pluribus: Unum hoc addo, cùm dies novi Magistratus
creationi ex more destinatus advenisset, populum omnem Mindelhe-
mensem ad curiam ubi Senatores collecti erant, advolasse. Ter-
ritis primum illis, & quid insolita concursio portenderet, anxiè quæ-
rentibus, intelligunt; depositulari à civibus parochum, apud quem
doctrinæ sanctique exempli pretia benè essent collocata. Melio-
rem haud inventum iri Degenhardo: hunc itaque curionem procura-
rent Mindelhemio. Offensura quamprimum Curia, adlaborare se,
quantum posset, ut communibus votis satisficeret; evocatum Melchio-
rem, gratis pro impenso in urbis totius commodum longè maximum
labore, profusissimè actis, æquè sollicitè flagitant: iisdem studiis pro-
desse porro civibus velit, provisuros se, ut & ipsi & socii victus ac
habitatio suppeditaretur ex Monasterio nuper deserto. Enimvero
quamvis rationes intervenerint, ob quas desideria expleri non possent,
subsecuta tamen sunt tempora, quibus Collegij Mindelhemensis positio
iplorum Principum autoritate fuit stabilita.

Non tam plana, ut hucusque dominus nostræ in planiore solo positz
afferre potuerunt, succesiere Collegijs alpinis. Interveniorunt subinde
alpera, quæ vel sentire habuerunt socij, vel timere saltem; ac Oeni-
ponti quidem in Tyroli, ut gaudere possemus ex discipulorum nobili-
tate, ac habilius ad literas ingeniorum præstantia: sic non parvum do-
lebamus ex augescente indies illorum numero; unde factum, ut propter
scholarum angusta spitia vel admitti omnes haud possent, vel inviti etiam
stolicos imitari, & magno incommodo ac lassitudine, quæ audiebant,
excipere stando compellerentur. Ex cogitata quidem varia sunt consi-
lia, multique tentati aditus, quibus ad laxiorem perveniretur Arcam;
sed præclusi omnes, ab illis maxime, qui tempore usi, quo Ferdinandum
Archiducem aliquamdiu à Societate malis artibus abalienatum olim
dicebamus, in unam alteramque scholam precario se immiserant, quas
confestim ad habitationis suæ usus accommodatas, nunquam ut postlimino
redderent, adduci potuerunt. Fuit, dum funis hic trahebatur, Oeni-
ponti superiore anno nobis memoratus Sebastianus Cattaneus. Hic
pro suo erga Societatem amore ac literarij profectus in juventute promo-
vendi cupiditate sedecim florenorum millia, quæ ut nuper Episcopus
Chiemensis ex redditibus debita Salisburgo exspectabat, ædificando
Gymnasio destinavit, donatione tabulis conscripta legitimis: quarum ex-
emplar, cùm ad Generalem nostrum Aquavivam misisset, alias etiam
ad sumnum Pontificem addidit, atque his uì, quæ destinaverat, Cle-
-
Histor. Prov. Cerm. Sup. S. J. Tom. II. Dec. YI.

Hh hh mens

Qibus la- mens Octavus approbatet, flagitavit; sic etiam obtinuit. Verum, **xandis pr-** seu, quia donator postmodum in Italiam reversus, ex longinquitate re-**rata subli-** missius urgere solutionem potuit; seu quia Regimen Oenipontanum, **dia sufflam-** exequendi Legati negotium tam invidiosum ob ingentia, quae prævide-**minantur.** bat, obstacula suscipere noluit: in irritum hæc etiam spes recidit, ac per integrum adhuc triennium ulterior magno cum incommodo & literarum detimento necessaria fuit tolerantia; salvo tamen & hujus apud DEUM & Sebastiani merito; qui utique serij in hac donatitioe animi mercedem accepit.

Aboletur Solatij tamen alterius supervenit materia ex concionibus ac Sodali-
preposte- tate Mariana. Illis ferventissimus jam à quinquennio Orator Michael
ra mortuo- Lederius, perfecit, ut multi consuetudinem præpostere piam omite-
lugendi rent, qua defunctos è cognatione lugebant; ut ad diem à morte tri-
consueta- cesimum usque domo se includerent; ne rei quidem Divinæ causâ in-
do Michaë- ullam sacrarum ædium progredientes. Ubi demonstratum nempe fuit,
lis Lederii multò sanctiorem, utiliore inque mortuis lucrum fore; si ad sacrificia
operâ. precésque pro illis in templo propè sepulchrum, cruce & aqua piaculari-
lacratum, fundendas, festis, profestisque diebus exiretur. Ex ad-
verso procedi cœptum est in supplicationibus publicis, non à plebe tan-
tummodo, sed à multo pluribus, quam antea, dignitate etiam generé-
que illustribus, qui non erubueré, cum extra urbem prodeundum esset,
religiosè peregrinantium ritu scipiones manu, corollas rosarij ex collo
Et oppug- pendulas præferre. Pulchrè & hoc gestum est: soliti fuerunt civium
nanti Co- aliquot congregati globi, revoluto annorum certo orbe, militari spe-
nobi licen- cie ac licentia in suburbanum Ordinis Præmonstratensis Collegium armis
tiofus me- id oppugnatum egredi; coactis loci incolis Canonicis expugnationem,
utique molestam, multorum vini congitorum profusione redimere, non
absque periculo, per hanc inconditæ plebis petulantiam DEUM haud
rarò, & graviter etiam offendendi. Arbitrati Socii, rem superis gra-
tam, & hominibus optatam se facturos, si consuetudinem nullo hone-
statis titulo probabilem exterminatum irent; Consilium hoc varijs Magi-
stratum classibus proposuerunt; neque hi, pro suo erga honestum &
æquum studio, opem abrogando mori negarunt. Addixere potius;
modo nostri è suggestu priùs vulgum, apud quem antiquitus usurpati
cujusque moris si quid tollatur, pro iurium sanctissimorum infractione
accipitur, dedoceant; quam iniqua hæc, & nulla vel legum dissimulan-
tiæ, vel temporum longitudine excusabilis tolerari, ulterius poslit, aut
debeat violenta hæc rei alienæ rapina potius, quam usuratio. Præ-
stítit hoc Lederius eloquentiā tam persuasoria, ut cum subinde Magi-
stratus præscripta penderent è valvis, quibūs vetusta Wiltinensium in-
vasio vetabatur; non modo, contrà, quam aliqui inaniter metuebant,
ulla ad compescendam seditiōnem mandatorum severiori iteratione o-
pus, etiam sequentibus annis fuerit; sed populus genio suo mōrigerus,
atque ad rapiendas, si ostendantur, salutares doctrinas perquam facilis,
quietè intra modestiæ limites se continuerit.

987:
Joannes
Stephanus
Walachia
Waiwoda
junior fit
Sodalis.

Cœtus in magnæ Matris clientelam ac venerationem collectus
novis ab gemino Sodale illustratus fuit splendoribus, novis ad vir-
turem incitatus exemplis. Joannes Stephanus, nominatissimi
in Pannonum historia Walachia Principis, seu, ut appellant, Waj-
wodæ, quem post mirabiles adversæ secundæque fortunæ castus Ge-
orgius Balta, supremus Cæfarei Militis in Transilvania duxit, jure, an-
in-

injuria (nam scriptorum sententia variat) è medio sustulit, vel filius, ut nonnemo scribit, vel quod ex supputata temporum ratione probabilius colligitur, nepos, Pragâ Oenipontum (incertum quibus ex eventis) perlatuſ fuerat, Orthodoxè educatus, probæque omnino indolis adolescens. Non tam cito in Gymnasium receptus est, futurus poëſeos Discipulus, ut non illico admitti flagitaret in Sodalitatem, cultui magnoe Dominæ, ut Hungar. pio ritu loqui usitatum est, congregatam, adscriptus est die, quo sanctum ejus cognominem, Stephanum veneramur; adhibitumque est receptioni celebritatis quidpiam. Accendentem ad altare Oratorii, ante quod flexis genibus, consuetam Sodalitum, Deiparæ in clientelam se mancipantium, formulam recitavit, duo facigeri; totidemque alii inde recedente, inter colluentes tædas sunt comitati; ex prima omnes & antiquissima nobilitate; duo videlicet Wolkensteinii Joannes ac Vitus, Guilielmus item Welspergius, & Bartholomæus Andrianus; interjectis etiam laudatoriis de laudissima Virgine hymnis Musicis, & sub juncto triplici ad gratulationem carmine, quod & prognosticon appellarès eorum, quæ ab hoc Principe manarunt in Congregationem, decorum ac perennantum in hanc usque diem beneficiorum.

Perennabit quoque apud socios non minus Oenipontani Collegij, quæm Sodalis ibidem Congregationis Marianæ venerabunda memoria Philippi, postmodum Cardinalis Spinelli, qui significationibus de Sodalitij hujus æstimatione, de quibus ad annum præcedentem retulimus, novum addidit, idque luculentissimum testimonium. Quippe peracta apud Cæfarem Rudolphum, ad quem à Clemente Octavo missus fuerat, nuper legatione, cum revocatus in Italianam, ut in Ferrariensem Principum urbe, cum tota ditione ad Sedis Pontificiæ jura devoluta, Legati vices ageret, ac Oenipontum denuò delatus, aliquot dierum spatio subsisteret; præclarè hac mora est usus, ad declarandum, quæm piè ac honorifice de hoc cœtu sentiret. Præcelsis enim titulis Archiepiscopi jam Colofensis, Policastrri Episcopi, Seminariæ Ducis, Cariati Principis, titulum quoque Sodalis Mariani addidit, noménque suum albo Sodalitij non ipse tantum propria manu inscrisit; sed, ut Petrus quoque Antonius Spinellus fratris filius, quem postea Rossanensem Archiepiscopum, tunc itinerum comitem, & caularum ad legationem pertinentium auditorem, ut appellant, secum habuit, idem faceret, hortatu & exemplo lubenter adduxit. Propensissimam eundem erga Societatem nostrósque omnes mentem, habuisse, jam suprà mirari desivimus; cum Petri Antonij Viri ab eruditione sacra in orbe Christiano; in Societate nostra à sanctimonia & virtute celeberrimi, fratrem amantissimum quidem fuisse legeremus: qui, præcipue ut suam erga indigos munificentiam, misericordia etiam eventibus à Deo compensatam, Philippus imitari vellet, perfecit. Dum Oeniponti moratus est tantus hospes, Aram, in qua sacris operaretur, in templo nostro, mensam, eamque frugalem, ad quam pranderet in nostro delegit triclinio, sæpè professus sermone, quem ex animo intimè serio profulsum nemo dubitari posse agnosceret: omnia se Societatis causâ velle; cujas prosperos juxta, & infelices eventus eodem semper sensu, quo universæ Ecclesiæ incrementa vel detimenta accipienda esse judicaret; succubitus sæpè illis, quibus Policastrri Dioecesis rexisset, laborum difficultatibus, nō tolerabiliores præstitisset Sociorum opera. Atque hinc, ubi mandatum accepisset discedendi in Germaniam, impetrâssetque à Pontifice Hilarium Cortesium Theatrum

988.
Item Car.
din. Spinel-
lus, ac ejus
ex fratre
nepos.

hum, Pontificii juris scientia & probitatis fama summa commendatum, qui cum potestate dignitateque Episcopi suis interea ovibus praeseret; impensè auctorem fuisse, ut, si qua in munera sui cura adjutoribus opus foret, homines è Societate adhiberet: suo autem ipsius animo, ut ad virtutis studium accendendo; vel ad horrorem doloremque de noxis ita commovendo, ut lachrymas tenere haud posset; plurimum prodesse, si Patris nostri Ignatii vitam crebro per volutet. Tantum hoc tanti in Ecclesia Principis de Familia rebus, ejusque Conditore judicium ideo referri oportere arbitror, ut jure etiam referendum cundem esse appareat inter Sedis Romanae purpuratos Senatores illos, quorum honorifica de Societate elogia tum ad defensionem, ubi necessitas postulat, tum ad perennem gratum animum demonstrandi memoriam, monumentis suis comprehensa tenet Societas. Certè, quantum Spinelli sententia, quamcunque in partem causamque inclinarit, pondus habuerit; liquet ex laudatione edita ab eruditissimo Viro Querengo, & ex Joannis Baptista Unna libro posthummo Inscriptionum: maximè autem illa, quam legimus patruo suo à Petro Antonio Spinello, fonti in Area, ut Neapoli vocant, Spinelliana impositam; in qua memoratur, extitisse Philippum muneribus amplissimis variisque, cum egregia laude administrandis, pietate, prudentia, dexteritate, & ingenti felicitate non imparem, ac omnibus æquè suspiciendum. Prolixiori huic encomio dubitum est, an non brevius quidem, significantius tamen, ob oculos ponat modestiam simul, ac testisissimi Spinelliz domus erga Societatem affectus constantiam Epitaphium, quod Neapoli in Societatis templo, ubi ponè fratris exuvias conditum aliquando diximus, sepulchro hisce verbis insculptam visitur.

Philippus Cardinalis Spinellus, ex Ducibus Seminariæ Episcopus Aversanus, hoc in templo cum Germanis, voti compos, conditur.

ANNO SALUTIS MDCXVI.

989.
Habenus
quoque
Collegij sta-
tus dubius

Vicinum Oeniponti Halenle Collegium pares ferrinè, quæ illud versabant vicissitudines, curæque dubiæ suspensum tenuerè. Monitus fuerat Ferdinandus, Archidux etiamnum Styriæ, futurus olim Cæsar e nomine secundus, Ferdinando primo Avo suo, jam eo tempore, quo Collegium Societati IESU Oeniponti posuit, decretum animo fuisse, ut Academiam quoque apponeret literaturæ universalis, quin id perfectum hucusque fuisse, obstatisse bellorum difficultates contra turcas gerendorum, quibus superandis æraria publica planè haud sufficerent. Equidein non potuit Ferdinandus remoræ hujus æquitatem non agnoscere: at, quoniam perspexit simul Oenipontani, qui tunc aderant, Domicilij proventus multò inferiores esse alendis, qui ad severiores literas profitendas adducendi forent, Magistris, de alio sustentandi hos fundo circumspectare coepit. Mirifice nimirum optimi Principis intentem cupiditas cooperat occasionem pandendi, quâ juventus in Tyroli æquè, ac Ingolstodii, ut ipsem paucos ante annos magno suo cum profectu expertus erat, sub novis præceptoribus omni scientia ac eruditione imbueretur. Comunicavit, quæ mente agitabat, Ferdinandus cum Mathia Patrule, Cæsaris Rudolphi fratre; is verò cum suo Cancellario, cui Gallius nomen. Hi gratificari quidem voluerunt Archiduci: quod præsentirent tamen, ægrè Imperatorem consensurum, ut ex antiquis reddituum fontibus novi, qui necessarii haud viderentur, sumptus derivarentur; suggessere consilium Rudolphi: opti-

optimum factu videri, si translatis Oenipontum urbem Halæ propinquissimam, Gymnasij discipulis, una & Magistris, futuri deinceps Academiæ Professores, unde Salem Tyrolis cætera, salariuni quoque secum transportent; quin ab Imperatore novas aperiri vestigium scaturigines, aut veteribus quidpiam subtrahi necessum sit. Rudolphus cæterorum quoque fratrum Archiducum, quorum præter Mathiam terci. adhuc erant superstites, exquirendam ratus sententiam; cum hi respondissent, totius negotij arbitrium se fratri permittere; consiliarijs, quos Oeniponti ad Tyroleos regimen habuit, facultatem dedit, redditus Scholarum Halensium Magistris destinatos; siquidem absque novo ærarij onere fieri possit, proventibus Collegij Oenipontani deinceps adjungendi.

Jamque de adunando utriusque urbis Gymnasio seriæ consultationes quamprimum habenda urgendaqne dicebantur; cum intercessit Dux Bojariz Guilielmus, de incommodis, quæ nobiliun Virginum Halæ degens Congregatio tum sibi, tum Halensi, quam habebat carissimam, civitati eventura metuebat, admonitus. Nnnirum etsi Guilielmus, quod loco suo ac tempore exposuimus, gubernationem utriusque Bavariae juraque profana in Maximilianum filium transtulerit; reservavit tamen libi curam & vindicationem rerum, quæ locis hominibusq; DEO sacris debentur. Quapropter, quod Madgalena Ferdinandi primi filia testamenti à se conditi executionem, ipso approbante Cæsare, impensè commendatam Guilielmo detulisset, isque delatam acceptâset; sui esse officij arbitratus est, ab Regio piissimi instituti Parthenone, quem Magdalena prima congregavit, procul arcere, quidquid obesse timeretur. Fovebat nimirum Princeps coetum hunc tanto sollicitus, quanto firmius insistere probabatur primigeniæ, quam sane acceperant optimam, disciplinæ. Itaque pro fiducia, quam è cognationis nexu erga Cæsarem avunculi sui filium præsumere potuit, datus ad illum literis vehementer hortatus est, ut à cogitatis absisteret. Exorditur à testamento Magdalene, in quo disertè illa mentem suam explicavit: decretum sibi pro Societate JESU, quam in Halense oppidum evocaret, non qualecunque domicilium collocare; sed ejusmodi, quo juxta instituti formam verè plenum & integrum Collegium, suo jam tunc sub Præside Joanne Rabensteinio cum Rectoris jure ac titulo agnosceretur, ac deinceps permaneret. Unde etiam ex opibus propriis, quæ sibi ex testamento parentum ac hereditate debitæ essent, abundè prospectum à se fuerit, alendis tot socijs, quot ad obeunda munia, quæ in alijs Collegiis ex more ac disciplina ipsorum exerceri solita essent, Halæ pariter suscipiendis, necessarij viderentur. Etsi porro nihil in Magdalene ac sororuim literis primitus, aut expressè memoretur; aliud tamen haud confici, quām quod de universalí sustentationis summa, utpote soli assignata Collegio, nihil detrahi, aut alio transferri queat. Ex adverso, quis Magdalene de Gymnasio sensus fuerit, liquido patefactum, cum ante iam viginti sex annos ipsa & sorores Halensi in urbe Gymnasium ædificarunt, utque perpetuum esset, à Ferdinando fratre, & alijs Archiducibus Decreto lanciri impetrarunt. Quin & pro illis, qui ex juventute scholastica cæteris alacrius bonos mores, doctrinásque haurire satagerent, peculiare suâ impensâ contubernium ædificasse. Jam verò, si extincto Gymnasio bona simul sociorum pars, eaque literatorum, haud amplius, quo dilendo, docendoque literas occuparetur, inveniret; futurum utique, ut Moderatores, qui suos nequaquam, ut segnibus inutiliter, sed proficiens in publicum laboribus strenue exerceantur, assuefiant; haud per-

Eo extinto
Oenipon-
tanum fla-
biliendi
consilium
datur.

Di Tua der
Guilielmus
Bav. Dux.

missuri sint, ut Halæ diutius incolarum numerus idem, qui haec tenus, desideat. Atque adeò eventurum, ut brevi ob sociorum paucitatem sublato Collegij nomine, Rectoris quoque titulus & jura supprimerentur, neque alio in Societate loco & autoritate censeretur, quām alia quæpiam domicilia, quibus Societas ex instituto suo non Rectorem, sed Superiorum tantummodo, ut appellant, mulūm imminuta potestate, ac Residentiæ nomen indulget, facultate penè Præpositum Societatis permanente, ut, siquidem ipsi libeat, omnes illic habitantes avocet, similius Residētiam aboleat. Id si fiat, idem profectò fore, ac testamentum Materteræ suæ, & universa quæ exinde consequuntur, evertere penitus ac irritare. *Quamobrem* (verba sunt clausulæ, quibus Epistolam Guilielmus terminat) *sacratissimam Majestatem tuam* & *meo* & *Serenissime Fundatricis nomine* etiam, atque etiam, *vehementerque rego*, *ut non modo Gymnasij bujus*, & *censum translationem non imperet*; *sed impedit*: *imò ipsum Collegium* & *Gymnasium autoritate sempiterna confirmet, stabilitatque*; *ut neque Majestatis tua successorum quisquam de Gymnasio transferendo, Collegioque dissolvendo cogitationem suscipiat*. *Qua in re* & *Reipublica Christiana commodabis plurimum*, & *Serenissima Fundatricis extremam voluntatem inviolatam custodiet*. *Quod ego juxta que mecum Virginum Collegium, à Serenissima Regina institutum, & propagatum, precibus, & quibuscunque poterimus, officiorum generibus Majestati tua compensare enixè studebimus*. Schleswaimij 29. Julij Anno 1599.

Ne Stilum postbac à priore diversum Lector mireris; nosse te velim, Auctorem, dum bac scribebat, morte abruptum, alteri reliquissima supersunt, enarrandi laborema.

His litteris tali ardore à tanto Principe scriptis effectum est, ut omisso unius Collegij extinctione alterius stabiendi consilio, in meliorum temporum spes erecta ambo persisterent.

Nec sine animorum detimento Halensium Sociorum opera carituros incolas, quotidiana laborum æquè ac fructuum incrementa probabant. Urbanus Concionator ordinariis in Parochiali Templo sermonibus alios extra Ordinem in nostro sibi addendos censuit; ubi etiam sextâ Hebdomadis majoris feriâ primus de Christi patientis doloribus ad Populum dixit, id quod deinceps inductum in morem hodiecum fieri cum maxima Auditorum frequentia solet. Alius, annuo fermè labore sparso circum urbem rusticos instituit. Carnes, diebus velitis comedere, Sacraenta Pœnitentiaz ac Eucharistiaz passim negligere, Extremam Unione etiam exhortescere solebant. Valuit ea viri infatigabilis industria, ut, quod post hominum memoriam extra Paschatjs tempus nemo fecerat, hoc anno sub Nascentis Domini, Pentecostes, & receptæ in Cælum Virginis festos dies, expiatâ confessione animis, ad Divinam Mensam permultis sisterent. Intra ipsam civitatem in Natali Domini Sacraenta suscipientium numerus fuit hoc, quām priore anno, trecentis capitibus auctior. Una fæmina jam à pluribus annis sub noctem à Dæmonie cultro, gladio, lapidibûs, quin & flammis velut à Dracone ojetis petita, à sincera tandem noxarum confessione invenit tanto malo

990.
In reducen-
do Sacra-
mentorum
usu labo-
rare utiliter.

remedium; quod, ut deinceps in variis morbis non à superstitionis carminibus, aut veneficarum artibus paterent, multis persuasum est, ingestaque sacrorum amuletorum, ceræ præsertim à summis Pontificibus hunc in finem sacratæ, quæ planè evulerat, reverentia: & illa quidem tanto expedita avidius; & accepta reverentiùs est, quod fæmina in partus doloribus, præsentem inde opem experta, illius desiderium in multis accenderat. Venire gaudebant in laboris partem ipsi scholarum nostrorum discipuli, Mariani præsertim Sodales; qui in rudibus instruendis, aut reducendis ad frugem alijs, ea præstabant; quæ vel animarum Pastoribus laudi darentur. Mereri vila est hæc adolescentium pietas, ut & Domus S. Catharinæ pro Convictoribus, & schola Humanitatis, superiori anno clausæ, rursus aperirentur.

Hoc eodem anno alia se nostris obtulit cùm de Revd^{mo} Brixinensi Episcopo, tum de sanctissimo Benedictino Ordine benè inerendi occasio. In pervetus D. Georgii Monasterio laxata (quæ horum temporum infelicitas fuit) regularis Disciplina, Unioque animorum Episcopi curam, opemque videbantur exposcere. Obsequia impensa Monasterio S. Georgij. 991.
Alexandro Is Fabro Generali Vicario suas hac in re partes commisit, eique adjutores è nostris dari à Superioribus petiunt. Profectus unà cum Socio Georgius Lautherius, eâ prudentiâ ac zelo rem gessit, ut positis simultatibûs, flexo etiam poplite veniam à se mutuò paterent, ad Legum suarum sanctitatem vitam, mōrēsque componerent: Unus etiam, qui Sacerdotio nuper initiatu ad Aram proximè facturus erat, ut tanto accederet dignior, complurium dierum meditationibus se Lautherio directore pararet.

EIAM Viri illustres itinerum causâ Halam delati propensum erga nos animum haud dubiis argumentis declarârunt. Franciscus Cardinalis à Dietrichstein, Spinellus Colloensis Archiepiscopus, & Episcop^r Rheyensis, ille ad Cælarem; hic ad Poloniæ Regem pro Pontifice legati sacris nostro in templo operari, & nostrum sibi esse à Confessionibus voluere: quod idem & Regis catholici Legato præstitum. Chiemensis Episcopus, de cuius liberali erga Collegium Oenipontanum voluntate suprà memoratum est, in Domo S. Catharinæ per trimestre hospitatus, pontificio etiam ritu nostras ad aras fecit, Ordinisque ac Confirmationis Sacra-menta administravit. Ut operantium dignitati sacer deinceps ornatus responderet, Regii Parthenonis munificentia fecit, quâ duo calices argentei inaurati, Casulæ septem, auro una, altera argento dives, quinæ ex holosericō sacræ Supellestili illatæ sunt; adiectis compluribus aliis, iisque pretiosis altarium ornamentis. Hospitibus extraneis in Collegio exceptis accessit domesticus R. P. Andreas Sylvius, à P. N. Claudio ad inspiciendas res Provinciæ missus.

Apud Constantienses, promissa abhinc anno deliberatio de ad-mittendo in Urbem Collegio trahebatur in longum, obfirmato adver-sis summorum Virorum vota, Magistratu. Re ad ipsum Cælarem Rudolphum delata, Friderico Comiti Fürstenbergio & Gallo Hagero Jurium Doctori negotium datum flectendi Senatūs. Cùm nihil supercesset, quod Principis ac communibus ferè votis opponerent, consensere tandem in ædificationem Collegii, iis tamen conditionibus; quas cùm tolerabiles alii, alii nostris Institutis adversas crederent, tempori mitigandas permittere, quām acceptare maluimus. Capiebat interea adnitentibus nobis nova in dies incrementa religio. Qui apud nostros deli-ctorum

995. *Multus è mo-
strō labore
in urbe &
vicinia fru-
tus.*

Qorum confessione expiaverant animum, supra decies milenos, reme-
rabantur trecenti. Novem supra tricenos ejuraverant hæresim, atque
hos inter vir ætate gravis, cuius Pater olim in hac ipsa civitate haud
incelebris quinti Evangelii præco extiterat. Sublevabat sæpè nostros
& accendebat ipse civium ardor, ad obstinarissimum quemque viam
nobis pandentium; submovebant ex ædibus manibúsque amicorum
infestos hæresi libros, nec dubitavit unus, ut corrupta cuidam adime-
ret Biblia, sua in vicem sana atque integra tradere. Nec minus ex-
templo, quam verbis cominendabant, veræ Fidei sanctitatem; chari-
tate maxime erga pauperes; ægrotos præcipue, quibus, quod ab aliis
emendicabant, hilariter suppeditabant. Extinctas in primaria fami-
lia periculosas discordias, in grave propediem incendium erupturas,
Senatus ipse, qui placare obstinatos dudum frustra tentaverat, nobis
est gratulatus. Ter insuper & vigesies in pagos æquè ac arces No-
bilium vicinas excursum est. In Parcchi, cui ad extremum usque
Spiritum ministraverat, demortui locum, novem Mensium spatio de-
sertum gregem pascere compulsus noster, magno id præstitit animo-
rum fructu; dum & rudein populum, religionis Mysteria edoctum,
in fide continuuit, & à Zwinglio deceptis viam ad veritatem aperuit.
In octiduana celebritate, qua Reverendissimus Præful Weingartensis
Sacratissimum Christi Sanguinem è veteri in novum Sacellum memo-
rabilis Pompa transtulerat, evocatus è nostris Sacerdos quâ commen-
datione ad Populum dixerit, inde æstimes, quod intra octiduum unum
illum quinques audire dicente voluerint. Ad nostram vero do-
mum Constantiam cum uno religioso alias è Reverendissimis Abbat-
ibus venit, animumque sacris S. P. N. exercitiis, magno Spiritu pro-
ventu solatioque excoluit.

996. *Abbas
Weingar-
tenfis no-
strum evo-
cat.*

997. *Abbas alius
S. P. N. ex-
ercitii obit.*

998. *Lucerne
augentur
schola, &
redditus.*

999. *Et à Guili-
elmo Bava-
ro thesau-
rus templi.*

1000. *Lucerna-
rum pietas
SS. Reliqui-
as nostro
templo in-
ferentium.*

1001. *Albertus &
Isabella Ar-
chidiuces
invisiunt ad
Collegium.*

Apud Lucernates ea res Collegii incrementa cepere, ut ad Scho-
las priores hoc anno Rhetorica, Dialetica, &c, quæ de moribus agit,
Theologia accesserint: quorum Magistri ut alerentur, approbante Nun-
tio Pontificio Joanne Turiano, ex Ecclesiarum ærariis trecentos co-
ronatos annuos Senatus assignavit. In Bibliothecam quoque egre-
gia magnorum Virorum liberalitas fuit. Alphonsus Casatus Philip-
pi Hispaniarum Regis ad Helvetios Legatus Alphonsi Tostati, Abulensis
Episcopi, opera in tomos viginti quatuor distributa: Gabriel Leo Colle-
gii Canonicorum Præpositus Cælaris Baronii septem tomos priores do-
navit, cæteros se daturum pollicitus, cum primum prodissent. Ac
multum hos superavit repetita Serenissimi Guilielmi Bavariae Ducis
Munificentia. Superiore anno sacrum Virginis è Societate B. Ursulæ
caput nobis submiserat: isto complures aliorum Divorum reliquias re-
giæ exornatas ad Illustrissimum Prætorem misit, eo pacto, ut ne in
alio quam Societatis templo publico fidelium cultui proponerentur.
Liberalitor magnificèque tanti Principis voluntati à Senatus Populique
Lucernensis pietate satisfactum est. Destinata sacræ celebritati die
ad Princeps D. Leodegarii templum deportata sacra Lipsana, uniuersaque
in Ferculum pulchro ordine composita sunt. Inde longissimâ Pom-
pâ, comitantibus omnibus Religiosorum Virorum Familiis, inter tubas
ac tympana processum est, nostræque ædi illatus facer thesaurus, Vi-
ris illustrissimis Casato nimirum Regis Catholicæ Legato, & Jodoco Pfaf-
fero Urbis Prætore pio oneri succollantibus. His beneficiis alias magni-
orum Principum erga nos favor accessit, cum serenissimus Archi-Dux
Austriæ Albertus cum Conjuge Isabella Hispaniarum, uti vocant, Infan-
te

te in has terras delatus ad nos inviseret, magnaque offendiceret clementissimi erga Societatem affectus ac benevolentiae argumenta.

Pretiosiores multo animorum fructus idoneus culturae Lucernensis ager dedit. Virgo ab adultero inclusa, & armata manu postulata flagitium, vulnus accipere, quam dedecus maluit. Viduae duæ, quas cum liberorum multitudine egestas premebat, oblato, quo domesticum onus levarent, pretio, famem sceleti præhabuere. Uni expiandi apud nostrum animi cura saluti fuit. Leno in urbem advenerat magnis Viri Ecclesiastica Dignitate clari scribam professus. Missum se ferrebat, ut, si quas ob formam Herj amoribus dignas judicaret, secum abducearet. Incidit in unam, quæ placuit quidem; sed cui horro erat omnne cum sacratis DEO Personis commercium. Ergo omessa deinceps Heri mentione, honesta in speciem offerens, ut sibi nubat, petit. Puerilla, magni nominis hominem rata consentit; annulum capit: in certam profectionis diem condicit. Ad iter jam ferre accinctæ animus injicitur faciendæ ante abitum Confessionis. Noster pueræ simplicitati metuens, cautam esse in re tanti momenti jubet. Partuit illa monenti, rēq; diligenter explorata deprehensum est, jam alteri conjugi obstrictum esse deceptorem. Complures in utroque Sexu, quantum injectus pudicitiae amor valeret, vincendo docuere. Nec pauciores à contraria eaque inventerata consuetudine abstracti. Hos inter Sacerdos longo pellicatu implicatus, cùm nostros ad certum extra urbem locum venturos intellexisset, omni studio ad conscribenda totius vitæ delicta incubuit. Dein suscepimus magno sanè ac difficiili itinere ad nostrum delatus ea doloris vehementia, & copiæ lacrymarum le reum egit, ut has etiam audienti expresserit. Nec opus erat de amovenda occasione monere, quam jam ante discessum ejecerat. Hujus generis mores ac vitam hoc anno deseruere permuliti: hæres in verò duodeni. Juverit hīc etiam meminisse Virginis DEO sacræ, cæterauim Præpositæ, quam olim ipse Udalricus Zwinglius Hæresiarcha è sacro fonte levaverat. Huic nihil ita in votis erat, quam ut ante vitæ finem gratiam sibi DEUS facheret, exomologesis apud unum è Societate faciendæ. Audiuit cælum preces, cùmque sextum jam annum supra nonagesimum ageret, noster casu delatus ad Monasterium rogantis confessionem exceptit, illaque jam voti compos, ac plena solatio post mensim obiit.

Apud Friburgenses quoque res Religionis tñà ac Societatis belle processere. Crescebat ad sacra tribunalia ventitantum numerus, intellique à Confessione & nostris suis oribus antè alieni, utrisque jam prolixè utebantur. Ut concionum ac Sacramentorum causâ adire nostrós licet, libenter mercedis partem à Dominis detrahi patiebantur servitia. Plurimum dicentis ad populum, ea præcipue, qua superstitiones exagitata oratio valuit, allati, ex quibus didicerant, docuerantque libri, & gratiae dedocentibus actæ. Auctoritatis præcipue virum iniuncti quidam ad nos divexandos induxerant. Ut poneret aversum animum, satè fuit, scimel nostrum audivisse dicentem, cum ipsa oratione finem animi, obrectantium fraude occupati, alienatio habuit: postridie nos veniam rogaturus accessit, amorēmque deinceps ac benevolentiam promisit. Luculentius in dies emicabat animorum causâ certam ad nos properantium ardor, adeò, ut Festa omnium Sanctorum luce ægra conjux maritum exorarit, ut sublatam in humeros in D. Michaelis Montem, cui nostrum insistit facillum, deportaret. Ex ipsius Prog. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

1002.
Castitas
fortiter de-
fensa.

1003.
Concubi-
narius ver-
penitens.

1004.
Nostrorum
obsequia
ambienti-
um fervor,
& fructus
coctio-
num.

Kk kk sa

1005. **Sacrilegio Communionis personam.** **la.** B. Virginis Eramo venere, qui aliorum hortatu & experimentis animati res animæ, Rectore nostro, componerent. Ad Divinam Men. Iam tot inter puros convivas unus gravi scelere folidatus accessit. Adfuit continuo Ultor DEUS. Ita sacræ species gutturi adhæsere, ut in proximo suffocatio esset. Lacrymas tum quidem dolentis animi testes fudit, & facto integræ confessionis voto, evasit periculum. At liber à discriminè de die in diem distulit, exsolvere promissi fidem. Adfuerè severi monitores, & diurnis & quæ ac nocturnis terroribus diversa spectra morosum debitorem ursere. Vanum erat retento scelere ad pia opera perfugium. Nocte quadam ultimum Monitorem audiuit, qui nocturnut adiret, severè imperavit, prænuntiato, si ultrà moras neeat, certo interita. Effecit hic quidem bonas officij Magister metus, ut postridie animum conscientiâ sceleris, sciplum suppicio liberaret.

1006. **Egregia Sodalium dum primum de se ipsius vita.** Mira Juventutis responsa ad Catecheticas questiones è memoria promentis alacritas magnam conciliavit ultissimæ functioni frequentiam, cui datus ab Adolescentibus ad Infantis divini cunas Dialogus etiam lacrymas expressit. Sodalium D. Virginis ardor & innocencia sive orandi meditandique studium cum carnis afflictione, etiam in sanctis Viris laudanda conjunctum, sive relatas non ab uno tentatore palmas consideres, impensam sibi operam compensavit uberrimo fructu. Unus vestium nitori ac elegantiæ ante omnes deditus, ægrè improbantem, quisunque accederet, Monitorem audiebat. Semel Deiparæ Sacellum ingressus, cum paupere modestissimæ Virginis habitu vestium suarum vanitatem conferens, ita scipsum erubuit, ut inde progressus se sponte in lutum abjiceret, vestisque, ut erat, undique maculata, se obviis deridendum offerret, memorabili sane in placendi cupido & adolescentiæ victoriâ. Alium laudata passim forma, dotésque corporis admiratorem sui, cultorumque effecerant. Hic tot inter monita & exempla meliore Spiritu impulsus in locum calvarii asservandis destinatum se abdidit, atque harum inter ac ossium sparorum tractationem ac oscula, fugientis formæ & rerum humanarum finem contemplatus insignia deinceps sui ipsius despiciunt exempla præbuit. Inde mirum videri non debet, prolata extra civitatis pomœria Sodalitatum nostrarum famâ, cum nostri foras ad obeunda Societatis Munia evocarentur (evocabantur autem sæpiissime) extitisse non paucos, qui ut ipsi quoque Sodalibus adscriberentur, ardentissimè peterent. Domi memorabilis præterea duarum Familiarum à multo jam tempore gravibus odiis dissidentium concordia fuit. Nec minori gratulatione alterius Viri quinquagenarii palam adulteri excepta mutatio est. Legitimæ conjugi jam annos abhinc viginti ejusque substituerat pellicem, à qua, quod liberos inde suscepisset, ægerrimè sperari separatio poterat. Dedit tamen manus instanti per nostros Deo, pellicemque dimissa, cum vera rufus uxore convixit. Iстis ad meliora reductis quinque præterea & viginti hæresin execrati accelsere.

1008. **Pia liberalitas Guilielmus Bavariæ & Fuggerei Widow.** Hi Friburgensium Sociorum tam fructuosi labores nostris etiam extra Helvetiam Patronis digni sunt visi, quos piâ liberalitate solarentur. Guilielmus igitur Bavariæ Dux Rectori Collegii, soluto patrum Provinciae Conventu, ad suos reddituro pretiosam ex ebeno & argento thecam, sacro D. Polycarpi ofce insignein, ac duo præterea Sanctarum è Divæ Ursulæ Societate Virginum Capita donavit, quæ pretiosis pulvillis incumbentia magna florum, margaritarumque copia exornabant.

bat. Et ne, quæ Patriæ templo ubique ditabat, ignota exteris esset Fuggerorum pietas, Jacobi Fuggeri Senioris vidua Eucharistico Nanni adorantium oculis decentius exponendo, majorem ex argento inaurato Hierothecam submisit, pretiō centum aurorum.

Bruntrutanorum Patrum caritas domesticæ necessitatibus penè ob-
lita, totam se fublevandæ literaræ potissimum juventutis paupertati im-
pendit. Quotidiana à ditionibus subsidia emendicaverant multis :
plurimū mox ab hoc onere illius Meccenatis pia liberalitate decessit,
quā in ultimis tabulis florenos mille omnino & sexcentos pauperi Scho-
la nostræ juventuti legavit, quæ summa ad censum elocata octoginta
florenos annuos reddidit, magnum adolescentibus à fortuna magis, quam ingenio desertis, subSIDium.
Valuerint ad persuadendam hanc,
literarum Patronis Munificentiam, quæ nostrorum precibus accede-
bant, publica non tam litterarii profectus, quam egregiæ pietatis ex-
empla, quibus iij ante omnes, qui de sodalito magnæ Virginis erant,
approbationem omnium affectumque merebantur. Pridie Parasce-
ves pauperibus duodenis pedes lavere, epulum instruxere, mirâ mo-
destiâ & alacritate ministravere, ac totidem postridie horas ad Domi-
ni sepulchrum sunt comprecati. Conticuerant ora minùs casta lo-
quentium ; cum nemo, eorum aliquo audiente, verbum proferret li-
centius, quem non illico aut reprehensione modesta, aut verecundo
rubore sui admonerent erroris. Ad tuendum vero animi nitorem iüs-
dem auctoribus quotidianam actionum suarum discussionem in mo-
rem induxerant multi. Nec ægris sua patiebantur deesse obsequia,
quorum vel egestati, ut licebat, consuluere, vel pio saltem alloquio
ad patientiam excitârunt. Nostris curæ cuiprius fuit, intactam
à grossante circùm hæresi servare religionem. Quini ertores novitos de-
testati ad sacra vetera rediere. Hos inter fuit, qui cum sanus nullum de no-
stra fide sermonem ferret ; à morbo tamen prostratus, Patrisque sapientiæ
ad eum revisentis caritate captus, verba primùm ad aures, mox
agnitam inde veritatem admisit in animum. Catholicis tantus pesti-
lentis doctrinæ injectus est horror, ut Matrona urgenti Marito, ut hæ-
retici amici nuptias in loco hæretico celebrandas suâ præsentia coho-
nestaret, alia omnia perpessuram potius, quam imperata facturam af-
sereret.

In Pontarliaca apud Burgundos Missione sub Adventu, & Magni
Jejunij tempus duorum è nostris indefessus labor pares operæ fructus tulit.
Unus eorum, excepto Sabbatho quotidie semel, Dominico die bis di-
cebat ad Populum : alter quotidiana catechesi parentes, liberosque
christiani hominis officium, modumque Sacramenta ritè suscipiendi do-
cebat. Tantus inde in nobilioribus etiam primariisque utriusque sexus
non discendi modo, sed docendi extitit ardor, ut collectos ad ædium fo-
res mendicos audita docerent, doctos elemosynâ donarent. Utrum-
que docentem conferta semper multitudo circumstebat, cuius una per-
petuò vox : Jesuitas, ut oportet, christiani oratoris nomen sustinere, ita
suis coloribus depingere vitia, ut ea nemo non oderit : sic commendare
virtutem, ut ejus amore nullum non inflammet. Turmatim ad hospitij
fores prodituros operiebantur, ut certus haud potuerit iniri poenitenti-
um numerus. Fæmina cum fororem, ut Patrum uni confiteretur, Pon-
tarliacum advocabasset ; hæc dein filio, veterano militi ut idem faceret,

K k kk a

per,

1609.
Nostrorum
charitas in
sublevanda
egestate
studiosæ ju-
ventutis.
1610.
Legati in
hunc finem
1600. flo-
reni.
1611.
Sodalium
egregia
pietas.

1612.
Nostra cha-
ritas hære-
ticum æ-
grotum re-
ducit.

1613.
Mirus ex
catechesi
fructus.

1014.
Pontarlia-
censum
gratitudo
& affectus.

persuasit. Restitutus Marianij Rosarij honor & usus. Abolita jurandi consuetudo: Usurarij contractus ad jus & æquum summa fœneratorum voluntate reduci. In vicina quædam loca sive fraude hæreticorum, sive negligentia Curionis infundere se hærefis cœperat. Itum eò confessim, locique primores edocti, quid fieret, accelerârunt suffocando in cunis malo remedium. Impensam sibi tam salutarem operam, quam grato animo Pontarliacenses agnoscerent, argumento fuit, quod Vírum ablegârint, qui & gratias communi nomine ageret, idemque obsecuum, in annum sequentem ardentibus votis exposceret. Quin cùm è Bruntrutano Collegio bini sub proximam æstatem ad S. Claudium Religionis causâ peregrinarentur, ij Burgundionum, quacunque incedebant concurfus erant, ut, quos vel uno in loco confitentes audierant, sexcentos numeraverint.





HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS JESU.

PARS SECUNDA.
DECADIS SEXTÆ
ANNUS DECIMUS,
SEU
CHRISTI MDC.

S Y N O P S I S.

 *Ospitalensis Missio & Windischgerstensium Conversio memoria. bilis n. 1015. & seq. Lunacensem 49. n. 1020. & Anna ab Eck. n. 1021. Oettingana V. voti damnat breticum. n. 1022. Raitbaslacensis Abbas Congregationis Octingæ Praefectus & Benefactor. n. 1024. Octogenarius primum confessus. n. 1026. Illitterati mirabilis confitendi ratio. n. 1027. Pfaffenbusiana Missionis fructus egregius. n. 1028. Abbas Weingartensis in Collegio valetudinem curat. n. 1033. & seq. Multi Principes simul Eberstergam invisunt. n. 1035. Viri nobilis conversio. n. 1037. Mansuetudo Confessarum multarum conversionum causa. n. 1038. Trium rerum mira conversio. n. 1040. Regularum Societatis libellus mirè satutaris n. 1041. Ingolstadienses nostri desertis à Parocbo pestis tempore serviunt. n. 1043. Conversiones baretorum notabiles. n. 1044. & seq. Civis Ingolstadiensis in fide constantia. n. 1046. & septennis puella. n. 1047. Novæ lucubrations Gretseri. n. 1049. Admiranda Sodalis Caritas. n. 1051. Allerstorffensis Templi B.V. dedicatio celebris. n. 1052. & seq. Sigismundi Fuggeri Ratisbonensis Episcopi mors & elogium. n. 1055. Ratisbonensis juvenis Conversio & Constantia n. 1056. & seq. Confirmationis Sacramentum à morbo liberat. n. 1058. Confessio virum fætum impetrat. n. 1059. Jacobi Luzij mors & elogium. n. 1063. Simon Felix pio astu Martem capit. n. 1064. Tironis egregia in vocatione constantia. n. 1065.*

Hist. Prov. Ger. Sup. S. 3. Tom. II. Dec. VI.

LII

alioa

Aliorum patientia. n. 1066. Vidua Helfensteinia & aliorum in Laster
spergentes beneficentia. n. 1069. Dilinge Convictus floret. n. 1070.
Henrici Episcopi favores & exempla. n. 1071. Evocatum fructu
nostru ad Monasteria. n. 1076. Tabellarius ad confessionem inducit
Nobiles. n. 1079. Elvaciensis ager excolitur. n. 1080. Odavia
aus Secundus Fuggeras Augusta moritur. n. 1081. Puerorum de be
reticis victoria. n. 1083. & seq. S.P.N. Augusta adolescentem sanat.
n. 1085. Andreas Austriae Cardinalis Rome moritur. n. 1086.
Innotescit mirè. n. 1087. Civitas integra Societati; pagus DEO ac
Domino suo conciliantur. n. 1089. & seq. Confirmationis Sacramentū
reddita sanitas. n. 1092. Intentata Oenipontano Collegio lis adju
dicatur à Casare. n. 1093. Illustris Viri mira visio. n. 1094. Ge
nipontana Sodalitatis fervor. n. 1096. & Halensium exempla. n.
1097. Einsidensium P. P. in Hugonem Rosoletum Caritas. n.
1100. & seq. Lucernates in nos benefici. n. 1102. Friburgen
sum Sodalium virtus. n. 1103. Restituta publicè fama P. Bertino.
n. 1108. Pontarliacensium fervor & gratitudo. n. 1110. & seq.
Rudolphi II. ad Clementem VIII. littera. n. 1114.

1015.
Hospitalen
sum subdi
torum re
ducio.



Unc annum orbi Catholico Jubilæum ausplicari juvat à lœto
successu, quo Hæresin Lutheranam è Sede, quam annis
quadraginta tenuerat, quatuor mensium spatio expulit
unius è nostris Apostolicus labor. Hospitalium in Au
stria Superiore celebre quondam Asceterium, tunc regu
lare Collegium erat, in quo pauci Sacerdotes cum De
cano, ut poterant, Religiosum nomen cultumque sus
tinebant. Subjecta ijs haud contemnendi nominis Toparchia parebat,
oppidum unum (Windisch-Gersten appellant) pagos nonnullos, cum
sparsis circum prædiis non paucis complexa. Quæ nullam Germaniæ
partem intentatam reliquerat, in Austria le quoque infuderat Hæresis,
rusticis eo maximè titulo grata, quod elevata ubique Magistrorum Au
toritate, incognitam Evangelio, perniciem Paci publicæ libertatem
prædicaret. Hospitalensium Subditos tanto facilius infecit contagio,
quod Decanus, qui obseruere debebat, admitteret lubens, immo ipsem
profiteretur doctrinam, quæ suis cupiditatibus tam prolixè velificaretur.
Quem è novo Evangelio hausisset spiritum, mox prodidit, duò publicè
in uxorem, quam pridem Sacrilegus Mystra clam aluerat, concubinæ.
Neque satis habuit, cernere lupos impunè grassantes in gregem: soci
um femei pluri & caput adjunxit: ut cum his subditi omnes vel nolen
tes ulularent, blanditijs, minis, vinculis adegit. Sub tam pestilentia
capite integra Religiosis cæteris sanitas stetit; murum se opposuere pro
domo DEI, tantumque instissimis apud legitimos Magistratus querelis
effecere; ut abrogata, quâ per annos aliquot in communem perniciem
abusus fuerat potestate, loco cedere, solumque vertere apostata su
goactus.

1016.
Origo mali
Decanus
Apostata.

Terni

Terti, qui interea rerum potius fuerant, Decani, Catholici quidem omnes; res tamen Religionis eo, quo acceperant, statu, afflictas, perditásque reliquerant: Sive curae non fuerit reparatio damni, quod ipsi non fecerant: sive rem sibi esse cum phreneticis cernerent, quos cum sanare non possent, timebant irritare. Et quid pacatum sibi tantò inferior Magistratus ab offensis promitteret, quibus adversum Cæsaris Mandata animos Evangelica libertas indiderat? Lutherani verbi Ministrum turbulentum, ac moribūs infamem, quem ab officio locoque discedere Imperatoria iussa coegerant; iidem paulo post tympana inter tibiásque reductum, cuntem ad cathedram ac redeuntem armati stuprunt. Cùm dein idem, qui in Sueviæ, Franconiaeque rusticos cùm novo Evangelio immigraverat, Rebellionis Spiritus, etiam Austriacos arripisset; Socij perduellium ferè omnes: aliqui etiam Duces extiterant at incentores. Ludibrio erant Decanorum imperia. Nam quomodo ultrà coerceri se humanis legibus sinerent, quos à Divinis novæ Religionis prærogativa absolverat? Depressis tandem nonnihil rebellium clade supplicioque animis, opportunè Decani dignitatem adeptus est Joannes Jacobus Gennerus, Vir sanguine, litteris, ac Religione clarissimus; qui maximo sanè Religionis commode annis uno & triginta in Magistratu duravit. Hic apud Maximilianum II. ac Rudolphum pariter II. Cæsares, oblati ac repetitis identidem libellis perpetuo instituit, ut remisso in exilium Blaterone hæretico, & compulsis ad obedientiam subditis, læsa non tam Collegij, quam Majestatis jura assereret. Auditæ sunt justissimæ preces, & Superioris Austriae Præfecto demandata Executio est. Is non DEO minùs, quam Cæsari fidus, ac Religionis præsertim avitæ assertor magnanimus, non opinantibus cum trecentorum militum cohorte supervenit: octo rebellionis capita in Crucem egit: duorum ædes, ad publicum terrorem exussit: reliquos exempli severitate attinatos, ad præstandam Decano fidem & obsequium juramento adegit. Quadriennio antè, quam nostri advocatione, hæc acta sunt.

At vero, qui ad parendum veteribus Dominis metus coegerat in vitos: non item obtinuit, ut fidem in animum antiquam admitterent; quam tamen, admirandâ inter quotidianos hæreticorum insultus constantiâ, decem, ex iis retinuere. Cæteri ad omnia surdi obfirmaverant animum, non vi, non ratione flectendi. Cùm venit in mentem Decano obitæ nuper in Lunælacensi Ditione Missionis, ubi in reducendis in viam hæreticis mira nostris aspirasse videbatur Numinis Gratia. Ergo datis ad Provinciaz Præpositum litteris, & sibi quosdam concedi rogar, impetratque. Oettinga eos mitti Superioribus vîsum, quod nulla tunc nostrorum sedes abesset ab Austria propius. At vero Sacerdotum, quibus ob adventantes quotidie religionis causâ peregrinos ægrè Domus carebat, penuria fecit, ut unus tantum Sacerdos mitteretur, adjuncto in Solum fratre laico. Arduam se Provinciam subiisse deprehendit noster, asseverantibus palam omnibus, deliberatum sibi esse, vitæ potius renuntiare, quam secessare; aut, quod super omnia abominarentur, in Papisticam fidem jurare. In templo ubi convenissent, cùm recepto Ecclesiaz more, Aquam lustralem spargere Sacerdos cœpisset; turmatim omnes è templo perfuge, obversisque manibus ac pileis, ne quâ guttâ tangerentur, cave. Tam ad audiendum rari, tam difficiles erant, ut jam ipse Decanus abjicere animum, de successu desperare, Patrem à cœptis in hibere

hibere occiperet; novam ab assuetis seditionem metuens, si ultrà urgebet invitos.

1018. At non despontit animum Missionarius, usū pridem edocitus, errorum radices tot annorum spatiis firmatas, facili manu non extrahi. Charitate Missionarij & voto ad DELparam factō miti- gantur. Duobus utendum sibi mediū censuit: uno, quo homines, altero, quo Cælites in sua vota pertraheret. Ergò ut horrorem sui odiūmque adimeret, ad Charitatis Christianæ obsequia se prudens convertit. Omne genus, languidos, infectos, ulcerosos adire; à quibus vel metus contagii, vel foetoris intolerantia omnes arcebat, ipse accedere, mulcere solatio, ad patientiam erigere, nullam vel loci distantiam, vel viæ per asperrimos montes horrere molestiam: stupentibus cunctis ad catholici Sacerdotis tam multiplicem in ipsorum commoda, gratuitūmque laborem, quem è Pseudo-evangelicis illis Mercenariis nemo fuisse, quocunque pretio subiturus. Decano vero, commemoratis, quas Oettingana Virgo perditissimis quibusque creberimè impetraret, animorum Conversionibūs, facile persuasit, ut concepto ad divam voto subditorum salutem hæresum Debellarici commendaret. Omnia inde converti in melius. Frequentiores primū, mox etiam lubentes audire notabantur, quibus vel erroneæ doctrinæ fallaciam detegebat noster; vel catholici dogmatis veritatem demonstrabat. Oborto tandem divinitiū lumini aperire animos, se deceptos agnoscere, damnare pertinaciam, ad sacra Majorum fidemque reverti. Ad unum omnes (mille & septingenti censemantur) ejurata hæresi ad Matris Ecclæsiae gremium redière. Alia mox Regionis totius facies. Desixæ in sepulchris Cruces anteà ludibrio habitæ; eadem, quod piaculo sibi hactenū duxerant, nunc palam impressæ frontibus. Distributæ & acceptæ cum reverentia piæ imagines, & amuleta sacra: coepit rursus ex precatorijs globulis salutari DELpara, & circumdata, quod hæreticorum furor per annos quinque & quadraginta prohibuerat, Theophoriæ Festo, quâ potuit celebritate, Eucharistia. Ita cùm incredibili omnium solatio hæc Missio finiit, ut qui sub adventum decem duntaxat in omni regione Catholicos invenerat, discedens nullum relinqueret hæreticum.

1019. Fæmine ad fidem curiositas prodest. Cùm viam relegeret, ad hos prædivites animarum manipulos au- ðarij loco accessit unius Mulieris hæreticæ conversio. Catholici in pago quopiam Judicis uxor hæc erat; quam cùm vehemens teneret Jesuitæ videndi desiderium, transeuntem illac Sacerdotem nostrum, in suas ædes maritus pertraxit. Saluti curiositas fuit. Haud longo colloquio sic immutatam se animo sensit, ut missa hæresi nuntio, Catholicam se profiteretur.

1020. Conversi Lunæla. genæs. 49. jñcti Catholicis, utrumque Sacramentum Romano ritu susciperent. Digna quoque Annalium nostrorum memoria est conversio Illustris Matronæ, quæ tanto hæreticis gravior accidit, quo celebratior fuerat ejusdem

dem in Luthero tuendo zetus, in refinendo pertinacia. Nata ex Illustri Prosapia Baronum de Sprinzenstein conjugem habebat parem natalibus, religione disparem, Lutherana nempe Catholicum Baronem ab Eck. Hæresin cum lacte materno haustam tam altè imbiberat, ut dies sèpè integras daret perlegendis præcipuorum è facta Doctorum libris, quos nequitiam muliebri levitate percurrere solitus, sic impresserat animo, ut haud mediocriter exercitatum esse oporteret, qui vel objecta dissolvere, vel quæ ipsa non solveret, objicere vellit. Viennæ ac totâ passim Austria eo nomine celebris, Mariti vota consiliaque pridem elulerat. Oppressa tandem gravi morbo, ac penè ad agorem deducta, scipiam, dogmatisque eò usque defensi, pravitatem exhorruit; sibique ac valetudini reddita Oettinga nostrum Sacerdotem accersuit, ac sub ultimos anni dies, damnata hæresi, ipsa Innocentium Martyrum sacra luce credere deinceps rectè, ac vivere coepit. Cujus à Lutheranis Divini, quod imminebat, judicij metu facta discessio mul-
tum apud omnes fallacissimæ sectæ existimationi detraxit. Nee ille nobilis pariter hæreticus procul abesse à Regno DEI est visus, qui, ut filiolam morti proximam reciperet, argenteum Oettinganae Virgini anathema vovit, & voti se compotem sensit. In hæreticis porro ad Catholica sacra revocandis, etiam domi sat felix fuit nostrorum industria; quippe quâ præter jam memoratos, duos præterea & sexaginta Ecclesias restituere.

Catholicorum pietas ac præsertim erga DEI param tot sacerdorum prodigijs claram devotio, quantum operâ nostrorum cresceret, donariis probavere; quorum tanta hoc anno præstantia simul & copia fuit, quam tam à multis retro annis nemo hominum meminisset. Quantum domi, tantundem, aut etiam plus foris est laboratum; cum quæ utilis uno in loco visa est sacerdotum opera, mox à pluribus expeteretur. Ulbique ferè, quibus gravius aliquod dissidium fuerat, nostro vel hortatore, vel arbitrio lites compofueré. Una præsertim in Urbe, in qua duæ Familiae periculis & exitialibus odijs, penè ad interitum usque collidebantur, pax nostro conciliatore, magna civium gratulatione, coaluit. Viri etiam Religiosi Sacerdotum operam haud dignati, uni præsertim ad monasterium suum evocato, conscientias suas R.º Præfule præcunte credidere.

Quimi duntaxat Sacerdotes erant, qui laborem inter se parti, hoc totum pondus alacres sustinuere, addita insuper prioribus alijs, nova hoc anno in nostro templo catechesi. Mariana Sodalitas Præfectum hoc anno venerata est R.º celeberrimi Raithaslacensis Monasterij, Ordinis Cisterciensis Abbatem, qui ad exornandam ejus aram liberaliter symbolam contulit. Bibliothecam sui Monasterij nostrorum operâ purgatam; nostram aliquot inde codicibus auctam voluit. His dein Biblia Regia septem tomis distincta vicini oppidi Curio suum erga nos affectum testaturus adjecit. Sic læta fermè omnia hoc anno Oettinganae domui evenere; nisi, quod Mors Superiorum abstulerit P. Jacobum Frey, qui gubernatione vix suscepit, cum valetudinis cutandæ causâ Monachum profectus esset, mortem invenit; Vir in paucis Religiosus, ac in confitendis Ordinis nostri negotijs inspiger juxta & felix. Secutus brevi P. Jacobum ex eodem Collegio fuit Fridericus Braberus adjutor Laicus, quem à spectata virtute, perpetuo leges nostras observandi studio, nec intermissis, ægro etiam corpore officijs laboribus per annos quadraginta probatum, multum commendant annales Monacensis Collegij.

1025.
Monachij
Commu-
nicantes
jam 35400.

1026.
Octogen-
tius ad con-
fessionem
inducitur.

1027.
Illiterati
mira confi-
tendi ratio.

1028.
Pfeffenhu-
sium nobis

Spectabant sua in urbe Seren.^{mi} Duces magno animi solatio quotidiana Catholicæ Pietatis incrementa ; erantque qui sacræ Mensæ nostro in templo accubuerant supra triginta quinque millia quadringenti , quæ hisce temporibus digna censebatur admiratione frequentia : Unius Catechistæ laudatissimus fervor plures , quam sexaginta adultos ex Auditoribus ad Generalem de vitæ totius noxis confessionem permovit.

Tam salutari lavacro animos purgantium numerus inde siebat quotidie auctior ; quod , qni haustum inde solatium explicabant alijs , eosdem dein secum paria experturos adducerent . Ingressus fuerat Urbem octogenarius Senex , quem nota Anus ,] nostro uti Confessario solita , exceptit hospitio . Hæc ut in animam quoque hospitis eset benefica , de rebus sacris exorsa Colloquium , confessionis præcipue necessitatem utilitatesque deprædicat . Abnuens ille , & multa in Sacerdotij contempnum differens , vana , ajebat , falsaque haberet omnia , quæ de confessionis modo usque , commendarent Sacerdotes ; agereturque , quod ipse haec tenus , ac soli DEO confiteretur . Tanto acrius se opposuit fæmina , rudemque hominem , quæ à nostris didicerat , docere aggressa , favente piis conatibus Numine , rem eō deduxit , ut senex opinioni suæ planè diffidens , mortem , quam in propinquuo esse tanta senectus monebat , inexpiatu timeret excipere . Totam ferè noctem , de revocandis in memoriam peccatis anxius , vigil exegit . Summo manè comitem se nostram ad ædem adeunti fæminæ addit . Quæ sacrūm tribunal ante hospitem ingressa , quam prædam in casses egerit , triumphans enarrat . Sequitur opertus ahiis & peccatis semiculus , primärūque suam ab octoginta annis confessionem exorsus , cum nostro adjuvante ad finem perduxisset ; suam sub tot scelerum mole , in ipsa inferni crepidine ludentis cæcitatem , ac Numinis , post tot annorum contemptum , non querenti se offerentis , clementiam admiratus , dolore & solatio disfluens , ubi domum rediit , nunc , ajebat : nunc demum revixi : hic vir (Confessarium intelligebat) hic cor mihi & animum , pridem perditum restituit : gratisque collachrymanti aniculæ actis , novus homo , melior certè Christianus discessit . Alius peregrè huc advenitus , ac rite confitendi modum edocitus , jam domum quidem ipse redierat : at non in animum quies . Vitæ omnis retro actæ noxas relegere , necessarium non ex vano credebat ; nec voluntas id agendi debeat : rationem ignorabat , quâ tot peccatorum species , numerūque commendaret memoriz . Modum igitur , ex rustica computandi ratione alia notum , in adnotandis quoq; animi rationibus adhibuit . Bacillum eum in finem aptavit , in quo notis sibi figuris peccatorum , quas nōset , differentias numerūque creta signavit . Hoc instructus , remenso benè longo itinere contendit ad confessarum , ac erectum coram se baculum inspiciens , suam ex eo veluti confessionem legebat , deletis digito eorum , quæ explicaverat , signis ; dum converso in omnem partem ligno , nihil ultra super esset , cuius cum hic suus monitor accusaret .

Verūm Societatis operarij , qui omnibus se Debtores esse noverant , haud putabant , se omnem implevisse Justitiam , si sponte se offerentes sanasse contenti , non ipsi eos inquirent , qui inter gravissima animarum vulnera deserti , Samaritano egerent . Ante omnes habenda visa est eorum cura , quos cùm subditos nobis fundatorum Municipalitia faceret , etiam animis eorum quam optimè prospectum fore crediderat . Bidū fermè iter Monachio Pfeffenhusium abest , vecigiale Collegio oppidum ; quod tum pastore orbatum , tanto magis nostram operam

operam videbatur exposcere; quod adulta jam Quadragesimam præparandus esset ad suscipienda rite Paschalibus festis Sacraenta Populus. Jussi eò se conferre Sacerdotes duo Melchior Finckelius, & Thomas Luzius; ne ipsum iter à labore & fructu vacaret, trium & viginti confessiones in via excepere. Pfeffenhuisij vero, cum parum gratos se venisse ex vulibus atque oculis legerent, nihil territi, ut spirituā charitatis opera admitterentur lubentius, à corporalibus secere initium. Ad pauperes, ægros, orphans, læprosos non rogati invidebant, ac privatorum alloquiorum suavitate captis addebat animos, ut ad ipsos vel de cathedra vel è piano docentes jam sponte confluenter, gratularentur adventum, munuscula mitterent. Peccatorum catholicō ritu confessionem, quam ignorantia, & commune animorum frigus in desuetudinem adduxerant, sexcenti & quadraginta peregere; mirumque inde experti solatium, ad promiserē, saepius per annum se adhibitos tam salutarein, tam suavem animis medicinam. Parochorum unus aliunde profectus Pfeffenhuisum, ut generali admissorum confessione levaret conscientiam, facere se id, ajebat, à Numine admonitum, objecta in lecto vigilanti ignivomi Draconis horribili specie. Sub extremos excuntis jejunij dies, quos pià cruciatuum Servatoris memoriā consecrare Ecclesia solet, operæ pretium se relatuos nostri credebant, si mollibus iam ad pia senia animis, facto ad teneros motus spectaculo, Domini Patientis amorem imprimerent. Erecio igitur ad morem Societatis, pro loci conditione, Sepulchro, Dialogum addidere, recitantibus cum gratia parvulis; quem, cantatis ex S. Bernardi Hymno versiculis, eo motu cladebant, ut Auditores solverentur in lacrymas: fueritque saepius repetendum spectaculum, quo frui possent, qui alii, atque alii rei famâ tracti, identidem affluebant. à. 10.
Martii ad 15.^{um} Aprilis in statione durarunt: cum sanatum à morbo non uno gregem, pascendum porro alteri reliquere. Retinere abitantes incolæ accolæque conabantur, cumque id nec in sua, nec illorum potestate situm intelligerent; actis cum fletu gratijs per magnum viæ spatium, sunt prosecuti.

Et hi quidem, collectis ruri manipulis graves redierunt ad Socios; qui & ipsi suo quisque in munere strenue desudarunt. Quatuor & triginta horum ducti ad Ecclesiam sunt reversi: utque aliis etiam, qui admittere vellent, accenderetur veræ fidei lux, liber adversus hæresin patrio sermone est editus, communi eruditorum suffragio plurimum laudatus. Domi vero nostræ ex aureo Exercitiorum S. P. N. Libello quini per octiduum ad ejus normam exculti plurimum profecere, Quod veri Apostolatus argumentum esse cœlestis Magister voluit, ubique pauperes Evangelizabantur. In Læprodochium, recitatis quovis sabatho Litaniis, Deiparam venerandi introducta consuetudo: apud Xenodochii vère incolas, inter cætera id effectum, ut Quadragesimæ tempore, cum alia pietatis exercitia plenisque in valetudo prohibeat, unum quotidie caput è Christi vita clara voce prætegeretur; id quod non inquilinis tantum salutare, sed ijs etiam solatio fuit, qui frequentes è vicinia auditores accesserant. Ad mendicorum gregem instituta saepius exhortatio; ne refectio sua corum animæ carerent, quorum corpora quotidie Ser. ^{mi} Guilielmi charitas sustentabat. Nullis in exercenda erga omnes pietate parsim impensis, præterque consuetas & alias etiam emendicatas à nostris in pauperum commoda eleemosynas, expensi sunt in pia opera aurei mille ac ducenti. Exculta magno studio

magnæ Virginis Sodalitia, in quibus egregius sàpè in emendandis etiam
aliorum moribus adolescentum servor eluxit. Executiebant præfertim
Sociorum libros, quorum unus aliquot à se deprehensos in amici lau-
dantis, quod fieret, conspectu exussit. Conabatur quisque pro vi-
ribus eo cœtu dignum sè reddere, cuius hoc anno Præfecturam gerebat
Ser. ^{mus} Princeps Albertus, editis virtutum exemplis, maximi etiam in
minori fortuna affimandis. Sub Paschatis ferias Magistratu decadentia
grata scenam instruxit Sodalitas, tota Apla præfente: cui aptè sua &
Patriæ vota subjunxit, quibus Ser. ^{ma} Mariannæ, Græciū propediem ad
sponsum abituræ, fausta omnia augurabatur; quam & gratam habuere
Principes, & læta admirinatione populi plaudentis corona proba-
vit.

Nec minùs in promovendis litterarum studijs laboris est positum.
Jámque tot undique scientiarum candidatos Monacensis Gymnasij fama
acciverat, ut numerus septingentos excederet. Qui è nostra Societate Theo-
logicis Disciplinis navabant operam, bis litteraria in arena comparuere; pe-
riclitantibus eorū doctrinā etiam exteris; celebritatē verò augentibus maxi-
mè Serenissimis Principibus, quibus volupe erat intueri reductas suo munere
diu exules Scientias. Maximè verò placuisse visa est nostrorum omnigenæ
eruditioñi se dedentia industria, cùm Ser. ^{mi} Ducis Neoburgici Primogeni-
tum Filium, futurum olim Generum, ad se invisenem, adhuc Lutheranum,
per Domum nostram humanissimo comitatu deducerent; quippe
quem novem diversis linguis nostri salutaverant, magna exteri Principis
admiratione; nostrorum voluptate. Ne Ser. ^{num} Lotharingiae Ducem,
comitante aulâ, nostra tecta lustrantem, pari officio coleremus, tempus
defuit, quod alio properantis festinatio non indulxit.

Optatissima longè illa mora fuit, qua R. ^{mus} Weingartensem Præ-
ful Georgius Wegelinus, insignis in hac Provincia Societatis Patronus,
se suosque devenerandi per bimestre nobis copiam fecit. Tentatâ suâ
& P. Prioris, alteriusque è religiosissimo illo cœtu Sacerdotis, Christophori
Heggelini valetudine, ad eam quidem curandam Monachium, tunc à
Medicis celebre: Diversorum verò non aliud, quām Societatis nostræ
domicilium elegit; Septima Junij cum suis, magna omnium gratula-
tione, exceptus. Felices nos existimavimus, quod obsequiorum no-
strorum tenuitate contentum cerneremus, dignum omni veneratione
Antistitem. Virum non de minima tantum Societate nostra, sed Reli-
gione Catholica, in Suevia præfertim, optimè meritum, etiam Ser. ^{mi} Prin-
cipes Fundatores nostri, singulari favore ac benevolentia fent prosecuti:
quippe quem vel in aulam, vel Schleishemium evocatuñ, quantum
Medicæ curationes permitterent, Mensæ suæ sàpiùs adhibebant. Nun-
quam verò magis Bojorum Principum Religionem obstuپuit Præful, quām
cùm Serenissimus Guilielmus cum duobus Serenissimis filiis Ferdinando
& Alberto in Collegij triclinio, instructo eidem nostrisque Superioribus
prandio, primum in Mensa locum, nequicquam id honoris deprecantem,
occupare jussit. Dimissus à Medico, Rectore Collegij comite,
Oettingam veterem profectus, se suaque Thavmaturgæ Virgini com-
mendavit; indéque redux, atque ultimùm cum Serenissimis Principibus
pransus, septimâ Augusti ad suos est reversus, duobus è nostris Mindel-
heimium usque discedentein comitantibus.

Suum verò Græcense iter, de quo suprà injecta mentio, Aula Boia, ut non tam à tot Principum comitatu illustre, quàm Auspicibūs Superis fortunatum esset, curavit. Primus, quo Monachiō tendebant, locus Ebersperga fuit, veteri erga divum Sebastianum religione celebris. Declinaverant huc devotionis causâ præter serenissimam Sponsam serenissimi Maximilianus cum Conjuge, Fratribus, Sororibus, Amita, Ferdinandus Archidux, & Landgravius Leuchtenbergicus: ac ut pietati clementissimum erga nos affectum adjungerent, plerique domi nostræ pernoctarunt. Seruus Archidux Burgoviaæ, Marchio, Sacerdoti quoque ad aram facienti respondere Minister voluit. Præter hos primi Nomini Principes, Viri alii Illustrissimi religionis, causâ huc profecti, singularia animi Societati nostræ addictissimi argumenta præbuere; quos inter maximè memorandi veniunt Illustrissimus Comes Dietrichsteinius, supremus Moraviz pro Cæsare Præfectus, & Comes Egmontius Servi Alberti Archiducis Belgij Gubernatoris Legatus. Hic Salisburgo decem & octo sagittas parvas ex auro fusas Eberspergam misit, quas Cranij D. Sebastiani attacku sacras, in Belgium redux, gratissimi munera loco amicis divideret. Ut in omnium animis debita Divorum Reliquiis æstimatio ac reverentia creceret, novo ornatu, thecis inclusas, & quanta licuit, Pompâ circumlatas templo nostro intulimus, cui & aliud à visendi operis Organo musico ornamentum accessit.

Nostrorum hucusque numerus intra quinarium steterat; quos interterni fratres adjutores rem familiarem curabant; Sacerdotibūs interea binis, tanto studio ac contentione animarum curantibus commoda, ut diligentia suppleverint numerum. Totius vitæ errata recensentes audivere plures nongentis: Confessionis, quàm haecenüs vel sponte, vel ignoratione præcepti mutilarunt, integratatem persuasere plusquam millenis. Viri nobilis mira conversio fuit. Publicus quadraginta annorum Magistratus; sed magis vitia, & horum instrumenta, pecuniae celebrem fecerant. Morbus, qui à negotijs prostratum semoverat, moram dedit, ut scipsum inspiceret. Verum dum spes erat restaurandæ valetudinis, nihil admodum culparum memoria solicitum habuit. At, postquam spes vitæ adempta est, tantum fuit, tam urgens Sacerdotis nostri desiderium, ut domestici mox unum cum littoris Eberspergam miserint, qui evocaret. Ecce autem, profecto jam Nuntio, æger mutat consilium: revocari hominem jubet, missō, qui peditem præverteret, equite. In viam se jam dederat Pater, in quem incidens cursor, explicata Domini voluntate monet, non esse, cur se ultra fatiget. Ille subodoratus mali Dæmonis fraudem, atque alia prætexens, quæ in loco sibi essent, negotia, strenue urget incepsum iter. Interea & senex priorem resumperat animum, tertiumque dimiserat equitem, qui secundum revocaret. Ubi ex insperato adesse sibi Patrem videt, crumpentibūs præ gaudio lacrymis, omnibus humanitatis officiis exceptum docet, quid cupiat: vitæ totius maculas, eo dolore, eoque simul animi solatio detergit, ut fateretur, sibi verba deesse, quibus cælestis, quo afflueret, solatium exprimeret. Sinceritatem poenitentiaz nihil ita testatam, ut morum mutatio, fecit. Agnum è Leone factum ajebant domestici: quibus anteà nihil sine convitio imperare, nullius obsequium probare consueverat, eos nunc blandè affari, demissè rogare, gratias agere, sedulitatem commendare solebat. Terrena omnia sic in contemptum venerant, ut nec de vitæ longioris spe ullum deinceps fieri sermonem sustineret. Totus

1035.
Ebersper-
gæ magni
Hospites.1036.
Duorum
Patria
magni le-
bore.1037.
Unius No-
bilis egre-
gia con-
versio.

rerum caelestium contemplationi deditus, filios etiam & cognatos à conspectu exclusit, ut sacrorum hominum, de Deo ac salute differentiam colloquio frueretur liberius. Adeò repente vel de lapidibus Abraham filios facit, admissa plenè in anima Gratiae vis.

1038. Nostrorum porro, gravissimos quosque peccatores benignè tractantur, mansuetudo effecit, ut primatum quidem poenitentium animos do Confessio anire haberent obsequentes: dein his veluti illicibus, alios identidem seniorum causa mulierum in sua retia traherent. In maximo peregrinorum numero procax carum con-puella advenerat. Hæc ex adverso sedis confessionariz stans, quoties confessionis causâ ingredientem cerneret, in cachinos palam soluta, ne cavillis quidem abstinebat. At cum in egreditentiam vulibus, clara internorum motuum solitorumque signa identidem adverteret; & ipsa paulatim alia sentire, se cum illis componere, cuperescere petulantiam, commoveri tot undique Sacraenta usurpantium exemplis coepit. Capto dein experimento non desstitutum & sociam idem facturam adduceret; quæ ingressa & venio Pater, aiebat, missa huc à mea Sodali, ut peccata mea omnia quantacunque fuerint, tibi narrem: ait enim, nullibi me id melius utiliusque facturam.

1039. Pastorum quispiam paulò à nobis remotior, suos huc in superplex agmena coactos adduxerat, utque animum expiarent confessione, Pagus integrus ad confessionem magnæ Seniorum parti persuaserat; multis apud nostrum conquestus, inductus. quod in admonondis junioribus oleum ac operam perderet. Noster gnarus, id maximè tempus esse, quod pessimo, communi tamen more, choreis rustica juventus impenderet; differre adhortationem intempestivam eò jussit, ubi eiusmodi levitates reverentia temporis, ipseque leges excluderent. Paruit monenti Parochus, eosque dies exspectavit, quos nascituro Redemptori Adventus nomine, sacrare catholici solent. Primâ Dominicâ ex utroque sexu decom dedere manus, confessionis causâ Eberspergam profecti. Accipiuntur perbenigne à confessariis singuli, cereaque agni effigie donantur. Dominicâ sequente quadraginta secuti, in proximum quoque annum reddituros le promiserunt. Tantum in hoc iudicio benignitas valet, in quo pro tribunali sedere Institutior Christus misericordiam voluit.

1040. Nihilominus ut hanc alii, jam jam divino Judicio sistenti, admittentes, è cælo advocari auxilium debuit. Accersitus est è nostris Sacerdos, ut tres Fratres germanos, multiplicis furti reos animaret, ad excipiendam &quo animo mortis sententiam. Extremo miserore oppressos & grè induxit, ut Poenitentiae ac Eucharistiae Sacraenta sufficerent. Ad audiendam publicè sententiam producti, cum post commemorata facinora, suspedio sibi pereundum audirent: vociferari omnes, in genua procidere, judicum fidem ac misericordiam implorare. Cum frustra cernerent consumi lamenta; in desperationem ac rabiem versi, animi saevitiam objiciunt, crudelitatem exaggerant, damnationis Auditores consultoresque accusant, divinam Ultionem minantur, veniam se vel dare, vel unquam daturos negant. Lenissimis verbis emollire noster efferatos aggreditur: Christi ipsorum etiam causâ, in cruce expirantis, & ignoscens mansuetudinem explicat, effigiem ante oculos tenet: Aversantur illi: contra ius fasque & ratis florem præcidi; nihil minus, quam mortem promeritos se identidem clamant. Pro lenibus aspera tentanda Sacerdos ratus, imminens ipsis post pauca momenta irati Numinis tremendum Judicium, horribilem

cte.

certissimæ damnationis sententiam, æternos inferorum cruciatus hachorâ subeundos objicit; deserturum se, paulò post à DFO æternum deserendos, & è curru, quo vehabantur, defulturum minatur. Surdis omnia: tum averso non nihil ab iis vultu, ac vivo ex trium animarum interitu dolore tactus, mentem, oculos, manusque in cælum tollens, DEUM pro desperatis orat, sibique in hoc tanti momenti negotio Spiritum Societatis concedi, tota animi contentione flagitat. Et en! DEI miserantis, cordaque momento vertentis benignitatem. Subito contra omnem exspectationem duo è reis sacram canticem voce clarissima modulari incipiunt, quâ se plenè sanctissimæ Numinis voluntati permittunt. Junior vero crucifixi imaginem, paulò antè contemptam, nunc ori appressam eo affectu exosculatur, ut jam comitantis populi sollicitudo, ac dolor in solatum repente verteretur. Exempli prioris pravitatem abundè compensabant publici Virtutum Heroicarum actus, quibus jam sui Accusatores veniam à multitudine, ac nominatim à Magistratu precabantur; gratias agebant lenitati: graviora longè promeritos se profitebantur. Tum sevocato à turba patri peccata denuò cum maxima doloris significatione confessi, donec laqueus vocem interciperet, non cessarunt iterare ultimum illud morientis in cruce Redemptoris: *in manus tuas commendabo spiritum meum.*

Et quid non possit praesens ille divinus Societatis spiritus, quando vel mortuus constitutionum nostrarum libellus, in quo eundem S. Pater descripsit, saluti fuit. Primo partui vicina annorum quatuor & viginti puerpera, à feria quinta in proximam Dominicam, sine ulla cessatione, tam vehementes inter dolores cum partu luctata fuerat; ut exhaustis iam naturæ viribus, mortuæ, quam vivæ similior, jaceret immobilis. Nec jam ullos ad pariendum nixus sentiebat victa tormentis natura, feminaque nihil de morte dubitans, parentibus ac Marito, petita erratorum venia, vale ultimum dicens, vita unâ ac dolorum finem exspectabat. Nec Divinorum immemores Agnum DEI, praestitissimum alias levamen, appenderant; triplicem peregrinationem, cum pio ubique munere, ad B. V. Duntenhusanam, Montem sanctum, ac Eberspergensem Patronum S. Sebastianum voverant, nullo effectu. Ad Nostros dein mestus cum Socero Maritus accedit, preces ad DEUM, & consilium rogat. Nec defuerunt illi suo officio, P. Christophorus Ammannus præcipue, afflictorum Conjugum Confessarius, miseratione tactus, ardenti preicatione puerperæ ac prolis salutem DEO commendabat. Cum in meatem venit prodigiorum, quæ nuperim in Majorica Insula per B. P. chirographum edita, ipsem pridiè in litteris legerat, quas ad P. Ribadeneiram de ijs P. Antonius Clarus dederat. Indagat sollicitè, num quid de Reliquijs aut Chirographo cuiquam ad manum sit, unde opem sperare destituta familia possit. Cum nihil usquam occurreret; oculos subit Regularum Societatis Libellus, atque una cogitatio: si paucæ litterulæ Divi Patris manu exaratæ, tantum adversus omne genus morbos valuerent; an nihil valebunt Constitutiones sanctissimæ, quas divino spiritu dictante, tot inter lacrymas ab eodem conscriptas novimus! nec mora flexis continuo humi genibus DEO ac B. Patri supplicat; laborantem extremam necessitate Matrem, ac prolem de æterna salute periclitantem, ne deserat. Tum fiducia singulari erexit, involutum chartâ purâ, obligatunquæ Regularum libellum ad Puerperæ Parentes defert, commo-

Na no

mora

moratisque recentibus S. Patris beneficijs in spem erectoris monet, ut cum reverentia laboranti admoveant, unaque spe viva animati dicant: *S. P. Ignatifer auxilium*: Festinat cum libello ad semi-mortuam Mater, pectori imponit, ignoti ad eam diem Ignatiani nominis invocationem praedit. Et ecce! momento & sibi, & viribus restituta ex integro, moveri se rursus, ac roborari ad partum sentit, triumque adhuc horarum labori par, puerum vivum, sana ipsa ac vegeta parit. Crevit apud praesentes admiratio, cum foetum complicatis supra caput manibus, contractis membris ceteris, globi instar convolutum cernerent, quem edi absque miraculo eo modo potuisse obstetrics negabant: quod inde adhuc pateret evidenter, quod puerpera insuper nullum passa fuisse corporis detrimentum. Impotes sui præ gaudio fæminæ accelerârunt baptismum, impósito, cuius in propinquuo festum erat, Sebastiani nomine; improbante, qui supervenerat, Avo Materno, qui ad miraculi memoriam Ignatium nominari maluisset. Hæc omnia deinceps publica testium juratorum fide confirmata, diu hominum celebrata sermonibus, plurimum Beati Patris Nomen, & gloriam illustrârunt. Jamque ab aliis expetebatur eundem in finem libellus: sed acceptas interea sacras B. P. Reliquias substituere vitum est.

1542. *Ingolstadienses Nostræ catecheses multiplicantur.* Dum Regularum libellus corpori salute in hinc attulit; alij animis haud minus salutarem experti sunt libellum alterum ejusdem B. Patris, cui, absolutissimum in eo spiritus Magisterium complexus, Exercitorum spiritualium nomen indidit. Ingolstadij, unius experimento semper alium trahente, duo supra viginti ad ejus leges, animum domini nostræ excoluere. Ne sua rudibus cultura deesset, sex catechesibus jam ante suscepit, quatuor alias nostrorum fervor adjecit. Desertis à Parocho pestis metu, è Collegio Sacerdotes succurere, DEI verbum, & Sacra menta ministravere. Qui hæc advertebant, cives suprà, quām vellemus, in Societatis laudes effusi, palam asserebant: si nostrorum opera non intercederet, dimidiā civium partem aut lapsuram in hæresin, aut

1543. *Desertis à Parocho tempore pestis sacra ministrantur.* Sacramentis caritorum. Ex ijs, quos nascendi infelicitas hæreticos fecerat, tres & quadraginta sanæ fidei sunt restituti. Ex his Paterfamilias sexagenario major, ferendis ultra post agnitam veritatem summis impar, desertâ patiâ, cum universa familia Ingolstadij confedit. Hominem ceterâ non indoctum, nonum jam annum hic degentem, sola doctrinæ nostræ ignoratio in sua secta detinuit. Vicinum Lutheri Præconem per annum aliquoties, Catholicum Concionatorem audiebat nunquam: eo tamen semel duntaxat auditio, ita doctrinæ veritate vietus, flexusque est, ut missò perfidis, ut ajebat, rabulis nuntio, nostrum deinceps, catholicum se ex animo professus, constanter accederet.

1544. *Conversiones hæreticorum nobilium.* Jurium studiosum curiositas huc adduxit: Gratia detinuit, Bonam animam nactus veritati manum dedit. Cum eodem die, quo iam noster, Eucharistiam sumpturus erat; benè manè parens hæreticus inexspectatus advolat, miratur increpat filium ob mutatam, se inconsulto, Religionem; abducturus secum in Urbe in hæreticam. Percipit nihilominus Eucharistiam filius; tum postridic nostro parentis adventum, reprehensionem, consilium aperit; illum ut adeat, petit, congressum opinione sua haud fore inutilem. Accedit noster, virumque ceterâ bonum, nec valde Lutheranum sic placat, ut ipsius de filij commoratione consilium peteret, lubensque relinquere; lucratus erat Pater ex integro hominem, nisi debilem cœlestium amorem, fortior erga terram affectus superasset. Concepta alterius animo bona fidei semina, cum

cum mali dæmonis suggestio; tum prava Sociorum consilia suffocarent; nisi tot inter malos bonus saltem unus de juvenis periculo nostrum edocuisse. Adiit hominem Pater, eoque permovit, ut præcipitis consilij veniam precatus, tandem, quam discedendi causam habuerat, nunc manendi haberet. Plures ante oblatam sibi veritatis lucem obstinatissimi, ea deinde admisâ in animum, adductis etiam Socijs pulchrum sibi ducebant, Catholicos non tantum fieri, sed facere. In Styram certe profectus unus, postquam Ser. ^{mus} Archi-Dux migrationem indixerat hæresi, hortatus est parentes Lutheranos, ut fidem potius mutarent, quam solum. Cuidam validum pro vera fide argumentum scriptum dedérat noster; quo cum stringi se intelligeret, foras ad Prædicantem quatuor passuum milibus tulit. Alexandrum credebat, qui modum solvere etiam gordum posset; utque velle etiam, incitamentum handpare à loculis addidit. Verum post longam exspectationem sensit demique, citius se aquam expressum è pumice, quam à Prædicante responsum. Regi ad Socios, Socij ad Patrem deferunt. Invicit ad Prædicantem Pater: scripti memoriam ingerit: negat ille, vel scriptum à se vel quemquam, qui afferret, visum. Aperuit mendacium oculos juveni, ut veritatem agnosceret. Difficilis erat pro opulento, & juvno lueta: aut terrestri se patria caritum cernebat; aut cælesti; sed vicit naturam Gratia: DEO se ac veritati perinisit; libros hæreticos, quos paulo ante nullo pretio venditus erat, sponte ad Patrem attulit, flammis absumendos. Silentium, quod sancte posthac memoratus ante Præaco servavit, partim congressu, partim scripto, alijs quoque diobus impositum.

1045.
Accepisse
se scriptum
Prædicans
negare ma-
vult, quam
solvere.

1046.
Catholici
civis in fide
memor-
da consta-
tia.

1047.
Et Septem-
nis pueris

1048.
Juvenis A
catholicos
parentes
fallentis
ingenuum.

Unius ex hac Urbe Catholici civis in medio Nationis pravæ, in fide constantia meretur memoriam. Negotiorum causâ profectum peregrinè, in Urbe hæretica gravis, isque ultimus morbus corripuit. Continuo circumfistunt hæretici, ad fidem suam, & sacrilegam cœnam invitant. Respiciunt importunissime instant; nec audire sustinentem in publicam se plateam abjecturos minantur. Ubi verba se perdere vident, ad vim conversi, advocatos suæ sectæ Præcones, nolenti ac reclamanti obtrudunt. Is affimo, quam corpore firmior, ac suæ oblitos infirmitatis minatur, se in propius accedentes ultimas vites experturum. Tum vero tanquam impius ac desperatus deseritur ab omnibus: Nemo vel frigidam ministrabat sipienti. Parvus filius, quem solem adsciverat itineris Comitem, & corpus Patri deficiens curabat, & animos, ut paterat, adversus hæreticos addebat; pia fluggerebat, dum victricem animam invictæ fidei athleta DEO reddidisset. Viro parvulam adjungere pueram placet, in qua supra Sexum, supra ætatem constantia fuit. Septennem hæreticis sive parentes, sive amici tradidere, qui, præsertim ubi ruditas cum paupertate conjuncta est, corpora liberorum curare solent: animas fortunæ, quæcumque deum excipiat, relinquunt. Haec novem annos inter medios fidei hostes, ita inordicis Catholicam religionem tentuit, ut vim æquè ac fraudes eluderet, carnes diebus vetitis violenter in os ingesta ejiceret, confessionis ac Eucharistiae causâ plus bidui itinere Norimbergæ Ingolstadium iret; pulcherrimo documento, nullam gratiæ immaturam esse ætatem. Ad Pragensem Academiam filium Acatholici parentes dimiserant, qui, dum scientias discebat, de doctus est hæresin; magnò dolore parentum, qui mox inde avocatum hæreticis erudiendum Doctoribus commisere; Patrefamilias, ac amicis severè admonitus, ne unquam ad horum Catholicum quæcumque di-

mitterent. Verum Argos ille omnes pia fraude elusit. Non aduentibus Socijs Iustrandi lagostadij desiderium injectit; quibus constituto Professionis die, dissimulato altum consilio, se comitem iuxxit. Dum mane cæteri civitatem lustrant, subducit se ille, & ad Collegium deflens animum expiat, cælesti almoniam roborat, sancte nostris aslevans, certissimum sibi esse, patrimonio potius, quam fidei remittiare. Re clam omnibus confecta feliciter, ad Academiam hereticam redit, Patrique nostro rescripsit, se proxime pari usum artificio, abiturum Heripolim.

1049.
Editi in lu-
cem libri.
Contro Lut-
herum.

Hailbrun-
nerum.

Junius.

Jacobo
Greiser
auctore.

1050.
Episcopi
Eustetensis
Favor.

1051.
admiranda
Sodalitis ca-
tionis.

Nec laboratum duntaxat in subtrahendis heresi discipulis: aduentibus ipsos Magistros magno Religionis horore certatum est. Tres in lucem Apologiae sunt edice. Prima pro Societate contra Lermazum Calvinistam, non impetrè minus, quam impiè nos trahimantem. Altera contra quendam Pseudo-Catholicum, cuius tanto nocentior maleficentia erat, quod nos non hereticis tantum, sed Catholicis quoque invisos reddere laboraret. Tertia Doctores quosdam dogmatique Catholicorum tuebatur adversus calumnias, Philippi Hailbrunneri praecognis Lutherani. Prodiere præterà: Vindicatio quorundam locorum Tertulliani, contra depravationes Francisci Junii Calvinistæ. Tomus I. de Cruce recognitus & auctus: II. Graeco-Latinus nunc primùm in Lucem datus. Latinitate donati S. Gregorii Nysseni Cominentarii in Psalmorum Inscriptiones. Leonis item Imperatoris Orationes novem de Festis. Theses insuper impressæ de Indulgentiis primæ; secundæ de Gratia. Erant hæc omnia serè labor unius Jacobi Gretseri, publicis in Cathedra Theologica prælectionibus occupati; quem Virum Virtutis, Scientia, eruditio meritò inter huius temporis Heroes numerent. Sub instauracionem Studiorum Drama datum; quod spectatus Celsissimus Eystettensium Princeps & Episcopus, huc adiectus, ad Collegeum divertere dignatus, prolixè suos favores ac studia, universæ Societati pollicitus est. Actionem verò ita probavit, ut discedens scriptam sibi dari peteret domum deferendam. Venientes ad se nostros sive Officii, sive negotii causà mira comitate acceptos invitavit ad se revisendum: nostro autem hospitio sic ipse est usus, ut honorem, quidem nostrum: sumptus vero omnes suos esse voluerit.

At verò dignum hoc anno fuit vel seræ posteritatis motu & approbatione spectaculum, quod unus è majori Sodalitate caritas edidit, ipsa morte fortior. Studiosum ex Hungaria vehiculo adduxerant Hungarica laborantem febri, & contagii metu defensum. Hunc sūæ caritati reliquum gaudens generosa virtute Juvenis, carro depositum hospitio, atqne adeo lecto suo excipiens, diu noctuque indefesso studio, ac labore curavit. Depulsus à peregrino morbus migravit in hospitium, alterius vitam sua morte redempturum. Quantum sano fuerit pictatis studium, morbus aperuit. Perpetuò aliquid orabat: ipsæ mentis aberrationes religionem probebat: & à ratione delititum, nunquam comitas & obedientia deseruere. Ita mors caritati, quæ maiorem habere nemo potest, finem, imò potius coronam impoluit. Cum exitum juvenis omnibus animi ornamenti exculti, Praceptor intelligeret; Cancellarium, Principi esse mortuum asserebat, et, jam tum in Jurium cognitione processerat. Ita defunctum magna solemnitate sepulchro inferendum Sodalitas censuit. Università Academia sic eum luxisse visa est, ut nullum è studiis alium. Qui ei mor-

buna pro hospitio, pro vita servata mortem attulerat, jam tum valens, primus post feretrum, obvulso capite inter lugentes prodit: Sodalitas vero, quam felicem suis curam impenderet, hoc fructu probavit.

A Biburgensis quoque Sociis promota strenue DEI Gloria. Al-
lerstorffense B. Virginis Templum, votorum concupitione per celebre, magna sui parte à fundamentis restauratum, ampliorem multò, & Au-
gustiorem formam accepit. Cùm solenni ritu initiatetur, tres infu-
lati Presules, prius nostrorum uni in templo confessi, sacra fecere; Suffraganeus primum Ratisbonensis; alter ejusdem Ecclesiae cathedralis praepositus: tertius Praepositus Collegii Regulatum Canonicorum in Rohr. Suffraganeus Populum è superiori loco allocutus, honorificam admodum de Societate mentionem ingessit. Adfuerunt postridie Serui Bojarum Principes, Guillermo & Renata, secundumque ex serico vil-
lo rubro pro altari, & Sacerdote ornatum attulere, plura polliciti. Seruus Maximilianus aureos ducentos nasisit. Nobilis quidem aureos triginta tres, Sacerdos alius triginta; quibus insuper praeter calicem argenteum dona alia, quartuordecim aureorum pretio, accessere. Re-
vivisebat passum erga Cælitæ amor ac munificentia, quæ effectum, ut etiam D. Leonardi templum, nostræ curæ commissum, eleganter ex-
ornatum fuerit, erectaque in illo Ara Divorum quartuordecim Auxiliatorum memoriz. Abenspergensibus saluti fuit sua erga D. Leo-
nardum devotio; qui praesentem grassante pestilentia opem experti, an-
nuam ad divi. Edem supplicationem decrevere.

1052.
Novitem-
pli Aller-
storffensi
Dedicatio
hem cele-
brem sed-
dunt tres
mitrati
Presules.

1053.
Et Boici
Principes.

1054.
Promotus
eukn. SS.
14. Auxilia-
torum &
D. Leonar-
di.

1055.
Sigismundus
Friderici
Fuggeri Ra-
tisbonensis
Episcopi
mors, &c.
elegium.

Dum sic in Ratisbonensi Diœcesi avitæ pietati restaurandæ adlaboratur: ipsa Diœcesis orbatur Episcopo Sigismundo Friderico Fuggero, Nonis Novembrii calculi doloribus sublato. Princeps erat (ut tem-
peris illius Annales perhibent) summâ prudentiâ & rerum usu, tuendis Ecclesiae suæ Juribus, scientiâ atque animo par, spem summam Ca-
tholicis fecerat, quorum perfugium semper, ac præsidium fuit. Lit-
terarum ac Librorum amor tantus, ut Bibliotheca ipsius fuisse dicatur
viginti quatuor Millium. Commendabat eruditissimum Praefulem sex
linguarum peritia: Victus ac Vesterus tenuitas admiranda in Principe,
ac hereditaria Fuggerorum genti affabilitas, nata devinciendis omnium,
quibuscum ageret, animis. Huius à majoribus erga Societatem a-
more, frequens in nostro templo & Collegio erat, Conrado Vöttero
nostro ad mortem usque Confessario usus, ab eoque in extremo di-
scrimine diligentissime curatus. Reverendissimorum suminæ Edis
Canonicorum rogatu B. V. Sodalitas, quantâ licuit pompâ prosecuta est
funus, ut Catholicus Antistes in heretica Urbe, quam fieri posset, ho-
norificissime conderetur.

1056.
Adolecentis
Ratisbon
de conver-
si compone
ria.

Debut longè optimo huic suo Pastori salutem adoles-
cens Hieremias Grienewaldt, cive Ratisbonensi natus: at parenti-
bus orbus, negotiatoris in urbe tunc sati opulentij frater. Is frigidissimæ luxæ
sextæ pertensus, cùm nunquam serio cum Pseudo-Evangelicis ficeret, tia.
D. Emmerami aliquando Ecclesiæ ingressus, ad D. Wolfgangi celebre
Sepulchrum se abjecit, ardenter DEUM precatus, ut Catholico sibi fie-
ri, ac vivere liceret. Deinde cùm in Princeps Urbis Templum se con-
tulisset, adeò ipsi & loci & hominum pietas placuit, ut è proximis fæ-
minis quæreret, quo pacto in censum venire & ipse Catholicorum pos-
set: illæ cùm Jesuitis hac de re, agendum ipsi responderunt. Ex templo
OO oo 2

Is ad nostris ire consiliij causa, & per integrum serè annum creberimè ad nos revisere. Cautè satis consilium suos celaverat: cùm tandem, ubi in domesticis fabulationibus crebra in Papam jactabantur convitia, impatienter ferendo, muslitando, aut subducendo se prodidit. Insper & ejus cum nostris congressiones, ex affine intellexerat frater; qui inde accerimè instans, ut ad coenam Luthericam accumberet, imperavit. Consilium apud nos adolescentis ac portugum querit. Nostris in're ancipi tricas cùm Magistratu Acatolico veriti, rem ad Episcopi Cancellarium: hic ad Episcopum defert. Suscepit ille iux curam oculæ, pari ex æquo prudentia, constantiaque Actum extemplo cùm Canonicorum Regularium ad D. Magni thas Pontenti Præposito, qzis extra Jura civitatis, Bavaro in solo constitutus, adolescentem recipere: quo consilio & cautum sinul erat adolescentis ne curis, & quotidianis ad eum Fratri ac consanguineis, ne vi aut deo subtraetur, criminaretur, patebat accessus. Huc fratrem adolescentem ipso, Tutorisque adcerdit, viros honestos ac graves, iisque Religionis ac salutis causâ, impellente nemine, hunc in locum recepisse se explicat. Illi primum furientibus similes, insectari copiis, rationes, blandicias, nimias ingerere, extra Monasterij septa modis omnibus elcidre. At nōrat adolescentis, si vel momento se ipsis crederet, actum de se forte quem deflagracionia pœnaque affectum exemplum alijs facturi essent, non deserendat merè, Religionis. Illum primi furoris scilicet, sic responsi prudentia & patientia plus transfuga fregit, ut pacatos à se quietaque domini remitteret. Succesere paulo post alij, à facinus impediti. Quidquid propinquarum & affinum erat, ad Monasterium venit, quas, postquam iram, & lachrymas, & verba consumptas, sic inebrium modestia ac lenitate mollivit, ut sub discessum in episcopatus ac fuit ipsam interficerint. At quæ dæmonis, dum medium supereft, mandram se pro vieto gerentis pertinacia est, integro trium Measian spatio, repetita identidem pugnâ duravit, juvete ad impugnantem usque desperationem fortis atque immoto. Tandem peracta apud nostrum monachorum omnium Confessione absolutus ab heresi, ipsa Domestica Quasi modo pettit, à novo Sacerdote, primum tunc ad Aram faciente SS. Eucharistia vere. Etis, atque una Confirmationis Sacramento munitus est ad perpetuandum, quam abundè probaverat haecenit fide constantiam. Cum libera que antehac quod mensibus certo capituli dolore, qui non annullari ab infamia aberat, laboraret, post percepta saeramenta eo le libertatum ex integro sensit. Quæres una erat reliqua, quo elevata Conversionis fama insultabat Lutherani Monasterio; quod hoīnitem haec effecit, helleboro purgandum, quem nunc tam alnblitiose servarent. Monachum deinde, averso itinere, ne interciperetur missus, ac Serenissimo Duci Maximiliano ab ipso Episcopo commendatus, scholaram nostrorum discipulus fuit; suppeditante interea, unde viyeret, eodem Præsule, dum patrimonium redderet Magistratus. Accidit autem cùm adolescenti, tum exactoribus commodum, quod trium saltus millium fiorenorum esse, ut maximè vellent, negare non possent.

Duo supra quinquaginta ex eodem heretico cœno extraeū; quos inter Apostata unus Religioso se Ordini reddidit. In restituendo legitimo usui Confessionis Sacramento, etiam Cœlum videbatur nostrorum adjuvare conatus. Nobilis Fæmina, mortuos ad eam ditem fœtus jam ter enixa, cùm uterum jam rursus ferret, Ratisbonam ad nostros confessionis gratiâ à novem milliaribus venit. Ea, ut debebar, per-

1059. Duo supra quinquaginta ex eodem heretico cœno extraeū; quos inter Apostata unus Religioso se Ordini reddidit. In restituendo legitimo usui Confessionis Sacramento, etiam Cœlum videbatur nostrorum adjuvare conatus. Nobilis Fæmina, mortuos ad eam ditem fœtus jam ter enixa, cùm uterum jam rursus ferret, Ratisbonam ad nostros confessionis gratiâ à novem milliaribus venit. Ea, ut debebar, per-

Sacramen-
tum Con-
fessionis vi-
num factum
imperat.

peractā, filium vivum, ac valentem est nata. Alius, postquam eodem medio se diuturnis conscientiae stimulis liberatum fensit, sui prae latitia impos osculum figere Sacerdotis pedibus parabat. Id facere prohibitus, ut repulsam ulcisceretur, obvio mendico, Imperiale Nummum argenteum, sive Talerum est elargitus. Congregationi porrò Marianæ miram aestimationem conciliavit celebratus passim Sodalium fervor. Erat inter Canonicos, qui ab omni nostrorum consuetudine prorsus abhoruerat. In ultimo tamen morbo, cum vitæ finem imminere sentiret, nostrorum aliquem nominatim accersivit, quem expiatâ ultimum conscientiâ, eo, quod reliquum erat, biduo à se discedere non permisit. Summis precibus, ut in Sodalium Numerum adlegeretur, contendit; & voti compos Sodalitati trecentos florenos, nostro templo ducentos legavit. Eadem Sodalito è Canonicis alias florenos centum donavit. Tantum in hominum animos valet experimentis non dubiis spectata virtus.

1060.
Sodalitas in
ultimo
morbo ex-
petua.

1061.
In nostrum
favorem
decise lites.

Dum in promovendis divinæ Gloriæ animarumque commodis defudant Collegæ, curæ Superis fuere temporales Collegii proventus, & boni Nominis tutela. Decisa est, quæ per triennium nos exercuerat, majori fastidio, quam damno, molestissima lis. Ad Halingensis nostræ Toparchiæ carceres mandato Judicis, & suo merito, abductus fuerat è Cauponibus unus. Cum nec locus esset insalubris; nec aliud quidquam gravius in eum actum à Judice: extinctus est ille repentina, & incognito mortis genere. Adfuere statim instigatores, qui viduam excitarent, ut coram Straubingana Principis Curia nobis litem intenderet: compensari, quod ex mariti morte subiisset, sibi damnum pateret. Lata hoc anno pro nobis sententia est: absolutum ab omni compensationis onere Collegium: Fæmina jus vitalium alteri vendere, & pago excedere jussa. Ita & jus in agros quosdam, ac fundos, quod Rottenburgensis oppidi Communitas contentiosè negabat, adjudicatum nobis est, Landishutano Principis Consilio ferente sententiam. At fructus isti tantum aliis, quæ animos concernunt, inferiores sunt habendi, quantum humana sunt posthabenda Divinis. Licuit istos & hoc anno saepius intra Collegij parietes legere, intra quos magni Nomini ac Spiritu viris se abdere placuit, & ex Ignatiana ascensi ad altiora virtutem provchere. Ingratisimus, nisi his adnumeremus celeberrimum ad Quercum Superiorem D. Benedicti Monasterium. Septem suorum Reverend. ^{mus} Abbas eum in finem ad Ratisbonense Collegium misit. Quale Spiritu solarium ad suos Religiosi hi Viri retulerint, inde aestimes, velim, quod reliquos se omnes missurum, séque ultimum fore religiosissimus Praesul rescripserit.

1062.
Ad Supe-
riorem
Quercum
religiosi ex-
ercitijs va-
cant.

In Superiore quoque Bavaria, vicinaque Suevia aliorum Monasteriorum Viri Religiosi nostris usi sunt Confessariis, atque ad peragenda ritè S. P. N. Exercitia Directoribus, Landspergâ fere accitis. Amisit ea Domus præclarum hoc anno Operarium, rerum pro DEI Gloria gerendarum capacem æquè ac avidum, Jacobum Luzium. Ziegebachio, pago haud procul Memmingâ oriundus, ad Societatem venit 1566. jam Artium Magister, ac Theologæ studiosus. Sacerdos, quod plurimum in audientium animos dicendo valeret, sacræ admonitus Cathedræ, Halæ ad Oenum octennio, Landspergæ decem omnino & octo annis eam insigni cum laude tenuit. Quidquid interea temporis vel noxiæ moris abrogatum, vel boni introductum est, Luzii

1063.
Jacobi Lu-
zii mors &
elogium.

Zelo ac industria debetur; quem ob publicam in omnes, afflictos maximè, caritatem, ac præclara religiosissimæ virtutæ exempla, in oculis animisque ferebat civitas. Inter continuos aggelosque labores, suorum commodorum osor acerrimus, posthabita per hyemem privati cubiculi opportunitate, eodem cum Tyronibus nostris hypocausto est usus. Quantumcunque per quadragesimam Concionum habendarum accresceret numerus: nihil unquam admittens edulii, communem omnibus toleravit inediā. Id quod Weingartensis etiam Monasterii Patres in eo suspexerē; cùm, licet totto mense ex calculo laboranti, vires decrecerent, induci non potuit, tū, quod per adventū Dominici dies cum Religiosis cœperat, jejuniū solveret. Sub ipsam Nativitatis Domini sacram Noctem, cùm acrius se dolores intenderent, supplex Deum rogavit: ut eorum vehementiam tantisper mitigaret; dum absolutis, quæ supererant, concionibūs, optatum Missioni finem imponeret. Audiit servum fidelem Deus: Missionem, ut volebat, absolvit. At mox acerrimo frigore, ac summa aëris intemperie Landspergam reversum, velut agmine facto, stomachi, ac renum dolores, singultus, vertigo, aliquæ morbi invaserē. Sensit receptam intra viscera mortem, sacrisque omnibus ex more Ecclesiæ ritè munitus, suum mira securitate agonem expectavit: ex quo tandem 19. Januarij victor abiit ad coronam, uti sperare jubet vita religiosissimè acta. Corpus post mortem aded non tetrum odorem vel alpectum habuit; ut vultus etiam gratiam ac venustatem præseferret, cum admiratione spectantium. Eunebris Clerus, Nobilitas, maximaque populi multitudo præfens; velut omnium communem patrem, luctu æquè, ac laudibus prosecuta est.

1004. Qui veteranis militiâ foliotis olim successuri erant, Tirones, egregiis exemplis plerique præludebant futuræ virtuti. Unius in induclicis ad obtinendum à Matre, ingeniosa industria, pià fraude, quod volebat, obtinuit. Simon Felix is fuit, Monacensis patria, omnium postea Scientiarum genere, ac editis in lucem libris clarus. Diligebat eum Mater tanto impensius, quod unicum haberet: nec credebatur dimissura. Is, Matre dissentiente, difficilem sibi ad Societatem aditum fore, intelligens, ipsam fæminæ curiositatem, quā in omnes ejus actiones oculum, animumque intenderat, in sua commoda vertit. Divi Wolfgangi Ratisbonensem Præfulis vitam, idiomate patrio scriptam nactus, magnâ sub ejus oculis curâ perlegere cœpit. In illud Historiæ caput cùm incidisset, ubi fusè narrabat scriptor, quibûs argumentis Sanctus Adolescentis, ad Monasticum à Deo institutum vocatus, obstante in votis Matrem inflexerit; à lectione discedens, de industria librum, inspecturæ sine dubio Matri, explicatum reliquit. Nec sua juvenem fefellerit opinio. Vix pedem conclavi extulerat; cùm libruin occupat illa: quid tanta attentione legeret filius, cognoscere avida. Hoc dum agit, in Wolfgangi Matre se ipsam intuita, quibus hanc olim argumentis impugnaverat ille, eadem sibi nunc objecta divinitus, neutiquam dubitabat. Puduit Religiosam cæteròquin Fæminam, Wolfgangi Matri hac in parte concedere, ac in offerendo ad Numinis obsequium filio minus esse liberalem. Igitur mutato prorsus in contrarium animo, non modò deinceps anhelanti ad Societatem filio, quantumvis uno, non obstatit; sed efficit insuper, ut Maritus voce ac litteris apud Collegii Rectorem instaret, ne filii desideria diutius Superiores morarentur. Alius ardorem, quo admissionem invitîs parentibûs impetraverat, nequaquam juvenilem fuisse, virilis constantiæ experimento pro-

probavit. Pater Vir nobilis, ubi filium jam inter Tirones adlectum, certis nuntiis cooperit: & illi & nobis vehementer iratus, hominem misit, qui domum reduceret; adiectis ad filium litteris, in quibus nihil omisit artificij, quo inducere ad redditum posset. Aliam simul Epistolam ad Affinem, magnæ dignitatis Virum, attulerat Nuntius, quam exhiberi nostræ Domus Rectori volebat, ut territus vel invitum dimitteret. In hac extrema, nì gnatum redderemus, minatur: Scipsum ad nos advolaturum: chartis quin etiam famosis, apud catholicos & quæ ac hæreticos violentiæ accusaturum, quâ supra Tartaros barbari, abstraheremus à parentibus liberos. At neque nostros, neque filium ea furentis impotentia terruit. Virum litteris, Numen precibus, ut animalium meliorem inderet, placare non infeliciter tentant. Immisa corporis infirmitas animi ferociam fregit, & excusso profectionis insanæ consilio domi continuit. Interea affinis pari prudentiâ & pietate Vir, ex itinere, quod Romam habebat, ad eum jam ex morbo mitem divertit; hominemque, unâ cum Matre ita filio ac nobis conciliavit, ut quem haec tenus viis omnibus è Religione abreptum ibant, nunc ad constantiam adhortarentur; ultrò polliciti: si Superflites servaret cælum, dum priùm ad Aras Sacerdos ficeret, nulla quantum inoris longi itineris molestiâ se detentum iri, quo minus coram intersint.

Aliis alia subinde obtigit virtutem experiendi occasio. Inter alia Tironum experimenta, publicam ad Magistri arbitrium mendicationem nostræ leges præscribunt. Missi ex more, tribus ex oppidis, ubi mendicare prohibitum erat, à mendicorum præfecto, quinam essent, ignaro educti, silentio texere personam, quâmq; prodendo conditionem exire poterant, ignominiam in lucro posuere. Alii à duobus simul Societatis amicis magno ambitu invitati, actis pro honore gratiis, sub vesperum in horreo rustico fessa membra deposuerent. Obsonii eo loco nihil aderat; submitti etiam ab amico lucerna debuit, ad cuius lumen, qui tenebantur, officii Canonici pensum persolverent. Auctus est Tironum numerus, quartuordecim hoc anno ad probationem admisissis.

Ad Ecclesiam ab hæresi accessere quindenzi; ad meliorem vitæ formam revocati plurimi. Hos inter annorum septem ac septuaginta senex, gravia scelera perpetuo carcere luere jussus, potius, quam veniam inimicis daret, negari sibi Sacraenta sustinuit. Ad minas & quæ ac preces occalluerat animus, inferni tormenta ingerentibus joco parum Christiano reponere solitus: cum, prærepto ab aliâ loco, ita pridem refertum esse, ut nullus sibi locus supersit. Diebus decem & ultra omnes nostri accedentis conatus elusit. Non abjecit ille animum: sed ad precationem transtulit, eumque in finem non paucas corporis afflictiones subiit. Pulso, qui cor obstinaverat, oratione ac jejunio malo Spiritu, continuo senex pertinaciam posuit, & postquam inimicis dederat, à Deo quoque consecutus est veniam, cui & mitigatae poenæ gratiam Magistratus adjecit.

Defuncto abhinc anno III^{mo} Comiti Schwickardo primo Domus Fundatori anniversario sacro parentatum est; cuius superstes Illustrissima Vidua præter aureos quinquaginta Hierothecam argenteam libram tredecim templi Thesauro addidit, ducentis viginti florenis emptam. Certare videbatur Amicorum in Domum exiguis pro incolarum numero

ro proventibus instructam liberalitas. Centum florenos donavit Senatus: totidem tres nobiles Sorores ab Hynwill: Achilles Illsungius Kueenberga ac Lindæ Dynasta quingentos. Quibus ex Marci Gravii non nos beneficiis. tunc Collegium Halense gubernantis hereditate mille alii accessere.

1069. At nec Boicis agris minus hoc anno fertiles extitere Suevæ campi.
Eius Vidua tus: totidem tres nobiles Sorores ab Hynwill: Achilles Illsungius Kueenberga ac Lindæ Dynasta quingentos. Quibus ex Marci Gravii non nos beneficiis. tunc Collegium Halense gubernantis hereditate mille alii accessere.

1070. At nec Boicis agris minus hoc anno fertiles extitere Suevæ campi.
Convictus. Dilingæ res Dilingæ Juventutis, censibatque Convictorum Collegium supra ducentos, tot ultra 200. Religiosæ. nimirum quot ægræ caperet; atque hos inter Ordinum diversorum Religiosos octoginta. Studiosorum universim numerus, quod miraculi instar tunc visum, sexcentos ac quinquaginta excesserat, fuitque, ut ab hinc anno syntaxin: sic isto scholas Humanitatis duplicandi necessitas. Verabantur isti ex nostrorum cultura tam uberes fructus quotidie sub Henrici Episcopi ac Principis oculis; nec solatio duntaxat erant, sed forti incitamento, novis quotidie favoribus rem litterariam, unâ ac nostram prosequendi. Sexies à Philosophia ac Theologia publicatis proœlio Thesibus disputatum est; animante semper certamen præsentia Principis, qui, quas suo Nominis inscriperant pugiles, laetus se inper, & cum voluptate acceptâsse est visus. Sæpius in Aula Academica sacris operatus, accedenti ex Academiæ legibus studiosæ juventuti sacram Synaxis ipse distribuit. Sub festa Pentecostes eodem in loco idoneos Sacerdotij candidatos sacris Ordinibus initiavit; postquam prævio interrogatorum examini etiam nostrum adesse, ac ferre suffragium voluit. Plurimum vero splendoris ac celebritatis illa habuit Muneris Episcopalis functio, quâ Joannem Chrysostomum Hutlerum, Montis sancti in Bavaria Abbatem, recens electum, præsentibus Ottenburano ac Neresheimensi Præfulibus, solemni benedictione eadem in Aula inauguravit.

1071. Henricus Episcopus Disputatio. nibus interest. In Aula Academica Abbatem Montis sancti benedicit. 1072. In Aula Academica Abbatem Montis sancti benedicit. 1073. Processiones Sodalium comitatur.

Divi dein Hieronymi festa luce, quem Academia Patronum ab ipso suo principio habet, Sacerdoti, Ministris, atque ipsi Altari vestiendis pretiosum è tela serica auro intertexta ornatum, sexcentorum florenorum pretio donavit, primusque in eo ad Aram fecit. Sodales Marianos, ex more ad loca pia etiam dissita supplicatum prodeentes, ipsem et valido ad pios motus exemplo est comitatus. Ardebant à tanto fervore, in Principe viro, Sodali animi, & cum virtutis amore, accendebar iterum religiosè in sacra quadam familia vivendi desiderium. Octoni ad diversa Monasteria, quatuor ad ponendum in Societate religiosæ militiæ tirocinium abjere, quorum alij alia Sodalitati obtulere: unus aureos donavit quadraginta.

1074. Abbas quidam ad dies 15. producit exercitia. 1075. Abbas alius Meditaciones P Bruni in germanicum transfert, & imprimi curat.

Hos & cælitum, & terrigenum laboribus nostris tam clementer adspirantium favores demererit studebant Diligani Collegæ, quotidianis erga omne genus hominum obsequijs. Sacris S. P. N. comentationibus Domi nostræ exercitatis sunt novem, quos inter, suadente Episcopo, certi Monasterij Abbas octidui spatio minime contentus, ad quindecim dies sacram illam solitudinem produxit. Ad suos redux nihil antiquius habuit, quam ut deposito, cui longius ferendo se imparem cerneret, Regiminis onere, quod reliquum erat temporis, ad procurandum beatum exitum, animæ daret. Alius quidam Religiosissimus Abbas pius de Christo passio Meditationes, quas latino idiomate noster Vincentius Brunnus vulgaverat, in patrium sermonem à se translatas, suâ pariter impensa hic imprimi fecit, ac singula earum exempla singulis, qui maximo numero tunc aderant, Religiosis distribui jussit. Mirum profecto, & quod legere neinô nostrum absque animi solatio possit; quam gratam per-

permulti cœnobiorum Antistites, nostram operam habuerint, quâ fiducia, quibûsque successibus usi sint. Sacris exercitijs ad præscriptam à S. Patriarcha nostro methodum suos intra parietes, dirigente nostro multi vacabant: suppeditata in præcipuo Coenobio restaurandæ Disciplinæ, communi Patriæ calamitate collapsæ, consilia: ex alio magnum malum, ne contagio in plures manaret, sublatum: in alijs instituta de studio litterarum consultatio: ubique vel quæ benè cœpta jam erant, proœcta in melius, vel sublati, qui temporum vitio irrepserent, abusus.

1076.
Nostrorum
opera
Monasterij
grata & u-
tilis.

Principes quoque duo Nostrorum, quos evocaverant, curâ suas à libris noxijs purgari Bibliothecas voluere: nostram verò Benefactorum Munificentia Bibliothecâ Patrum in quinque tomos divisâ, Divorum item Chrysostomi & Hieronymi operibûs auxit. Cum libris ceu fontibus averba à multis veneni hauriendi pericula: haustum jam toxicum evojuerent, medentibus nostris, octoginta. Eminuit hos inter facile ilustris fæmina, cui quantum ad tuendum errorem ingenij, tantundem ad retinendum pertinaciaz fuit. Viri multi doctrina & auctoritate præstantes, nostrorum quoque Patrum præcipui, cum Marito Catholico, pariter egregie docto omnem in reducenda laborem ac patientiam consumperant: cùm tandem impellente fortius Numine, Uni nostrorum cessit, séque Catholicam professa, mox duos filios, quos hæretico Præconi erudiendos tradiderat, in meliorein disciplinam dandos revocavit. Alterius Mulieris Catholicæ pijs votis, in impetranda nostrorum opera suffragari visum est cælum. Gravi morbo decumbens, iamque morti vicina accersiverat nostrum. Quò minus compareret, obstant alia, quibus statim se expedire promptum non erat. Venit sub noctem; cùm ægra, postquam, quæ ad salutem ac solatium animi facerent, cum eo egisset, mox placidissima morte defuncta est. Affirmabat Maritus, eam ex quo interfuisset, ubi animam agentibus hic ipse Sacerdos præstò fuerat, assidue à DÉO precatam, ne mori se absque hujus, vel alterius certè Societate præsidio sineret.

1077.
Illustris se-
mina con-
versa cum
liberis.

Exploratam semel in tractandis animis dexteritatem, haud uni sibi prodesse tabellarius voluit. Is nostrum ingressus Sacellum, cùm ad quendam confitendi gratiâ frequentes admodum videret accedere, virum bonum ac mitem esse conjectans, & ipse utendi occasione confilium capit. Confessus, ait ad Patrem: Viros quosdam nobiles sibi esse percognitos, ad quos frequentes afferret epistolas, qui à pluribus annis confessione abstinerent. Nihilominus haud se dubitare, si perspectam ejus mansuetudinem, animique lenitatem haberent, certò venuros. Monuit hominem Pater, ne perire sineret illustres animas, captatâ, quâ alliceret, occasione. Spopondit, se curaturum: & memorem sponsionis fuisse eventus ostendit. Triduo post unus, paucis exinde diebus etiam alter adfuit, quodque aliena relatione crediderant, experimento didicere.

1078.
Alia impe-
rat à Deo
gratiā an-
te mortem
confitendi
nostro.

In Elvacensem quoque agrum nos Celsissimi Ecclesiae illius Præpositi ac Principis sollicitudo evocavit. Sub verni jejunij dies duo Sacerdotes eò missi quater & vices dixerunt ad populum, atque ad instituendam ritè confessionem instructos, supra novies milenos audivere. Doctrina Christiana, excepto tantum Sabbatho, explicata quotidie: rosaria, agni cerei, libri pii, quorum usus in desuetudinem venerat, distributa confluentibus, magno Principis solatio, qui actis clementissimis

1080.
Excolitur
Elvacensis
ager.

simè gratijs, eleemosynæ loco abeuntibus centum florenos est elargitus. Fuit is Wolfgangus ab Hausen, mortuò Ratisbonæ s. Novembris Episcopo Fuggero, 19. Decembris ad Ratisbonensem Divi sui cognominis Cathedram postulatus.

1081.
Octavianii
Secundi
Fuggeri
summa in
Societatem
merita &
religiosa
mora.

Quam jacturam Ratisbonense Collegium in morte Sigismundi Fuggeri Episcopi fecerit, ante memoratum: nunc altera jactura scribendam se offerit, quam omnium opinione passum est Augustanum nostrum Collegium, cum rebus humanis cælum eximeret Octavianum Secundum Comitem Fuggerum, meritis in Superos, hominésque, quām annis graviorē. Mortem omnes boni senserunt: nosque p̄x omnibus. Operæ pretium fuerit h̄ic apponere, quæ ad hunc annum adnotavit in Collegij Historia vivens tunc Augustæ Raderus noster: „Obiit diem suum potissimum Collegij nostri Conditor, Auctor, Conservator, Octavianus Secundus Fuggerus, Duum-vir Reipub. Augustanæ, in partem bonorum operum à Societate auctus; Cujus beneficia in nos magna, assiduaque plurium annorum produnt Collegij Historiæ. Is enim, ut summatim complector omnia, fuit, qui potissimum effecit, ut triginta millia ad pios usus dedicata, nobis ad fundationem assignarentur. Is cum Fratre Philippo Eduardo adhuc superstite, nobis Aream Collegij, quæ viginti millibus æstimabatur, concessit. Is cum eodem Fratre fundationem sedecim millibus à sorte auxit, & pro legata nobis pretiosa Matris suppellecile quatuor millia numeravit. Is de suo privati amplius quindecim millia nobis donavit. Rationes cimbiorum suorum nobis probandas, vel corrigendas transmisit: nobis à puero conscientiam per Confessionem credidit, à nobis in Convictorum Domicilijs educari voluit. Ille Gymnasio nostro ligna per hyemem à Senatu impetravit. Ornatum Templi pro facultate, quali potuit, liberaliter auxit. Speciatim addictus B. P. N. ignatio, cuius effigiem pingi & incidi diligenter curavit. Sacramentis munitus Te DEU. M. laudamus pronuntiavit, vitaque admodum religiose excessit. Vir prudentia, Caritate, Religione in paucis eximius & singularis.

Et Susanna
Rhelinge-
ra.

Post menses haud multos secuta est Nobilis Matrona Susanna olim Gabrielis Rhelingeri Conjunx; postea multis annis vidua, concepto etiam Castitatis voto, quod ad ultimum usque spiritum sanctissimum custodivit, summa fortitudine, prudentia, pietate. Annis decem & octo nostris octavo quoque die confessa, sacram Eucharistiam sumpsit. Vesteras suas Nuptiales templo; filiam unicam DEO in Monasterio consecravit. Cilicinam vestem frequens gestavit, quotidiana virtutum exempla edidit, Societatis Patrona singularis.

Producti
primum in
Parasceve.
Cruciferi.

Ad Sodalitatem unâ horâ viginti duo accessere. Ea; præter consuetas sub extremam Quadraginta Exercitationes, più oculis objicit spectaculum, dum stupente populo, primù agmen emisit Crucis gestantium. Etiam quadraginta Orationis horas lubentes nobis cum coeperunt dividere, cominendata ab omnibus pietate. Quam vel in scena spectatores laudarunt, cum datus in eam est in ipsa Collegij Area Triumphus S. Afra, artificio plausuque majore, quām unquam ante fletu non aliàs crebriore. Exhibuerat nimis Matthæus Raderus, celebre hodieum à litteris nomen.

Ca.

Catholicorum potò numerum tritum quinquaginta ad Ecclesiam redditus auctiorem fecit. Erat hos inter ex Wirtenbergensi Ducatu haud vulgari doctrinâ ac dignitate vir, qui priùs, quâm sui deditioñem ficeret, diu acriterque cum nostris pugnavit. Duo ad veritatem duces è Sodilibus Parthenijs habuere. Pueri unius minime puerilis fuit de leptem hæreticis victoria. Cum in multorum præsentia varia contra fidem objicerent, eos pugnantia dicere etiam puer advertit, tamque intrepide claréque ante oculos posuit, ut in ruborem dati silentium, quod argumentis nequibant, precibus obtinere laborarent; ne scilicet adstantes ejusdem furfuris homines, ab adolescenti, mox plura dicturo, de Luther audirent, quæ ipsi de Catholicis mallent. Sub digressum: satius, inquietabant, nobis suisset, cum ipso cacodænone, quâm cum hoc Jesuitarum foetu congregi. Adolescentis alterius pro Religione zelus etiam à cælo suffragium habuit, sub extremos majoris Jejunij dies cum hospite suo acriter litigans, creophagiam ab illius præsertim temporis sanctitate abhorrentem, multis damnavit. Percitus irâ Herus, in legis contemptum carnes lixari, mensæ inferri jubet; solo è Domesticis puer obniente. Jam Materfamilias, nihil conjugi melior, oneraverat larcenes, easque elata manu, voce, cachinno in triclinium inferebat: cum subito fæminæ labare pedes, defluere brachia, patina atque illa simul ad terram affligi, pavimentum jure natare conspicitur. Finjere cachinni: nequaquam fortuitus eventus ille omnibus visus: precati temeritatis veniam correxerunt errorem. In eorum, qui ab hæresi redirent, commodum collecta pecunia est, civique honesto tradita, quam sine foenore mutuam ijs traderet; ne respicere ad desertos errores dura necessitas congeret.

Unius è Scholæ nostræ discipulis prodigiosa curatione multum Augustæ S. P. N. nomen inclaruit. Adolescentis erat Antonius Bidermanus, quem ex æquo Nobilitas ac Innocentia ornabant. Huic duobus abhinc annis, incognito malo, pedum alter ita debilitari cœpit, ut difficulter primùm incedere; mox ægrè insistere posset: tandem lecto asfixum à ludo constanter abesse morbus coëgit, è strato volenti surgere, scipiones admoveri subalares debuere. Frustra auxiliij causâ ad Medicos: à Medicis ad Magos itum. Juges acutique dolores sesquianno juvènem tantâ suâ aliorumque molestiâ exercuere, ut aut malo finem, aut vitæ utrique optarent. Tandem à revisente ad se nostro æger B. P. Ignatij icunculâ donatus, cœpit coram ea fusis etiam lacrimis vota pro sanitate facere. Hæc dum agit, animadvertisit aspectum B. P. adversum se solito amoenorem; dulcissimi mox animi sensus insecuri, & non dubia valetudinis spes. Una tantum dies abjérat; cum dormienti viuis assistere, qui vocaret ad ædem Marianam, preces ibi fusuram. Experrectus inde mirari primùm; mox sentire se levatum: segnius defluebat noxius humor, redibat virtus, & sensim valetudo. Necdum à morbo plenè recreatus ad Scholas redit, nec ultra eas deseruit. Ea B. P. in clientum vota propensio, & ipsi & nobis multorum conciliavit favorem, fueruntq; præter alia levioris pretii, legati aurei ducenti, sacris in templo usibus impendendi. Fridbergenfe nostrum Sacellum piorum liberalitate amplificatum, & odæ ornatum fuit; unde lacris interesse nostri percommode possint. Spectarunt probaruntque Ser. ^{mi} Principes Guilielmus & Renata: Ser. ^{ma} vero Maria Anna Græcio submisit geminos pro Sacerdote vestitus auro graves, & opere Musivo conspicuos.

1086.
Andreas
Austriacus
Card. mo-
tus Romæ.

Ad extremos Sueviæ fines Constantiæ certasse hoc anno amici vi-debantur, quinam altero clarius suum nobis affectum probaret, ob-latis cum Bibliothecæ, tum surrecturo olim templo muneribus. Bibliotheca octoginta florensis amplificata. Sacro ornatui bina crux ad-dita: è Crystallo una, ex argento altera, cum binis ex eodem metallo candelabris. Additus pro Sacerdote & ara vestitus triplex, quorum ex argento unus, duo ex holoserico fuere: Bona, & quidem ultima erant Eminentissimi ac serenissimi Principis Andreæ Cardinalis Austriaci, & Constantiensis, ac Brixinenensis Episcopi. Illius maximè consilio atque operâ sedem nos fixisse Constantiæ ad 1592. reliqua erga ordinem no-strum beneficia sequentibus deinceps annis exarrata sunt. Plura lon-gè habebat in animo: cum immatura mors illi vitam, nobis spes nostras præcedit. Concepto ad annum Jubilæum Romam proficisci vo-to jam satisfecerat: cum Româ Neapolim, ac inde in Urbe redux morbo sublatus est. Nec defuere signa, è quibus, ante attatum Ro-mâ nuntium, cognita est mors Principis. Duodecimâ Novembbris, ip-so scilicet, quo fatis Romæ concederat die, ac penè momento, in Au-giæ divitis Basilia ab amicissimo sibi Religioso visus est, orantis specie co, quo Princeps solebat, loco flectere: qui vivum adesse ac reducen-

1087.
Eadem die
eius obitus
Constantiæ
cognitus.

arbitratus, ad reliquos retulit. Constantiæ vero, eadem obitus die ac horâ, delapsum cælo fulmen Ecclesiæ Cathedralis odænum, imposi-tumque illi turriculam notavit, liquefactis, qui ære fusi extabant, in horologio tribus duntaxat numeris, duodenario scilicet, primo, ac secundo. Supervenit ad tonitruï ac fulminis insolentiam Joannes Geor-gius ab Halweil Summæ Ædis Decanus, qui & rei novitatem, & nota-rum rationem contemplans, nescio quo motu instinctu exclamavit: Sit propitius Dominus DEUS defuncto Principi nostro; quiñ mi-sero ejus Successori, baud multum supra duos annos ac dimidium prefuturo. Ita factum: & Halweilius communis omnium Canonis-corum Suffrago Successor datus, suum ipse implevit oraculum. Nos Principi optimè de nobis merito parentavimus in nostro Sacello; bis præ-terea in ejusdem laudes in Templo Cathedrali, bis in Auditorio à nostris Oratoribus dæcum.

1088.
Exercitiis
exculti plu-
res Religio-
ni.

Inter eos, quos vivere longius cælum permisit, Patronos, addic-tissimi nobis extitère variorum cœnobiorum Praefules ac incolæ religiosi, adeò, ut è sedecim, qui nostris in ædibus Ignatianæ ascensi vacârunt, ferè omnes fuerint diversorum locorum, æquè atque Ordinum Profes-sores. Parochus unus Melchior Wunnius magnis à Doctrina & Na-tura præsidiis instructus admitti ad Societatem petuit, atque hoc demum anno impetravit. Alii Catechesiū nostrarum fructus in suis notantes, modum sibi tradi petiere, quo maxima cum utilitate tam salutare mu-nus obirent. Unus Civitatis cujusdam, optimi nominis Curio invi-tat nostrum Oratorem; at civibus ignaris, & re comperta adeò fre-mentibus, ut de Jesuitæ remissione Parocho imperanda bis actum fue-rit in Senatu. At una Viri, Apostolico spiritu plena, concio fecit, ut integræ odiū immutatis prorsus animis, iam confessarium optarent omnes: certatim in ejus au res peccata deponerent; ducenti etiam de omni retròvitæ erratis se reos agerent. Nec nisi ægrè, & magnis affectionib[us] honoribus dimisere.

1089.
Civitas in-
tegra odiū
erga nos in
amorem
mutat.

Non quidem à Societate sed à legitimo Domino pagus integer dis-sidebat, odio tam implacabili, ut exulceratis animis, etiam tibi ip-sa

sa Paschatis festa à præcepto omnibus Sacramentorum usu abstineret. Commotus pro rei gravitate Episcopi Vicarius, è nostris, quorum exploratam habebat industriam, unum misit, cuius, adjuvante conatus nomine, tam felix dexteritas fuit; ut nullus omnium extiterit, qui non positis odijs in Domini primū, mox & DEI gratiam restitutus, Divinissimum illud Pacis ac Caritatis pignus Eucharistiam suscepere. Ad priores catechismos, quod nihil vel æquè proficuum, vel necessarium videatur, duo alij sunt superadditi. Quater omnino & quadragies excusum ad avidam nostrorum obsequiorum viciniam. Cœnobium Virginum, quod gravi per annos aliquot laborabat infamiā, disciplinæ restitutum, & à peccatis absolutum est. Ecclesiæ redditii triginta quatuor: Bibliothecæ ijs, quorum erant, rogantibus à pestilentibus libris passim expurgatæ. Nec defuit ijs, qui veritatem sequi, quām præjudicia inallent, effectis etiam prodigo humilimis, accensia lux: id quod præcipue hoc anno in asserendo ab hæreticorum contemptu Confirmatio- nis Sacramento eluxit. Vir erat provectæ ætatis; hujus tamen Sacramenti, quod inter prima abrogaverat hæresis, ad eam diem expers. Affligebat hominem integro jam mense febris, ob quam omni templorum aditu abstinebat. Tempus aderat, quo ex more Ecclesiæ, confirmandi ad Episcopum in suam Ædem adducebantur. Hortatus est hominem noster, ut permisâ DEO sanitatis curâ, etiam ipse inter inungendos accederet. Accessit, & inunctus, pulsa febri, sanus dormum, ac valens rediit. Patentior est, qui sexenni puero eadem occasione contigit, cæli favor. Præter abditum in visceribus malum, quod per intervalla rediens, jam sæpius eum conjecterat in vita periculum; captus erat pedibus, sublatâ prorsus gradiendi facultate. Suasit persuasitque parentibus noster, ad templum ut portarent, sacro chrismate signandum. Reim miram sanè, & pro miraculo ab omnibus habitam! suscepto Sacramento suis pedibus initit puer, & à familiari quoque ægritudine liber, domum cum parentibus rediit.

In Montanis, quæ Austriacorum pariter Principum favore per Tyrolim nobis obtigerant, sedibus, satis hoc anno pacatè res nostræ procererant: cùm Augustissimi Cæsaris Rudolphi benevolentia Oenipontano Collegio adversarios peperit. Quæ, ut anno Superiore notatum, schalarum nostrarum Auditores premebant, locorum angustiæ; cædem & Collegis erant molestæ; cædem maximè causâ, quod, ubi mōrbus è domesticis unum, ut inter plures proclive est fieri, incesseret longior, locus nullus superesset, quo separatus à reliquis, cum quiete curare valitudinem posset. Igitur ut pro infirmis aliqua exstruerentur conclavia, trecentos nobis florenos suppeditari ex ærario Cameræ Cæsar jussit. Factum ergo ædificio hoc anno initium. At, qui contiguin penè Monasterium incolunt; Patres, officere sibi structuræ viciniam questi, litem nobis intendere. Dum in Concilio causa diu multumque discutitur, cessatur ab ædificio: jacent operæ: res tandem ad Cæsarem devolvitur. Hujus jussu secundum jus Patrium, ac Municipale decisa lis Collegio ita adjudicatur, ut aliud insuper ex lite hac ædificio lucrum accesserit. Nam Cameræ specialibus litteris ab Imperatore injunctum, ut paupertatem nostram pecuniaris etiam subsidijs ex ærario sublevet; quod ab ea liberaliter præstitum; dum & alia ad tecum structuram necessaria contulit; & ad tolerandos facilius cæteros sumptus mille florenos adjecit. Etiam ab alijs Societatis amicis adjumenta venere. Engelhardus Theodoricus Wolckensteinius ducentos: Ursula à Zollern Vi- Histor. Prov. Germ. S. J. Tom. II. Dec. VI.

1091.
Quadragesies quater obitæ Mis-
siones.

1092.
Confirmatio-
nem Sa-
cramento
reddita sa-
nitas.

1093.
Intentata
Oenipon-
tano Colle-
gio lis ei-
dem à Cæ-
sar dicatur.

Rr rr dua

dua centum florenos dederé. Joanna Vintleria , nata Wolckensteina , Aram duabus præclari operis tabulis plurimam exornavit.

1094. *Vitum illustrem B. P. Ignatio apprimè devotum , in suo erga sanctum Parentem ac filios , affectu confirmavit mirum , quod saepius , & mira visio . semper cum solatio retulit ostentum . Sub auroram parati iam surgere , somnus obrepserit . Mox vitus est sibi certis cum amicis domum ingredi , quam idololatris prius ac haereticis habitaram . Societas posthac fore inaudiuit ; simul addente alio : hujus quidem Instituto viris religiosis nusquam stationem absque difficultate parari . Tum fœda subito in ære exorta tempesta , tenebris nubibus involuta omnia , e quibus variæ prospectabant animalium formæ , ideo præterim terribilior cæteris . Aversa inde facie respicienti , ipsa se obtulit . B. Patris species , qui provocatum in genua erigens , serena fronte allocutus : *Suscipio te , inquietabat , in filium Societas , & facio te partipem omnium nostrorum meritorum .* Hæc inter exercefactus , ac nescio quam suavi prorsus alteratione se commotum sentiens , creptum sibi cithas , quam volebat , cum spectaculo solarium doluit .*

1095. *Sodalitati porro Partheniæ singulare decus ab Illustrissimo , quem Jo: Stephanus Wajwoda elegerat , Præfecto accessit . Joannes Stephanus Wajwoda is fuit , qui anno superiore in Sodalium adiectus numerum , ferè quantum Natalibūs , tantum supra cæteros virtute eminuit . Cum celebritate non catuisse prima admissio , etiam publicam Sodalitio præfuturi proclamationem , præ quam fieri alias solet , exornare est vitium . Græcis , Latinisque Musis in subsidium vocatis , prosa versuque prolixum est , ipso Principe oratione græca faciente initium ; non Sodalibus tantum , sed primariis ex urbe Viris conventum ornantibus . Memoria*

Concilij Marianorum in pietate promoveuda

1096. *tamen longè , & seqnielâ dignior est insignis Sodalium ad promovendam in suis pietatem æmulatio . Ipsâ prima Quadragesimæ Dominicâ Partenius , quem communibus lectum suffragijs habent , Senatus convenit , initoque Sodalium censu , consultorum singulis certus eorum affligatus est numerus , quorum vitæ ac moribus , ex legum præscripto formandis invigilarent . Extant hodiecum in actis Congregationis descripta , quorum rationem habendam cuique ac reddendam , plissimij iurvenes præscripsere . Curare apud Sodales sibi creditos quisque debet . I. An rosarium quilibet , Officium B. V. ac pius , quem legeret , libellum habeat ? II. An examinandæ conscientiæ , ritè confitendi ac communicandi modum teneant ? docturi , si quem istius rudem compierint . III. An suum studijs tempus : suum item frequentandæ rei Divinæ impendant , & quam in ista religiose se gerant ? IV. An appearat in moribus ac pietate profectus ? V. An intersint Conventibus , & statuta à legibus confitendi ac communicandi tempora obseruent ? VI. Denique recipiebant , se certis temporibus Sodalitatis statuta cum ijs lecturos .*

1097. *Nec vicinorum Halæ Sodalium remissior erat præiustute contentio . Unus ut Christo servire in pauperis persona liceret , bis tèrve domo exiit pauperem quæsitus : quem inventum latuus domum duxit , cibo refecit . Parsimoniâ & multo labore aliis , aliquot Nummoriū suannam pataverat , quam optimè collocatam cupiens , propriæ egestatis immemor , Sacello B. V. donavit . Singulari innocentia juventus , ut castitateim*

tatem à DEO adolescentibus impetraret, mensem integrum lumbos crudo fune constrictos tenuit. Hunc mense proximo imitatus est alter, plurāque superaddidit alia; majora viribus ausurus, nisi injectum juvenili ardori frēnum fuisset. Ex novenī Sodalibus, qui ad D. Francisci Cappucinorum Ordinem aspirabant, admisso neim impetrarunt quini. Ipsā D. Magdalēnae festa luce supplex agmen eduxere ad Montem D. Georgij, quod publicæ pietatis Exemplum multos ex utroq; sexu permovit, ut sponte associati quadringentorum ferè capitum agmen conflarent, in quo nullus extitit, qui non itum redditūque diversis virtutum exemplis insigniret.

Ad eundem Montem, à Religiosissimis illius Monasterij Patribus ^{Duo post} invitati sēpius revicerunt nostri, atque ita volentium confessiones ^{Exercitatio} cepēre. In urbe, præter Sacerdotes ternos, animarum in eadem curæ intentos, S.P.N. exercitiis duo animum applicuere, ambo dein D. Benedicti etiam familiam complexi: & alter quidem insigni exemplo Nobilitatem generis, dotes naturæ, minimè vulgares, Matris preces & lacrymas, blandimenta propinquorum, prædivitem uxorem, ac officia perhonorifica offerentium vocanti Christo constanter posthabuit; clarissimo documento, quam altè descendissent in animum æternæ veritates, quarum cognitionem Meditationes illæ in ordinem longè aptissimum dispositæ, ingerunt. Nec defuit exercendæ etiam in corpora Christianæ caritatis frequens occasio. Cum enim Jubilæum Christiano orbi hoc anno Roma aperuisset; magnus erat per Tyrolim in Italiam euntium identidem ac redeuntium numerus, quibus frequenter pecunias; alias cibum teclūque præbuimus.

At unus è nostris, dum ex Italia transire in Belgum parat, itineris ^{1100.} unà ac vitæ terminum apud Helvetos invenit. P. Hugo Rosoletus ^{Rugo Rosoletus mo-} fuit, natione Belga, qui valetudinem Romæ tentatam restauraturus, ^{ritus in Easid.} Mediolanum primo: mox inde in patriam Superiorum voluntate profecturus; quo cito natale solum attingeret, Grisoniam ingressus, Tigurum: inde ac Basileam cogitabat. At Curiensis quidam Canonicus, gravius patrem, quam ipse net crederet, laborare advertens, suminoperc suasit, ut, omnis Tiguro, recto itinere Lucernam contenderet; ubi in Societatis Collegio, vel curandæ valetudinis, vel certè à via moles tuis reliprandi commoditas foret. Probavit æger, probavere Socii, quos duos è nostris fratribus secum habebat, tam opportuna sugerentis consilium; quod nisi amplexi essent, moriendum patri sacris omnibus destituto, inter medios hæreticos fuisset. Ad sacram B. Virginis Eremum ubi devenere, jam viribus defectus, penè animam agebat. Mirum sanè, qua caritate humanitatèque sic affectum suscepérint Religiosissimi illi Patres, qui sacram D. Benedicti Regulam professi, sub Abbe S. R. Imperii Principe, celeberrimum illud ac Amplissimum Monasterium incolunt. Altera mox die equos dedere Socii, quibus Lucernam profecti, de statu P. Hugonis ad Collegas referrent. Submissus est illico cum Medico è Patribus unus; sed qui eò delati jam vita functum, ac loco perhonorifico, haud procul à sacro Sacello sepultum reperere. Multa cum Suo ac nostrorum solatio narrabant Monasterii Patres, quam is religiosè ad moriendum se composuerit, quam pie sancteque obierit; id unum dolere se repetens: quod extra Societatis Collegium moreretur. Esse se tamen longè maximè obstrictum suavissimæ Numinis Providentiæ, quæ amici consilio servatum ab hæreticis, ad locum deduxisset Sanctitate, ac orbis Catholici devotione teleber-

celeberrimum; ubi sanctissimis Ecclesiæ præsidiis munitus, inter Religiosissimorum Virorum preces reddere DEO animam posset. Obiit 26. Septembris, sicutque à Reverendis illis Patribus publicis Exequiis de mortuo, velut uni è suis parentatum. Actæ quidem, qua pars erat, humanitate ac reverentia Gratæ sunt: At nos posteros decebat, ut inserto annalibus pulcherrimo caritatis exemplo, æternam redderemus beneficii accepti memoriam.

1102.
Lucernates
in nos be-
nefici.

Nec minus grato animo memoranda aliorum Lucernæ in vivos munificentia. Bibliothecæ censum Matrona quæpiam florensis ducantis auxit. Major in Templum ac res sacras aliorum liberalitas extitit. Lipsianothecam unam ex ebeno, argento, & gemmis interlucentem: argenteam alteram, Rosarium item ex lapide haematite tornatum, interjectis ex auro granis, dona centum aureis æstimata, Pfisseri duo obtulere. Casulas duas auro divites, vela tegendis calicibus, aliaque altarium ornamenta, Mediolani confecta Matrona dono dedit; munus quingentorum quadraginta Aureorum. Nos errantes Oviculas ab hæresis præcipitiis in Ecclesiæ caulam triginta reduximus. Fatalis Odi, inter duas Personas graves, periculorum restinendum est incendium. At Rustica Mulier, cum vero incendio sua casa flagraret, sinistrum adusta brachium, & capite à tigno impacto læsa, ægræ se proripiens, relictâ flammis domo, ad Templum nostrum contendens, à peccatorum confessione doloris lenimen quæsivit, & invenit. In ipso porro Colegio R. P. Generalis pro Jodoco Itæo, Adamum Staubium præesse jussit; qui proin Sociis, ad eam diem septendecim, decimus octavus. accessit.

1103.
Friburgen-
sium Soda-
lii egregia
facta.

Apud Friburgenses, quæ altera hoc tempore nostrorum in Helvetia sedes erat, hoc anno Sodales Parthenij virtutum exemplis eminuerunt. Unus ad lauta amicorum convivia sæpè invitatus, satis non habuit, injec-
ta. Et Gulæ fræno, negare præsentiam: sed dum alii genio indulgerent, ille domi prostratus, Deum pro noxis, quæ contrahi inter pocula solent, ardenter est deprecatus. Alii castitatis Heroes D. D. Benedicti ac Francisci exemplis animati, composito ex juniperis lectulo, plures super illo horas, aut integras etiam noctes durarunt: alii non dubitarunt, projecto in nives corpore libidinis faces vel prævertere, vel accensas extinguere. Accidit, ut procax Mulier adolescentis amore flagrans, verbis, munusculisque innocentem importunè sollicitaret. Et jam emolliri se ille sentiebat: cum subito animum promissum Delparæ factum, simulque vivus Divinæ offendæ horror subiere; ac illato repente de horrendis inferni, quæ impuros manerent, supplicis sermone, non se tantum continuit, sed ita quoque fæminam perculit, ut intimo fœditatis suæ horrore correpta, continuo ad poenitentiarum lavacrum confugeret sequæ damnata priori vitæ turpitudine, ad modestiam ac honestatem reciperet.

1104.
Frequens
pus Sacra-
mentorum
quæ effi-
cax.

Aspirare nostrorum conatibus propitium Numen, probavit secuta passim morum mutatio. Fæminæ licentiū dudum, quam conjugij Sanctitas ferret, agenti persuasum, ut maritò contenta, castè deinceps pro statu ratione se gereret. Exactis mirâ continentia duobus membris à quibusdam, tantam morum conversionem admirantibus interrogatur: unde tam subita, tamque constans mutatio? Ex frequenti, ajebat, usu Sacramentorum. Ab hæresum erroribus ad veritatem conversi quinquaginta & unus; frequentiorem, ut molestarum, ita & fructuum occasionem præbente hæreticorum viciniâ.

Hoc item anno duo à Collegij Rectore Senatus petijt. Primum, ut Cantores ad D. Nicolai, qui nostris in scholis essent, Dominicis Festis-
que diebus ad Parochialem Ecclesiam dimitterentur, clerūnque cantan-
do juvarent: Alterum, ut per æstatem horā nonā ante meridiem, per
hyemem mediā decimā Scholaruim finis esset: percommodum id fore
civibus, maturius more patrio prandere solitis. Primum ita concessum
est, ut, cùm duodecim essent cantores, alternis vicibus seni semper ad
cantum se sisterent. Ad alterum in hunc ferè modum à Collegii Re-
ctore responsum: nos equidem, si tantilli temporis mora tam mole-
stam civibus prandij expeſationem faceret; protractis, uti haclenūs,
ad decimam scholis, graves haud fore. Vereri tamen, ne paucorum
ista, & supra verum aucta quæla sit. Et primo quidem jentaculi u-
sum in plerisque opificum ciuiūmque familiis esse. Discipulos, quin
ante vel post lacrum pane jejunium solvant, non vetari. Ipsum Se-
natū, æſtivo pariter ac hyemali tempore, ad decimam extrahere con-
ventus solitum. Nobis equidem permoleſtum accidere, mutato Scho-
larum tempore, domesticum quoque mutare ordinem: nihilominus si
visum esset Senatui, domesticas difficultates ciuiūn commodis poſtha-
bituros. Cùm nihil ultra moveretur, omnia eodem quo fuerunt sta-
tu, relictā sunt. Pari æquitate, ac humanitate ab alia petitione Se-
natus deſtitit. Exegerat per delegatos, ut Collegium tres modios
frumenti annuos, totidēnque avenæ, ad mensuram Corberienſem pen-
deret; quod Abbates Marlensis Monasterii, cuius ad Collegium trans-
lata esset poffeffio, eos olim praefecto Arcis Bollenſis pendere con-
ſuēſſent. Responſum est: annuam illam sex modiorum pensionem,
Marsensibus incubuiffle, ratione Parochiarum Wippensis, & Villarbo-
lardensis; & quidem, uti veteres tabulæ jubeant, non Senatui, ſed
Epifcopo perſolvendam. Harum verò Parochiarum fructus ac poſ-
fessio, cùm ad Collegium non transiérit, nec onus transiſſe; quæ res
haud incognita Magiſtratui, ſinè dubio cauſa fuerit, cur ad hanc diem
nemo quidpiam ſibi eo nomine pendī voluerit. Perspectâ Responſi
æquitate acquievere. Novo potiū beneficio Collegium Senatus de-
vinxit. Rivum, qui tunc per hortum noſtruim, exēſa paſſim terrā,
haud absque danno labebatur, publico ſumptu in aſſerum Anguſtias
coactum, fecere innoxium. Joannes Petrus Cryſetus verò nobilis ci-
vis, ſuum, quem Diſeno in inonte habebat, hortum donavit. Drama,
quod de Parisiensi Doctore, quem è feretro exclamantem D. Brunnoni
archioris vitæ Autorem fuiffe ferunt, à noſtris Discipulis in aula Gym-
nasij datum, ſub bacchanalia repeti in ipla urbis Curia voluere; ea om-
nium approbatione ſpectatuim, ut triginta Actoribus epulum Senatus
dederit.

Sacrarum functionum æquè felix, ac aliàs cursus fuit. Cathē-
dram tamen in templo P. P. Franciscanorum, quam profeſtus in Gal-
liam Fr. Antonius Manelius noſtro interēa gallice dictuero commiferat, eidem Friburgum reverſo reſtituimus. In Collegii porrò Sacellum hoc
iterum anno Seruū Guilielmus Bav. Dux, & Jacobi Fuggeri conjux li-
berales extitère. Hæc è filo argenteo materiam caſulæ ſuffeſturaſ ini-
ſit: Ille vivere apud ſe Caniſij defuncti memoriam ipſo dono oſtendit.
Audierat Venerabilem Virum eo, quo è vivis excessit, anno insigni-
bus S. Urſi Martyris Reliquiis à Solodoreniſi civitate honoratum fuiffe;
haud tamen pro dignitate exornatis. Sibi ergo hujus rei curam ſump-
ſit, misitque viſendi operis ex ebeno argenteis claviculis diſtincto the-

1105.
Senatus Fri-
burgensis
circa can-
tores scho-
lásque pe-
tra

1106.
Reſtituta
Cathēdra
Gallica ad
tempus ac-
ceptata.

1107.
Ser mi Gui-
lielmi
Bav. Ducis
pia liberaſ-
tas.

Et Fugge-
re,

cam, cuius vertici argentea divi Martyris Imago insidet, reliquiis ipsis pura Crystallo clavis. Senatus Friburgensis ad se quoque pertinere favorem ratus, gratias religiosissimo Principi per litteras egit,

^{1108.} ^{P. Stephano Bertino post biennium restituta fa-} Bruntrutano Collegio annus iste Jubilaeus eo nomine latus fuit, quod gloriose tandem fine devicta calumnia sit, quo abhinc biennio procax fæmina P. Stephanum Bertinum, ac totam Societatem infamaverat. Oblatum sibi ab eodem adulterium sparsisse, supra memoratum est. Compartere coram iis, quos Princeps dederat, Quæfitoribus iussa, tam pugnantia dixit, ut ille commotus pro rei gravitate, quo Societatis fama exemplo caveretur, capit is agi à Fisci curatore, & conjici in vincula iusserit. Verum quod primaria in civitate familias languine ac affinitate contingenter Mulier, ut vinculorum infamiam evaderet, trium millium florenortm sponsione, de ejus fuga amici caverunt. Instituitur accusatio: Confident cum suo Praeside, seu Majore, ut vocant, viginti quatuor judices, coram quibus ex jure Patriæ agi causa debebat. Et primo quidem confessi ad vota partis adversæ, contra sententiam Principis, causam esse civilem, minime verò criminalē decernunt; in altera verò, mutata sententiā criminalē pronuntiant, quo intellexit pars adversa ad altius Imperii tribunal Spirensē appellat.

<sup>Adversariorum ar-
to.</sup> Ad speciem, & captandi temporis causâ appellatum fuisse, facile apparebat: biennium, dum se parare simulant, abiit. Neque legniter, ad conciliandos sibi judices, eâ morâ sunt usi, qui opibus & auctoritate florebant, amici mulieris. Jamque sic omnium emollierant animos, ut etiam Principis Consilarii, qui tanta primam contentione ream capit is voluerant, jam penè ex Actoribus patroni, induixerint Praesulē, ut cum Collegii Rectorē ls egerit; ut extra judicium, depreciatione contenti, omisso foro, sepeliri sine remissione facti memoriam; itaque populi conqüiesceret rumor; ut simul extra infamie notam honestæ cæteroquin familie fæmina esset. Flexisset Rectoris animum cum Autoritas Principis, tura ipsa cause conditio, cujus vel ipsa tractatio non careret dedecore. At Numinis pro integerimi Sacerdotis, ac Societatis fama vigilantis, permisso factum, ut mulier successu mendacii, & partitum viribus elata, inhaerere dictis, nullam depreciationis formam admittere vellet.

Sedebat eo ipso tempore aliorum negotiorum causâ convocatum viginti quatuor virorum judicium; ad quod perente Collegij Rectorē recta processuna est. Sub dio in magnō populi concusſu peractum ex more judicium. Intra per breve tempus mulier, & Parens, & Causidicus, cum de Prino unus, alius de Schino diceret, convicti de mendacio sunt. Mox civib⁹ p̄r Praeconem convocatis, iusta mulier recantare calumniam, biennalis litis expensas omnes solvere, ac patriam in perpetuum exesse. Et fuisset extlandum maledicentissimæ fæminæ, nisi Conjugis, parentum, ac familie precibus moti Collegii Rector, ac ipsi Judices, impetrassent à Princeps, ut temperato Legum rigore, pecuniariā mulier exilium redimendi gratiam ficeret. Fateri tamen in Judicium, ac Populi in forum publicum confluentis præsentia, ac depreciationi mendacium debuit; Judicūmque sententia Gallicis ac Germanicis typis impressa per omnem sparsa viciniam est. Quæ res mirum, quantum malevolis terrorem incusserit; contrà de Societatis integritate exi-
<sup>Vulgata ty-
pis senten-
tia.</sup> sti-

stimationem confirmaverit. Bertinus tamen, recuperata post biennij patientiam famâ, cùm gravem exinde devictæ parti suum esse conspectum cerneret, impetrata à Superioribus Missione, ad Lugdunensem suam, unde ad nos venerat, Provinciam rediit.

Depulsa hac tempestate, serena erat rerum nostrarum facies. Quin & hoc intra tempus, quo tam fœde ab una Muliere innocentis Bertini ac Societatis fama lacerabatur, adeo nihil de pristina hominum erga nos fiducia imminutum sensimus, ut etiam major esset, quā antē, ad Sacraenta accedentium numerus. Quidam in loco Collegij Canonicorum Præpositus, collapsam fermè Cleri Disciplinam ad vetera instituta revocaturus, suadente Episcopo, nostrorum consilia opémque adhibuit, rediitque per DEI gratiam alia Ecclesiæ illi facies, & pristinus decor. Non exiguis fuit labor in excutiendis è manibus Catholicorum infectis ab hæresi libris, quos vicini haud parca manu spargebant hæretici; quibus crepti, & Ecclesiæ redditi quinque. Sodalium egregia, sed prioribus annis similia, agentium, fervor alias laudatus est. Silentio tamen transiri non debet exempli minime vulgaris caritas, quā unus mensē integrum ægrotis ministrait. Collegij ædificium eousque processit, ut sub extremum Octobrem novæ Fabricæ teatum fuerit impositum, & oblata petenti Episcopo Gymnasi post Collegium extruendi dæa.

Pontarliacensis ager æquales hoc anno, aut ubiores etiam prioribū fructus dedit. Quotidianæ per Quadragesimam Conciones ac Catecheles, tanto concursu celebratæ sunt, ut, qui commodas sibi sedes optarent, easdem duabus, tribus, aliquando quinis ante horis occuparent. Apud Parochum unum exemplum hoc, unā & ardens nostrorum adhortatio valuit, ut, quod ad eam diem neglexerat, magna deinceps cura, catecheticis doctrinis juventutem eruditet. In iram odiaque Christianos inter, pro concione inventus Ecclesiastes, praesente inde fructum tulit. Superioribū primū diebus eo impulerat quempiam infana vindictæ cupiditas, ut gladio per fenestræ clathros immisso, confodere niteretur inimici filium. Eum dicendo sic alium noster fecit, ut, quem pereemptum ante volebat, advocari per Patrem voluerit, ac in gratiam cum eodem redierit. Hæc tam fructuosa Nostrorum opera, tam simul grata extitit, ut vir opulentus, nullo alio hortatore, quingentas argenti libras eum in finem legaverit, ut quovis anno sub festa Pentecostes duo è nostris evocarentur, Societas munia obituri. Transactum suscepimusque totum id negotium absque ulla obligatione Societatis. Administrandæ pecuniæ, nosque evocandi curam S. Ieronim Sodalitas suscepit, quæ præcipuis civium capitibus constat. Pontarliacenses ipsi datis ad P. Rectorem Bruntrutianum litteris, redditum Missionariorum infirmis precibus efflagitârunt, affirmâruntque plus eodem, duobus proximis annis, ad civium srorum salutem attulisse momenti, quā ab omnibus alijs transacto sæculo ciui meminissent allatum.


Liceat huic unius oppidi testimonio aliud adjungere omni exceptione majus; quod hoc ipso anno de Societatis in Germania laboribus tulit Rudolphus II. Imperator, qui ad Clementem VIII. Pont. Max. inter alia hæc scribit, Pragâ 8. Julij 1600.

1114. Si enim in ullam orbis Christiani gentem Societatis IESU ab illo
 (Ignatio) instituta fructus extat: in Germaniam nostram, multitu-
 dine populorum penè immensam, adeò in omnia Regna, ditionesque
 universas, ita se multiplicem effundit; ut obscuratus superiorum
 temporum injuria, Dominus DEL nitor, quasi novo Sole illustratus,
 ubique resplendescere, Majestatemque Religionis Catholicæ prima-
 vam adferre videatur: ita quidem, ut spes nobis pulcherrima sit,
 fore, ut ardente Societatis illius zelo, ac cœlesti, quâ præfulget, do-
 ctrinâ, diversorum errorum, sectarumque tenebris disjectis, ac
 discussis, Dilectio omnis nostra veri DEL cultum brevi temporis interca-
 pedine amplectatur.

Hæc Sapientissimi juxta ac Religiosissimi Cæsaris verba, non ja-
 cantiæ, sed gratiani animi causâ hic posita sunt: ut, quo Divinæ gloriæ,
 ac veræ Religionis incremento, ad ea usque tempora à Majoribus nor-
 stris in Germania laboratum fuerit, Maximo, quod haberi pos-
 sit, sacratissimoque testimonio confir-
 metur.



INDEX



INDEX.

Rerum, Personarum, & Locorum.

A.

Abbates suevæ ad fundationem Constantiensis Collegij pecunias conferunt. N. 441.
Academiz Dilinganæ Privilegia confirmantur ab Othono Gemmingio Ep. N. 179.
Aichlinga pagus, Ditionis Elvacentis, reducetus ad fidem. N. 40.
Albertus Dux Guil. Fil. Ingolstadium venit Grammaticæ Discipulus. N. 223. Frequentat Gymnasium. N. 641. Ante suum è Gymnasio discessum perorat è Cathedra. N. 842. Frequentat Conventus Sodalitatis majoris. N. 843. in Renovatione Formulam sodalibus prætit.
Alberus Ferdinandus Provincialis modum catechizandi præscribit. N. 61. in templo S. Michaëlis Monachij primus è nostris concionatur. N. 79.
Allerstorffensis Templi Dedicatio celebris. N. 1052. invicit ad illud Ferdinandus II. adhuc Archidux. 231. & Bojariæ Principes. N. 1052.
Altempsius Marc. Siticus, Card. N. 108. erga nos beneficu. N. 112.
Anna Catharina Ferdinandi Archiducis Vidua Oeniponti Domum Regularem fundat & ingreditur. N. 343.
Annæ ab Eck Conversio. N. 1021.
Arbonæ Leo Prædicans se risui lepidè exposuit. N. 272.
Augustæ celebratur Congregatio Provincialis. N. 187. Suscipiuntur Conciones, pomarianæ in templo Cathedrali. N. 189. Roseffius depugnat cum Prædicante. N. 181. Fit Vice-Provincialis N. 188. Nostri ope B. V. à peste incolumes. N. 185. Roseffio agente duæ Scholæ triviales pro Catholicis institutæ. N. 182. Fabula spargitur de nostris urbe pellendis. N. 313. Luthitanorum de die Dominica certamen. N. 510. Pestis invadit urbem. N. 163. Renovatur Pistorum Catholicorum Congregatio. N. 671. Nostrum volunt exhortatorem. N. 673. Processiones sacræ palam resumptæ N. 889. Textores suum rursus vexillum præferunt. N. 890. Canonici Cathedrales pro electione novi Episcopi ad nos-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

strum templum procedunt. N. 893. Magistratus in Gymnasium beneficu. N. 888. Jac. Pontanus eidem librum dedicat. N. 972. Senatus pròpterea erga nos munificu. N. 973. Affixa primum Carmina in Festo Theophoriz. N. 977. Roseffius concionatur in consecratione Episcopi. N. 978. Collegio Boici Principes antiquum Privilegium confirmant, & novum addunt. N. 674.

Austrius Andreas Cardinalis fit Episcopus Bruxinensis N. 19.

Et Constantiensis. N. 108. Consilium ejus de advocaanda Constantiam Societate acceptant Canonicu Cathedrales. N. 169. Et Nobilitas Suevæ Superioris. N. 110.

Bacchànaliū licentiam refrænant Ingolstadienses Sodales. N. 142.

Baronius Cæsar Cardinalis à Papa impetrat continuationem alumnaus Dilingani. N. 969.

B.

Bavariae Principes Guilielmus V. Dilinga transit ad thermas Göppingenses. N. 37. Ejus de Suevæ Monasteriis æstimatio. N. 38. Donat Monacensi Collegio Prædium Tauffkirchense. N. 59. Rem divinam primùm fieri in templo S. Michaëlis jubet, & magnifice celebrat. N. 80. Annuam vult esse ejus diei memoriam. ibid Liberales elemosynas fundat pro certo pauperum numero rei divinæ præsentium. N. 81. Et pro Musicis ibid. Oettinganam sedem inchoat. N. 87. Duos illuc è Societate mittit. N. 92. In nostros ibi beneficu. N. 850. Minutum de Minutiis novum Oettingæ Præpositum designat. N. 92. In Collegium Monacense iteratò beneficu. N. 127. Diploma Nomine suo ac sigillo manutum Collegii Rectori tradit. N. 128. Oenipontano Collegio submittit pecunias. N. 132. Cryptam Sepulchralem pro nostris struit. N. 133. Oettingam missis peculiarem domum coëmit. N. 136. Munificus in Templum & Collegium Ingolstadiense. N. 139. novem Principes in Monacensis Collegii triclinio hospites excipit. 201. Soluscum sorore Maria Archiduce improvisus hospes

Tet

ns.

iisdem nobiscum cibis contentus. N. 202. SS. Reliquias templo S. Michaëlis cum Pompa infert. N. 206. In Collegii Occonomiam beneficus. N. 290. Aedificium Collegii ac Templi maxime promovet. N. 291. Pro Subditorum religione sollicitus. N. 315. Friburgensi nostro templo in Helvetiam submittit donaria. N. 454. 1008. 1107. Et Lucernam N. 999. Lauregum item ac Romam. N. 348. Curtianam Bibliothecam pro Collegio Ratisbonensi donat. N. 412. Eberspergam à Pontifice Collegio transcribendam curat. N. 456. Palatum templo S. Michaëlis vicinum ædificat. N. 471. Pro Collegio ac templo Fundationis litteras tradit. N. 585. Templum S. Michaëlis cum toto ornato donat Collegio. N. 599. Eberspergam cum Renata Conjuge descendit. N. 844. Ejusdem erga Collegium Ratisbonense favor. N. 865. Monachij novem Sacerdotum nostrorum Primitias magnifice celebrat. N. 937. Dubium Halensis Collegij statum firmat. N. 989. Allerstorffium venit cum Serma Conjugi. N. 1052.

Maximilianus I. Guil. Fil. Ingolstadii revocatur. N. 55. Ejus in Collegium Ingolstadiense beneficentia. N. 56. Erga Monacense favores. N. 58. Anspacum iturus unum è nostris assumit in comitem. N. 149. Qui sacras ibidem quotidie functiones obit. N. 150. Itinerum in exterias Provincias comitem assumit Gregorium de Valentia. N. 200. Principibus Epulum solemne præbet in Ratisbonensi Collegio. N. 279. In Lotharingiam abiens unum è nostris secum ducit. N. 347. Ingolstadio transiens Mariano Conventui præsens est. N. 395. Donat Ingolstadiensi Collegio Monasterium Münchens-Münster. N. 818. Philippo Fratri Cardinali Episcopo Ratisbonensi defuncto Epitaphium ponit Ratisbonæ. N. 837. In nostros Oettingæ, beneficus. N. 850. Et Ratisbonæ. N. 865. Multos subditos Eberspergensis Domicilio vindicat. N. 945.

Elisabetha Maximiliani conjux Confessarium & Concionatorem è Societate deligit. N. 349.

Ernestus Coloniensis Elector Monachium venit N. 294.

Albertus Guilielmi Filius Gymnasium publicè frequentat. N. 641. Sodalitatis Monacensis praefecturam suscipit. N. 942. Eadem decedenti aguntur gratiae N. 1030.

Philippus ac Ferdinandus Guil. Filii exempla pietatis edunt Coloniæ ac Moguntiæ. N. 125, Romam abeunt, nostris in comitatum assumptis. N. 130. Discedunt pariter Ingolstadio. 392. Ante discessum publicam disputationem subeunt ingenti cum laude. N. 393. Philippus in templo Societatis Monacensi Cardinalis inaugurator. N. 566. In ejusdem Dedicatione Concionem ha-

het. N. 609. Ejusdem Zelus pro SS. Eucharistia. 658. Ejusdem pia mors & elogium. N. 829.

à Bergen Maruardi Ep. Augustani mors & elogium. N. 25. Parentalia Dilingæ persoluta. N. 35.

Bertinus Stephanus noster gravem calumniam patitur. N. 916. Alia eodem tempore sparsa & detecta. N. 917. Fama Bertino publicè restituta. 1108.

Biburgi erigitur schola germanica. N. 147. Stabilis nostrorum residentia inchoatur. N. 233. Dicta contra eosdem ac Societatem recantat Parochus. N. 234. Instauratur templum S. Leonardi. N. 489. Erigitur in eo altare SS. 14. Auxiliatorum. N. 1254.

Bisuntinus Archiepiscopus pro Concione Societatem commendat. N. 450.

Blarer Joan. Christoph. Ep. Basileensis de Collegio Bruntruti fundando consultat. N. 1. Ejus beneficentia N. 2. Gaudium de introducta Societate Constantiam. N. 114. Dilingam venit. N. 167.

Blarer Ambrosius nobilissimæ Familiae degener surculus. N. 100. Augustam Constantiam cum Prædicantibus abit.

Blarerorum pro Religione Zelus. Diethelmi Principis S. Galli. N. 102. Ludovici Principis Einsidensis N. 103. Gervvici Abbatis Weingartensis N. 104. 106.

Blasphemus mirè emendatus. N. 15.

Bogerinus Joannes in nostro templo Ingolstadii consecratur Episcopus Tergestinus. N. 230.

Bragadini Marci Chrysopœi impostura & supplicium. 67. & seqq.

Brenneri Joannis elogium. N. 448.

Brunnerus Martinus Seccoviensis Ep. Societati additus. N. 864.

Breuningi Sebastiani Suffraganei Augustani in Societatem affectus. N. 161.

Brigantinæ Sylvæ Missio fructuosa Anabaptistarum reliquias tollit. N. 902.

Brigantium civitas Societatem expedit. N. 273.

Bruntrutum. Collegii fundatio confecta. N. 2. Scholæ apertæ. N. 3. cœpta doceri Rhetorica. N. 116. Instituta Sodalitas Marianæ. N. 449. Collegium & Templum ædificari cœptum. N. 680. Acceptatur ut Collegium. N. 265. Tres simul Episcopi Collegium & Gymnasium invisunt. N. 448. Famem publicam nostri sublevant. N. 681. Et egestatem studiosæ juventutis. N. 1009.

Legantur in hunc finem 1600. floreni. 1010. Burghusium Missionem excultum. N. 947.

C.

Cæmeterium à Lutheranis diversum acquirent Catholici Augustæ. n. 975.

Cæmoniarum Sacrarum irrigor punitus. N. 961.

Cæsar

Cæsar Specianus Cremonensis Episcopus Legatus Pontificius Monacensis Templi & Collegij Hospes. N. 206.
Campidunum duo è Nostris mistuntur, pente Princeps. N. 414. Iterato petiti cum fructu laborant. N. 416. 5. 22.
Campiani Edmundi rationes in lucem edite. N. 994.
Canisius Petrus ægrotat graviter. N. 8. Do-tes Corporis & animi. N. 693. & seq. E-ducatio N. 696. Virtutes a. 673, usque ad N. 757. Calumnia de Canisio cum Catella profugo. N. 780. Primus in Germania Provincialis à S. Ignatio constituitur. N. 730. Oettingæ energumenam liberat. N. 735. Fit Concionator Oeniponti. N. 736. Re-ctor Friburgi in Helvetia. N. 739. 772. Re-cusat Episcopatum Viennensem. N. 743. Ut dignitates evitet, Româ clâm abit. N. 748. Ultima ejus Epistola ad Claudiu Generalem. N. 752. In defendenda Societate for-titudo. N. 758. Eiusdem litteræ ad Nostros Monacenses. N. 759. Ad Oenipontanos. N. 760. Exhortatio ultima ad socios Friburgenses. N. 761. Usum introducit precum post Conaciones dici solitarum. N. 764. Catechismum edit in omnes ferè lin-guas translatum. N. 765. Ex editis ab eo Meditationibus S. Aloysius Gonzaga desiderium ineundæ Societatis concipit. N. 767. S. Stanislauum Societati Romam transmittit. N. 768. Ejus ad Parthenonem Regium Ha-lensem Epistola. N. 769. Pro Collegio Germanico Romæ instaurationem foundationis impetrat. N. 770. Gabrielis Buccellini de eo testimonium. N. 77. 3. Vitas B. B. Fridolini & Nicolai Anachoretæ conscribit. N. 774. Hæretici eum persequuntur. N. 775. Litteræ Canonorum Cathedralis Ecclesiaz Augustanæ, quibus eum ad Con-aciones expetunt. 783. Cum eodem consul-tat S. Carolus Borromæus de modo conver-tendi hæreticos. N. 784. Ejus concionandi modus. N. 785. Ad illius preces singulis Sa-cerdotibus Societatis menstruum pro Se-ptentrione Sacrificium in perpetuum præ-scribitur. n. 792. Ejusdem ad mortem com-paratio. N. 797. Sepultura in templo ur-bis Princeps S. Nicolai Friburgi. N. 799. Processus & preces pro ejus cultu publico. N. 800. Litteræ ejus manu scriptæ Hyppolito Guarinonio salutares. N. 803. Mirus su-dor Imaginis Canisianæ in Peruvio. N. 808. **Canisius Theodoricus Lucernæ eventum sen-tit à Petro prædictum.** N. 904.
Canonici duo Cathedrales Ratisbonenses So-cietatem expetunt. N. 656.
Caroli Austrij in Hungariam abeuntis pietas. N. 122. Sacerdoti ad Aram ministrat. N. 1035.
Catecheseos fructus. N. 209. 897. 982. 1013.
Cattaneus Sebastianus ex Ordine Prædicato-rum Episcopus Chiemensis erga Nostros propensus. N. 920. Liberalitas erga Oeni-

pontanum Collegium effectu caret. N. 986.
Chiemensis Missio hæresin ibidem extinguit. N. 660.
Claudius Generalis Societatem liberari postu-lat à Cura Parthenonis Regij. 249. Tria exi-git à Parthenone. N. 252.
Clementis VIII. Pont. Max. judicium & æsti-matio de Gregorio de Valentia nostro. N. 813. Ejusdem erga Collegium Ratisbo-nense favor. N. 865.
Colloquium Marianum Ingolstadij à P. Jacobo Rem institutum. N. 288. Ejus leges. N. 289.
Colmaria per nostros Bruntruto Missos exclu-ta. N. 914. Resflorescit ibi Catholica Reli-gio, ibid.
Communionis & Confessionis fructus. N. 65. 66. 190. 199. 229. 235. 354. 355. 1104. Communionis Sacrilegæ poena. N. 1005. Communio à spectris ædes liberat. N. 670.
Confessio voce ignota suadetur. N. 841. Con-fitendi facultas ope B. V. impetratur. N. 257. Ad eam octogenarius, nunquam confessus adducitur. N. 1026. Confitendi mira ratio hominis illiterati. N. 1027. Persuadetur à Tabellario. N. 1079. Vivum foetum impe-trat. N. 1059. à dæmone liberat. N. 190. à desperatione. N. 199. à dentium immanni dolore divinitus immisso. N. 229. Pacem reddit conjugibus. N. 301. Sanitatem, N. 354. 355.
Confessarij mansuetudo multarum Conver-sionum causa. N. 1038.
Confirmatio, Sacramentum à morbo liberat. N. 1058. N. 1092. Ejus suscipiendo ratio explicata cum fructu. N. 324.
Confluentini Joan. Baptistæ mors & elegium. N. 363.
Conradi Martinus in Galliam missus fructuose laborat in castris. N. 119.
Constantiam evocatur Societas. N. 93. Situs Urbis & Origo. N. 94. Nobiles urbem re-linquunt. N. 95. Post Democratiam subie-hæresis. N. 96. Concionatur ibidem Zwinglius. N. 98. Sævitur in sacra. N. 99. Cives ad conditiones acceptandas fame ad-acti. N. 105. Expulsis Prædicantibus redit Clerus & Religio. N. 107. Canonici Ca-thedrales in nos benefici. N. 112. Retarda-tur absolutio Collegij. N. 266. Constanti-enses erga Religionem iterum melius affe-di. N. 443. Urgetur à Rudolpho II, per Legatos Collegij ædificatio. N. 994. Fru-ctuosi nostrorum labores. N. 268. 682. 995. 1089.
Constantia in fide Civis Ingolstadiensis. N. 1046. & septennis puellæ. N. 1047. Ju-venis Ratisbonensis. N. 1056. Tubicinis. N. 173. Schnephij. N. 43.
Conversiones hæreticorum. N. 40. 172. Fa-minæ ope B. V. memorabilis. N. 191. No-bilis Dani. N. 212. Lutheranæ feminæ sub-mortem. N. 240. Ruthensis pagi. N. 241. Aliorum N. 268. Filij Prædicantis. N. 314.
 T t t 2

Stadeli Augustanæ Reip. Legati cum familiæ. N. 281. Duorum Juvenum Zwinglianorum. N. 183. Löderensis pagi. N. 419. Unius pér puerum. N. 403. Campidonensem quinsque. N. 418. Fratris Prætoris Augustani. N. 513. Petri Pranzij postea inter nostros Tirones mortui. N. 546. Joannis Electoris Saxoniz. N. 551. Rustici. N. 505. Raimundi Röhlingij. N. 514. Puellæ à dæmonc liberatae. N. 516. Fæminæ à spectro vexatae. N. 860. Fæminæ Lutheranæ. N. 998. & Hussitæ. N. 959. Alterius occasione morbi. 1012. Hospitalensis territorij memorabilis. N. 1015. Fæminæ curiosæ N. 1019. Lunæ lacensum. 49. N. 1020. Anna ab Eck. N. 1021. Juvenum aliquot Studiosorum. N. 1044. Juvenis Ratisbonensis. N. 1050. Rabensteinij nostrifratris. N. 34.

Conversiones Peccatorum notabiles. scelerati hominis per spectrum. N. 353. Allorum. N. 477. 478. Superstitiosi. N. 517. Profugorum duorum per exercitia S. Ignatij. N. 852. Per celebritatem Primitiarum in Templo Monacensi. N. 940. Duorum Mindelhemij. N. 983. Concubinarij. N. 1003. Adulteri. N. 1007. Viri nobilis. N. 1037. Puellæ petulantis. N. 1038. Rusticanæ juventutis. N. 1039. Trium reorum. N. 1040. Fœdifragæ adversus DEUM. N. 53. Alterius ope B. V. N. 54. Potator punitus repudicit. N. 64. Pueræ Diabolo mancipatae. N. 63.

Gremierius, Everhardus in obsequio Pestiferorum Lucernæ mortuus. N. 685.

D.

Demonis perfonati detecta fraus. N. 75. Deckendorffij laboratur cum fructu. N. 50. Delemontana Missio. N. 451. Diesbachij Fratres Petro Canisio Monumentum ponunt. N. 799. Dieterici Sebastiani mira ad Societatem vocatio. N. 86. Dietmansrieda pagus utilissimè excultus. N. 416. Dilinga in varias Academicorum Classes examinum mos introducitur. N. 106. Tres Principes unà prandent in Collegio. N. 168. Prædicantis infelix disputatio. N. 900. Prolatæ è Templo Evcharistia soperit incendium. N. 436.

E.

Berisperga. Arcis origo, & Status varius. N. 456. & seq. Traditur à Summo Pont. Monacensi Collegio. N. 596. Catechesis tribus locis explicari cœpta. N. 846. Reparantur sacra vasa. N. 847. „Sacrarum reliquiarum Catalogus. N. 848.

Einsidensium P. P. in P. Hugonem Rosoletum caritas. N. 1100. Eldern Guilielmus Primus Monachij sepulchreto nostro illatus. Eius Elogium. N. 134. Elvaceensis Magistratus cogit Prædicantem retexere convitia contra Societatem. N. 322. Exercitia S. P. N. obeunt. Abbas Schyrensis. N. 203. & ejusdem Monasterij Prior. N. 204. Alij septemdecim N. 224. Duo Prælati cum suis. N. 302. Gaspar Ortnerus Trostburgi Parochus Societatem ingressus. N. 303. Jacobus Köplinus Abbas S. Udalrici Augustæ. N. 316. Ingolstadij magno numero. N. 397. Suffraganeus Frisingensis. N. 474. Philippus Bavariae Dux. N. 497. & Quirinus Leoninus Cathedralis Ecclesie Radisbonensis Decanus. ib. Philippus eadem repetit. N. 566. Atque iterum N. 826. Abbates duo cum Religiosis. N. 898. Ac duo Parochi. ibid. Vir Nobilis. N. 922. Henricus Knöringius Ep. Augustanus. N. 963. Abbas Ochsenhusanus cum ternis suorum, & alij duo Prælati. N. 968. Religiosi. 34. In Convictu Dilingæ. ibid. unus ije excultus adducit cæteros omnes. ibid. Abbas alius cum alio Religioso. N. 997. Eadem unus Abbas ad dies quindecim producit. N. 1074. Joannis Michaëlis Franciscani Theologiz Doctoris de Exercitijs S. Ignatij judicium. N. 262.

F.

Ferdinandi Archiducis Oenipontani mors. N. 339. Elogium. N. 340. Exequæ. N. 528. Theophoriæ Festum reddit splendidius. N. 20.

Ferdinandus Archidux postea Imperator eo nomine II. Ingolstadij Gymnasium frequentat. Rheticæ Discipulus. N. 57. Ad Academiam transit prævio examine publico. N. 145. Publica affectus in Societatem contestatio. N. 123. Exempla pietatis in compreicatione ac supplicatione publica Ingolstadij. N. 287. Ratio vivendi. N. 381. & seqq. Mille aureos ad Hilaria missos ære in templo nostro statuendæ donat. N. 385. Valedicitur abeunti. n. 388. 389. Valedicit ipse Collegio. n. 390. Relinquit suæ beneficentiaz monumenta. N. 391. Factus Imperator Academiaz Privilegia auget. ibid. Friburgi Nuithonum gravis in socios calumnia. N. 9. Primarij urbis Collegium armatis excubiis defendunt. N. 10. Operam nostram in extinguendo incendio probant. N. 11. Et componendis dissidiis Patrem inter & filium. N. 12. Et gravi alia discordia. N. 16. Impostura detecta. N. 13. Magistratus in Collegium favores. N. 17. 118. 327. 1105. Collegii fabrica sufflaminatur. N. 117. Rursus pergitur. N. 260. Resumpta Concio Gallica præter Germanicam N. 261. Graffatur pestis. N. 326. Depellitur ab uno e nostris gravis calumnia. N. 328.

N. 328. Solennis ingressus in novum Collegium N. 335. Apertum novum Gymnasium N. 338. Peste tollitur Joannes Razius Societati amicissimus n. 686. Et Petrus Schnevelinus Auctor recepte Friburgum Societatis. N. 687. Finitur lis de exhibendis rationibus. N. 688. Duo è nostris peste sublati. N. 689. Ad fontem salutiferum habitæ Conclaves. N. 913. Civium ad nos accurrentium fervor. N. 1004. Fr. Antonio Manilio restituta Cathedra Gallica ad tempus acceptata. N. 1106. Senatus ad petita duo nostro responso contentus. N. 1105.

Füessam duo e nostris missi. N. 668. Hæresin inde exterminant. N. 669. **Fuggeri.** Marci in Templum Ingolstadiense Munificentia. n. 141. Ejus mors & elogium. n. 675. In Augustanum Octaviani n. 157. Georgii & Mariæ natæ Schwanzenbergiæ n. 158. Jacobus Fuggerus in eo magnificè suas Primitias celebrat. n. 159. Præpositus dein Constantiensis in nostro sacello Psalmum 50. per Quadragesimam decantari curat. n. 338. Alterius Jacobi Fuggeri & Mariæ Illungiæ in Augustanum templum beneficentia. n. 872. Fuggerorum Conjuges aliæ Templum ornant. n. 435. Christophorus Fuggerus quasi novus Collegij Augustani Fundator. n. 873. Quadragesinta florenorum millia eidem transcribit. n. 883. In templo S. Udalrici aram & monumentum sibi ponit. n. 884. Ejus Posterius in Societatem benefici. 885. Antonii Fuggeri memorabilis pro religione Zelus. n. 874. Et magnanimitas. n. 878. Fuggeriana Familia unum è nostris stabilem ad D. Mauritii Concionatorem constituit. n. 886. Sigismundus Fuggerus Ratisbonensis Episcopus erga nos benignus. n. 960. Ejus mors & elogium. n. 1055. Fuggeri Augustæ liberaliter habent congregatos Provinciæ Patres. n. 974. Imperiant Catholicis diversum à Lutheranis sepulturæ locum. n. 975. Conjuges etiam in Friburgense nostrum templum liberales. n. 1008. 107. Octavianus secundus Fuggerus Augustæ moritur, ejus elogium n. 1081. Fuggeri nos advocant in suas Ditiones. n. 932. Löderensis pagus per Jacobum Fuggerum ad fidem reductus. n. 419.

G,

S. Galli Principis Diethelmi è Blarerorum Familia pro religione Zelus. n. 102. Bernardus Millerus Decanus Theologæ Doctor inaugurator Dilingæ. n. 171. Electus in Principem nostros evocat. n. 444. à Gemmingen Joan. Otho in Episcopum Augustanum electus. n. 26. Applausum Collegii nomine vulgavit Matthæus Raderus necdum Sacerdos. n. 27. Ejus in Dilinganum Collegium beneficentia. n. 36. Academizæ Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VI.

Privilegia confirmat. n. 179. Nostrorum operam pro Algoja expedit. n. 523. Duos è nostris Füessam mittit. n. 668. Processiones publicas Augustæ restituit. n. 889. Ejus mors, elogium, Parentalia. n. 894.

Grammatices schola, Gretsero auctore in duas divisæ. n. 222.

Gretserus Jacobus Græcæ lingua, syntaxin typis edit. n. 221. Edito libro confutat Arnaldi mendacia. n. 398. Edit libros de S. Cruce. n. 815. De S. Cruce Tomum II. Apologiam pro Societate contra Lermæum Calvinistam, alteram contra Anonymum de modo agendi Jesuitarum. Vindicationem locorum aliquot Tertulliani contra Franciscum Junium Calvinistam. S. Gregorii Nysseni Commentarios in Psalmos latinitate donatos. Leonis Imperatoris novem orationes de Festis. Theses de Indulgentiis, de Gratia. Præfationes in aliquot Tractatus Schoppii. n. 1049.

Guarinonio Hyppolito Regii Parthenonis Halensis Medico Chirographum P. Petri Canisij salutare. n. 803.

Guldinus Paulus ad fidem conversus ad Societatem recipitur. n. 664. Adhuc dum auffex sacra vasa Ebersperge reparat. n. 847. Ejus mors & elogium. 665.

H.

Hæretici confusi à Conrado Vöttero. n. 45. Ratisbonæ Disputationis lepidus successus. n. 153. Prædicans ab Elvacensibus recantare coactus. n. 322. Viæti à Religioso ex Convictu Dilingano. n. 899. à nostro Professore Theologo. n. 900. à pueris. n. 171. 172. 897. 1083. 1084.

Halæ subvenitur à Collegio Pauperibus studiopsis. n. 120. Reus unius è nostris mansuetudine ad mortem comparatus. n. 121. Discipulatur an persistendum nobis in administratione Parthenonis Regij. n. 248. Liberationem petit Claudius Generalis. n. 249. Incendium ex fulmine in turri Templi extinctum. n. 677. Consilium uniendi Halense Collegium cum Oenipontano discutitur à Guilielmo Duce Bavariæ. n. 989. Laboratur à Collegis utilissime. n. 990. Faveentes habent Viros Illustrissimos. n. 992.

Halensis Parthenon Regius, impetrat à Pontifice, ut perpetuam Societas suscipiat in spiritualibus curam. n. 250. Cedunt nostri jure ad templum, ædes, ac hortum. n. 251. Conceduntur tria à P. Claudio postulata. n. 254. Insignis è publicè ad S. Synaxin accidentium exemplo fructus. n. 255. Prodigiosa claudi ad earum Templum acceditatis sanatio. n. 256. Parthenon erga nos pia liberalitas. n. 993. Pro avertendis Societatis calamitatibus studia. n. 345.

Maleri Richardi nostri abitus in Hispaniam cura Margarita Regina, & elogium. n. 642.

Ha.

Hasenmillerus Elias impostor è Societate profugus. n. 217. Scribit Libellum famosum Historiam Jesuiticam, poste à Leysero editam. n. 218. Ejus infusa mors. n. 219. **A**b Hausen Wolfgangus Praepositus & Princeps Elvacensis Dilingam venit. n. 167. Ejus in Collegium Dilinganum beneficentia. n. 169. 180. Pro Collegio Constantiae perficiendo laborat. n. 901. Elvaci nostrorum operâ utitur. n. 1080. **a**b Helfenstein Udalici Comitis Scholarum nostrarum Discipuli, mors & elogium. n. 207. **a**b Helfenstein Schwickardi Comitis Fundatoris Landspergensis mors & elogium. n. 924. & seq. anniversarius à Collegio celebratus. n. 1068. **a**b Helfenstein Maria Schwickardi Vidua, nata Hohenzollerana in Landspergensem Domum benefica. n. 1069. **H**ellerus Alexander & Joannes Pelecyus primi è Societate Constantiae. n. 111. Recipiuntur in Palatium Episcopale. n. 112. Hellerus incipit Concionari in Templo Cathedrae. n. 113. Excolit Marisburgum & Arbonam. n. 271. **H**eppius Joannes noster & Martinus Conradus cum Helvetiis militibus in Galliam mittuntur. n. 6. Heppij in castris mortui elogium. n. 7. **M**endelius Collegii Monacensis Rector. n. 78. Diploma à Guilielmo Duce accipit. n. 128. Boaria Principes Romanam comitatur. n. 132. **H**olonius Joannes & Gregorius de Valentia Bragadino morienti assistunt. n. 73. **H**offerus Paulus Visitator in nostram Provinciam mittitur. n. 60. Ingolstadij pietatem Sodalium inflamat. n. 143. **H**ylinus Joannes ad Ducem Bavariae legatur. n. 85. Inde ad Tirocinium Landspergense pergit. ibid. magno fructu concionatur Ratisbonæ. n. 404. Fit concionator Viennæ ad S. Stephanum. n. 406. Ne Conaciones illius audiant, Lutherani Praecones suis interdicunt. n. 858. **H**utlerus Joannes Chrysostomus Abbas Montis sancti Dilingæ in aula academica benedicitur. n. 1072.

I.

S. Ignatio nondum inter sanctos relato devotus Cardinalis Spinellus. n. 988. Octavianus Secundus Fuggerus. n. 1081. Adolescentis Augustæ sanatus. n. 1085. Puerpera Eberspergæ. n. 1041. Apparet Illustri Oenipontano. n. 1094. **I**ngolstadij Cathedra Theologiz Moralis tradidit Societati. n. 51. Maximilianus Dux quadriennio in Academia Discipulus n. 255. Monachium discedens erga Collegium munificus. n. 56. Remanet cum Philippo & Ferdinandino Boaria Ducibus Ferdinandus Archi-Dux. n. 57. Ter Publicus cum Plausu Orator. n. ibid. Grammaticæ Latinæ Schola in duos ordines primùm divisa. 222. Albertus Guilielmij Duci filius Grammaticæ Discipulus. n.

223. **J**oannes Bogerinus in nostro Templo consecratur Episcopus Tergestinus. n. 230. Parochianis in peste à Parocho desertis nostri inserviunt. n. 1041. **J**oannes Saxoniz Elector moritur Catholicus. n. 551. **J**ubilæum Monachij promulgatur. n. 61.

K.

à **N**öring Henricus fit Episcopus Augustanus. n. 895. Obiit Exercitia S. Ignatij Directore nostro. n. 963. Violarium peregrinatur. n. ibid. Novitorum Societatis operam commendat Parochis. n. 964. Dat Novitijs à Superiore probatis protestatem concionandi. ibid. Ad repetenda deinceps Exercitia Urspergam defigit. n. 965. Dilingæ in Aula Academica consecratur Sacerdos. n. 966. Exemplo alijs prodest. n. 967. SS. Eucharistiam in Theophoria circumfert. n. 976. Consecratur Episcopus. n. 978. Dilingæ Disputationibus interest. n. 1071. In Aula Academiz Abbatem Montis sancti benedicit. n. 1072.

Köpllinus Jacobus Abbas S. Udalrici Exercitia S. Ignatii obit ipse, & inter suos promovet. n. 316.

Kuenius Ferdinandus Comes erga Templum nostrum Ratisbonæ beneficus. n. 864.

L.

Landspergæ abusus in auditione sacri extirpatus à Jacobo Luzio nostro. n. 869. Levata nostrorum inopia. n. 870. Moritur Schwickardus Helfensteinius Fundator. Ejus elogium. n. 924. & seq. Periclitatur Novitorum valetudo. n. 930. Aliorum impugnatur vocatio. n. 931. Abbas Weingartensis in Collegium beneficus. n. 933. & Vidua Helfensteinia. n. 935. Moritur Jacobus Luzius. ejus elogium. n. 1063. Helfensteinæ, Civitatis, Hinwilareum, Achillis Illungij beneficia. n. 1069.

Landspergense Tirocinium subeunt. Gaspar Ortnerus Parochus Trostburgensis. n. 303. Georgius Holzhajus & Jac. Bidermannus. n. 304. Petrus Pranzius & Paulus Laymanus. n. 305. Christophorus Brandtius, Albertus Muskajus, & Jeremias Drexelius. n. 871. Simon Felix. n. 1064. Tironum nostrorum in vocatione constantia. n. 305. 307. 931. 1065. Patientia. n. 196. 1066. Luctum animorum. n. 197.

Lauffense oppidum & ager exultus. n. 2. **L**autherius Georgius Prædicantis Ratisbonensis petulantiam retundit. n. 239. Cum Emmeramo Welfero in silvam Bohemiae vicinam excurrit. n. 243. In Monte S. Georgij utiliter laborat. n. 991.

Lederensis Pagus ad Ecclesiam reductus. n. 419.

Lei.

Leibensteinij Martini mors & exequiz. n. 543.
Leopoldus Carolus Oeniponti magno fructu
 concionatur. n. 246. Monachium mitti-
 tur. n. 247.
Luperis Petri mors. n. 867.
Lotharingica Missio. n. 915.
Lucernæ Templum Collegio exstruit Ludovi-
 cus Pfifferus. n. 4. Graffatur Pestis n. 329.
Nostri inter obsequia incolumes. n. 452.
Concio ex Templo PP. Franciscanorum in no-
 strum translata. n. 541. Redeunte peste
 pars nostrorum dimittitur in vicina Mona-
 steria. n. 683. Sex in Urbe remanentium
 labores. n. 684. Celebrantur Exequiz Phi-
 lippo II. Hispaniaz Regi. n. 907. Redeunt
 nostri post pestem ad Collegium. n. 911.
Augentur scholæ & redditus. n. 998. SS.
Reliquiz cum pompa inferuntur nostro
 Templo. n. 1000. Memoranda virtutum
 exempla. n. 1002. Beneficentia erga Col-
 legium & Templum. n. 998. 1020.

M.

MAdrutijs Cardinalis scholas nostras Ratis-
 bonæ invisit. n. 282.
Mairhofer Mathias primus Theologiz Moralis
 Professor Monachij. n. 77.
Mallerstorffense Monasterium ex translatione
 Eberspergæ reflorescit. n. 468.
Mariánus Christophorus Primus Theologiz
 Moralis Professor Ingolstadij. n. 51.
Mathias Archidux cum Magnatibus Catholicis
 egregia Pietatis Austriacæ exempla præbet
 in Comitijs Ratisbonensis. n. 861. Venit
 ad Cenotaphium Christi, Collegium, &
 Gymnasium n. 863.
Maylius Joannes Fischingensis Abbas Zwilling-
 lium cognatum frustra dehortatus præ moe-
 tore obit. n. 98.
Mayr Georgius stabilis ad D. Mauritij Con-
 cionator à Fuggeris constituitur. n. 886.
 Ejus elogium. n. 887.
Mayr Jacobi Scholastici Dilingæ pia mors. n.
 165.
Marisburgum & Arbona excoluntur. n. 272.
Messalana Margaretha Friburgi Collegio ac
 Templo 4000. Coronatos legat. n. 118.
Menginus Dominicus Bojariz Ducum Con-
 sellarius munere suo liberari petit. n. 298.
 Ejus mors & elogium. n. 357.
Michaëli Petri elogium. n. 339.
Milleri Jacobi Diœcesis Ratisbonealis Admini-
 stratoris mors & elogium. n. 866.
Miseracensis Prioratus in partem proventuum
 Bruntrutano Collegio assignatus. n. 2.
Monachij Gymnasium minus incipitur fre-

quentari. n. 76. Morali Theologiz docen-
 dæ fit initium. n. 76. Templum S. Michaë-
 lis magnam partem perfectum. n. 78. S.
 Michaëlis festo res Divina in eo celebrati
 copta. n. 79. Exhibitur Tragœdia. n. 83.
 Immigratur in partem novi Collegii. n. 84.
 Principes Boij in triclinio prandent. n. 128.
 Templo pretiosa submittunt dona. n. 129.
 Compreatio ob bellum Turicum. n. 29n.
 Templi fornix claudirur. n. 346. Ad Col-
 legium & Gymnasium invit Mathias Archi-
 Dux. n. 479. Templi S. Michaëlis Archi-
 tectionica. n. 576. Sacrificiorum in eodem
 multitudo, Majestas. &c. n. 585. & seq. 628.
 & seq. Ad ejus Dedicationem comparent
 decem Archi-Duces. n. 606. & decem
 Principes Boici. n. 607. Dedicationis So-
 lemnitas. n. 609. Lustrant illud magni Ho-
 spites. n. 840. Alij favores Principum. n.
 936. Memorabilis celebritas in Primitijs
 nostrorum. n. 937. Communicantium nu-
 merus eo tempore mirandus 35400. n. 1029.
 Collegium iustrat Ser. mus Wolfgangus Neo-
 burgicus adhuc Lutheranus, novem linguis
 salutatus. n. 1032. Abbas Weingartenis in
 Collegio per bimestre valetudinem curat. n.
 1033. Splendor ædificij in Collegio post
 mortem Fundatori studiosè imminuitur. n.
 713.

Monasterijs impensa nostrorum obsequia, ad-
 modum grata. n. 193. Urspergæ ibidem I
 Evocantur in Montem Sanctum. n. 193.
 Lunzelacum Mondsee. n. 1668. 853. 947.
 1020. ad Vincas Weingarten. n. 933. Ju-
 lius Priscianensis ad varia Monasteria. n.
 968. Ochenhusium, ibid. Ad Montem
 S. Georgij. n. 991. Hospitalium. n. 1015.
 Ad varia Monasteria, n. 1076. Religiosi
 in Dilingano Convictu octoginta. n. 1070.
Monasterium Münches Münster desertum In-
 golstadiensi Collegio datum. n. 88. Ejus
 origo & eventus varij. n. 819. Acceptatusq
 certis conditionibus. n. 824.
Mors Cultoris Passionis Domini felix. n. 22.
Mundtbrot Gualterus Societatem ingreditur.
 n. 263.

N.

NEuneckia nata de Buebenhoven in Dilinga-
 nos benefica. 971.

O.

Obergasser Caspari mors & elogium. n.
 259. Epistola posthuma. n. 296. Se-
 pelitur in Sacello S. Magdalena. n. 297.
Oeniponti Theophoria splendidior redditæ. n.
 20. Magni Hospites invisunt Collegium.
 n. 124. Mira occasio decidendæ in nostrum
 favorem Controversia. n. 323. Sublatum
 inveteratum odium. n. 325. Inchoata ca-
 techesis ad S. Nicolai. n. 679. Moritur Fer-
 dinandus

Alinandus Archi-Dux. n. 339. Favores ejus erga Collegium. n. 341. & Procerum. n. 342. Præsertim Annæ Principis Viduz. n. 343. Difficultates propter Scholarum angustias. n. 986. Lis intentata ob ædificium Collegio adjudicatur cum fœnore. n. 1093. Illustris Viri mira Visio. n. 1094.

Oettinga vetus. Origo & alia memoranda. n. 88. Destinantur eò nostri. n. 87. nostrorum Oettingæ labores. n. 135. Domus pro nostris coëmitur. n. 136. Præficitur primus Melchior Hartelius. n. 208. Catecheses fructus. n. 209. Pro futuro Domicilio præmias lapisponitur. n. 214. Concionator noster ferro appetitur. n. 215. Pax inter Conjuges mirè restituitur. n. 301. Immigratur in novam Domum ac Templum. n. 487. Captivorum cura nostris commititur. n. 137. Catechismus ad S. Castulum inchoatur. n. ibid. Burghusium excurrunt nostri. n. 947. Lunzelacum evocantur, & ditionem purgant ab hæresi. n. 854. 948. 1020. uti & ditionem Hospitalensem. n. 4015. & seq.

P.

Paradinas Bonaventura noster Bojariæ Principes Romanam comitatur. n. 132. Ejus mors & elogium. n. 367.

Paravicinus Octavius Pontificius ad Helvetos Legatus creatus Cardinalis in Collegij triclinio epulum Magnatibus præbet. n. 5. Aliquot dies sacris commendationibus impedit. ibid.

Paupertas Societatis usata in vestitu. n. 711. In habitacione. n. 712. In Paupertatis usu nihil imminuunt ptoventuum incrementa. n. 715.

Pettingerius Carolus & Michaël Marcus primi Oettingam veterem mittuntur. n. 92.

Pfifferi Ludovicus Templum nobis Lucernæ exstruit, & ornat. n. 4. Ejus mors & elogium. n. 331. Frater ejusdem in Templum beneficus. n. 334. Jodocus Pfifferus Reipub. Prætor cum Alphonso Calato Legato Hispanico SS. Reliquias suis humeris Templo nostro infert. n. 1000. Alij duo Pfifferi in Templum benefici. n. 1120.

Philippo II. Regi Hispaniæ Lucernenses nostri exequias celebrant. n. 909.

Portiæ Hieronymi Nuntij Apostolici erga Societatem affectus. n. 441.

Pragæ hæreticorum versiculos in Canisium. n. 776. Præter Clementinum à Canisio positum duo nunc alia Societatis Domicilia. n. 778. Pro Joanne Hus hæreticorum Patriarcha, insignis veneratio D. Joannis Nepomuceni. n. 779.

Pranzij Petri ad fidem Conversio, ingressus in Societatem, & mors. n. 547. n. 565.

Preisingius Warmundus Dilingæ Theses Philosophicas propugnat. n. 177.

Provinciæ Status. n. 397. n. 1.

R.

Rabensteinij Wolfgangi nostri Prosapia, vita ante ingressum Societatis. n. 29. Recipit se ad Collegium Societatis. n. 30. Respondet à proposito retrahere volentibus. n. 31. Vix ratio in Tirocinio. n. 32. Valentinus causâ Augustam mittitur. n. 33. Piissime moritur. n. 34. Post ejus mortem illius frater ex Lutherano fit Catholicus. ibid.

Raderus Matthæus Eloquentiæ Professor Augustæ necdum Sacerdos applausum vulgat. n. 27.

Ratisbonæ Praeconis inficetum scomma contra Societatem. n. 41. Fabricæ obstacula toluntur. n. 42. Vir nobilis ob hæresim defertam includitur carceri. n. 43. Catechesis trans-Pontem cœpta. n. 49. Dedicatur Collegij Templum. n. 151. Disputatio instituitur. n. 152. Lepidus successor. n. 153. Collegium accipit Bibliothecam Curtianam. n. 412. Sopiuntur in propinquo pago graves discordiæ. n. 156. Domus veneficijs liberatur. n. 235. Publicæ de jejuniò Thesæ proponuntur. n. 237. Fæmina dum ad supplicium ducitur, fit Catholicæ. n. 240. Irreligiosa religio erga S. Urbanum sublata. n. 242. Comitia celebrantur. n. 274. Nova Collegij confirmatio promulgatur. n. 276. Principibus in Collegii triclinio epulum præbet Maximilianus BojariæDux. n. 279. Iteratur à nostris Missio in sylvam Bavanicam. n. 856. Compitiorum tempore tres è nostris concionatores. n. 857. Hylini nostri Concionibus Lutherani suis interdicunt. n. 858. Comprecatio horarum 40. in nostro templo. 862. Pestis urbem corripit. n. 994. Iterum Missio in sylvam. n. 957. Sigismundi Fuggeri Episcopi erga nos benignitas. n. 960. Ejus mors & elogium. n. 1055.

Razeus in Collegium Friburgense beneficis. n. 118.

Reihingus Conradus Societatem ingreditur. n. 162.

Reinthalia in Collegium Ingolstadiense munifica. n. 490.

Roseffius Gregorius cum Prædicante pugnat Augustæ. n. 181.

Rudolphus II. Imp. Ratisbonense Collegium immune reddit ab onere excipiendi hospites. n. 275. In Collegium, Templum, Domum S. Nicolai Oeniponti beneficis. n. 919. Constantiensis Collegij negotium per Legatos promovet. n. 994. Litem adjudicat Oenipontano Collegio, & liberale pro fabrica subsidiaria donat. n. 1093.

Ruithum pagus ad fidem reducitur. n. 241.

Salis-

S.

Salisburgensis Archiepiscopi erga nostros favor N. 138.
Sallerus Joannes tempore Comitiorum duobus prioribus tertius e nostris accedit Concinator. N. 857.
Scheineri Christophori nostri elogium. N. 428.
Schollius Bartholomaeus Suffraganeus Frisingensis Templum S. Michaelis Monachij consecrat. N. 79. In eodem Sacramentum Confirmationis impertitur. N. 82.
Schrottenbachius Balthasar Collegii Oenipontani Benefactor. N. 344.
S. Sebaltiani Cranium Eberspergam delatum. N. 461. In cultores pestis tempore mira beneficia. N. 943. Sermus Guilielmus & Renata divum veneraturi Eberspergam veniunt. N. 944. Sermu Maria Anna sponsa cum multis Principibus Divum veneratur. N. 1035. Item Comes Dietrichsteinius & Carolus Egmontius, ibid. Ursinus Princeps cum Sorore, N. 849.
Sodali Oenipontano appetet in morte B. V. n. 21. Sodalis de juratore victoria N. 170. Quidam miro modo persuasus Sodalitati nomen dat. N. 912. Hoffæus Ingolstadienes inflamat. N. 143. Sodales tres Illustres 12. pauperibus pedes abluunt. N. 144. Sodales bacchanaliorum licentiam refrænant. N. 142. Ager in Sodalitatem receptus convalescit. N. 145. Sodalitatis desertor punitus & emendatus. N. 285. Alteri justè inficta pena. N. 493. Sodarium Processiones comitatur Henricus Knöringius Augustanus Episcopus. N. 1073. Monacensium Sodarium pietas hæretico causa conversionis. N. 198. Ad Sodales Oenipontanos exhortationem habet Philippus Antonius Cardinalis Spinellus. N. 921. Dilinganorum Sodarium pietas. N. 961. Joannes Stephanus Waivoda Walachia Princeps fit Sodalis. N. 987. Et Praefectus. N. 1095. Cardinalis Spinellus, & Nepos ex fratre Petrus Antonius propriâ manu suum nomen inscribunt Sodarium numero. N. 988. Halenses in studio alienæ salutis nostri collaborant. N. 990. Sodarium Friburgensem duorum memoranda de se ipsis victoria. N. 1004. Bruntrutatorum exempla. N. 1011. Abbas Raithaslacensis Sodalitatis Oettinganae Praefectus & Benefactor. 1024. Maximilianus Bavariae Dux Ingolstadiensis Connventum Marianum frequentat. Dignum memoriâ responsum. N. 395. Albertus ejus Frater, Ingolstadij Sodalis. N. 843. Formulam in renovatione præit. ibid. Monachij Praefeturam Marianam suscipit. N. 942. Sodalis Ingolstadiensis admiranda Caritas. N. 1057. Sodalitas in ultimo morbo expetitur. N. 1060. Oenipontanorum Consulorum eximus fervor. N. 1096. Halensium Sodalium exempla, N. 1097. Et Friburgensem. N. 1103. Spaurii Thomæ Brixinensis Episcopi mors & elogium. N. 18. Stadelij Legati Reip. Augustanæ Conversio. N. 281. Stevartius Petrus Academiz Ingolstadiensis Pro-Cancellarius refutat Historiam Jesuiticam. N. 220. Stokingij Henrici in publica contumelia insignis patientia. N. 44. Sueviæ Superioris Nobilitas semper Catholica Societatem Constantiam advocandam censet. N. 110. Utraque Suevia per nos magno fructu exculta. N. 676. Schyvertsbij Mathiæ nostri mors. N. 868.

T.

Tauffkirchense Prædium donatur Collegio Monacensi à Guilielmo Duce Bojariæ. N. 59. Turnerus Robertus Seminarij Eystettensis Praeses in Bibliothecam nostram beneficus. N. 141.

V.

Valentia Gregorius noster Ingolstadio Monachium accersitur. N. 71. Bragadino Chrysopæo in supplicio assistit. N. 274. Partem tertiam Commentariorum in Summam D. Thomæ typis edit. N. 398. Eiusdem Ingolstadio Romam evocati elogium. N. 811. à Clemente VIII. Doctor Doctorum appellatur. N. 813. Valerianus Architectus ex Italia Monachium vocatur. N. 78. Überlinga Societatem expetit, quin possit ejus votis satisfieri. N. 273. Verronius Sebastianus ad D. Nicolai Friburgi Helvet. Præpositus in laudem Petri Canis funebrem orationem habet. N. 799. ötterus Conradus convitum ingeniosè vindicat. N. 45. Dubio utens responso accusatur. N. 46. accusatores confundit. N. 47. Librum de Fidei Controversijs Senatui Ratisbonensi inscritbit. N. 48. Disputationem instituit de ritu Dedicationis. N. 152. Unà cum Gregorio de Valentia Conclaves habet de Fidei Controversijs. N. 280. Cum fructu. N. 281. Edit in lucem Lutherum humilem, veridicum. N. 399. Vitæ periculum incurrit. N. 400. Novos contra Lutherum libros cum fructu edit. N. 859. Ursinus Princeps Romanus cum Sorore sua Eberspergam venit. N. 840. Ustorum improba Societas Ingolstadij. N. 492. Poena uni à DEO inflicta. N. 493.

፩ ዓ ይ

W.

Warenbergense Prædium Collegio Monacensi donatur. N. 598.

Weingartensis Abbas Georgius Wegelinus Societatis Patronus. N. 864. In suas dictiones evocat in nos beneficus. N. 933. In Monacensi Collegio valetudinem curat. N. 1033. à Ser. mo Guilielmo primum in mensa locum occupare cogitur. N. 1034.

Welseri Joannis Duumviri Augustani elogium. N. 519. Marci Welseri elogium. N. 520.

Wilæ in Wirtenbergia res Catholica stabilitur per nostros. N. 483.

Wirtenbergiæ Dux Fridericus Collegium & Gymnasium Monacense iustrat. N. 290. In Göppingenibus Wirtenbergiæ thermis

Catholicæ pietatis exercitia nostri promovent. N. 176.

Wityveilerus Georgius noster ab Aquaviva Generali Bruntrutum ad Principem in causa Collegij mittitur. N. 1. Superior unà & Concionator. N. 2.

Wolckenstein Engelhardus in Collegium Oenipontanum beneficus. N. 344. Item Joanna Vintleria nata Wolckensteinia. N. 1093.

Wurerus Balthasar Constantiensis Suffraganeus Lucernæ Templum dedicat. N. 4. Ejusdem erga nos affectus. ibid.

Z.

Zelosi Gasparis elogium. N. 526.

Zwinglius Udalricus Hæresiarchia Constantiæ concionatur. N. 98.

F I N I S.



ERRATA.

N. 6.	Georgius Heppius	I.	Joannes Heppius,
N. 21.	Sodalibus	I.	Sodalitas.
N. 34.	Scholasticarum.	I.	Scholaisticorum.
N. 45.	in Cathedrali Aede,	adde	Concionator,
N. 77.	multarum.	I.	multorum.
N. 89.	vicinæ	I.	vicinæ.
N. 99.	soli	I.	sola.
N. 596.	Serenissimæ.	I.	Sanctissimi.

